5-7
XXV. 105



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ΟΥΤΙ ΜΕΝ ΟΥΝ ΤΟ ΓΕ ΕΙΔΟΣ ΟΜΟΙΟΣ ΕΙ ΤΟΥΤΟΙΣ,
Ω ΣΩΚΡΑΤΕΣ, ΟΥΔ' ΑΥΤΟΣ ΑΝ ΦΟΙ
ΑΜΦΙΣΒΗΤΗΣΑΙΣ

Ad Fontem del. Berolini M.DCCC.XXXII. Arkstée & Merkus lith. & sculps. Amstelodami.

Digitized by Google

ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ.

PLATONIS CONVIVIUM

RECENSUIT, EMENDAVIT, ILLUSTRAVIT

ALEXANDER HOMMEL,

DOCTOR PHILOSOPHIAE.

LIPSIAE,

SUMPTIBUS FRIDERICI FLEISCHERI.

1834.

Digitized by Google

Typis Uckermanni, Erfurtensis.

Digitized by Google

VIRO CLARISSIMO

I. CHR. F. FISCHERO

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI

REGI BORUSSORUM A CONSILIIS REGIMINIS, CRUCIS FERREAE ET AQUILAE RUBRAE EQUITI, SOCIETATIS MEDICO-CHIRURGICAE BEROLINENSIS ET MEDICAE BORUSSICAE SOCIO ETC. ETC.

HANC SYMPOSII PLATONICI EDITIONEM

PUBLICUM PIETATIS ET GRATI ANIMI

MONUMENTUM EXSTARE VOLUIT

E D I T O R.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Quod plerisque Symposii Platonici editoribus usu venit, ut nova aliqua rei criticae supellectili instructi ad edendum librum accederent, accuratioremque editionem suam curiositati lectorum commendarent: horum quidem nobis haud aeque quicquam nunc contingit. Neque id mirum videbitur iis, qui compertum habent, quantam operam recentiorum temporum assiduitas in Platonis scriptis posuerit codicum undecunque collectorum auxilio emendandis ac perpoliendis. Testes sunt Bekkeri Commentaria Critica in Platonem, in quibus immensa variarum lectionum farrago, incredibili diligentia enotata, recondita est. Accedunt Stallbaumianae industriae uberrimi fructus, quos si accuratius perlustraveris, merito dubitabis, num doctae posteritati relictum sit, quo possit adhuc post virorum illorum studia bene de Platone mereri.

Iam optime se res haberet, si hae criticae copiae sufficerent ad indagandum, quid quoque loco Plato

scripsisset, ut nemini displicitura sit Platonici alicuius libelli editio, quae nova subsidia et praesidia non afferat. Sed hoc non ita esse, ut cetera Platonis scripta taceam, Symposium docet, praestantissimum scriptoris nostri opus. Multi enim etiam nunc in melioribus huius libri editionibus loci reperiuntur, qui haud levem depravationis suspicionem movent, complures ita comparati sunt, ut adeo manifestam corruptionem prodant. Hi loci quoniam iis copiis non sanantur, ad quas cuique lectorum facillimus aditus est, Bekkerianas dico atque Stallbaumianas, nostrae inopiae casum gravissime ferimus; quam etsi excusatum iri confidimus aequis iudicibus, tamen excusatio benigna pectoris nostri vehementissimum desiderium non compescit. Animum afflictum verba paullulum erexere, quae in Andria Terentii leguntur:

> Quando non potest id fieri, quod vis,
> id velis, quod possis.

Quum igitur criticam supellectilem, cuius auxilio ulcera illa sanari possent, non haberemus, quid possemus, id iam velle fuit propositum. Quid autem rebus sic comparatis in hac adornanda editione efficere studuerimus, nunc lectoribus aequis et faventibus breviter exponamus.

Multos Symposii locos scribarum vel incuria vel inscitia vel utroque vitio esse depravatos, qui etiam in praestantissimis huius libri editionibus nondum emendati essent, supra iam a nobis monitum est. Eos indicare studuimus ita, ut codicum auctoritati solam rationem opponeremus, quae vitia latentia indagaret, atque ut fera e dumetis, e serie verborum falsa excitaret. Quo facto quid rectius esset et loci cuiusque naturae convenientius scriptorisque accommodatius consilio, coniecturis ingenii assequi studuimus. Pertinent huc, ut aliqua exempla com-

memorem, ἀγασθέντες participium, quod diu aciem criticorum elusit (p. 179. D.), ὑπό praepositio, falsissimi temporis pessimum indicium (p. 193. A.), κατὰ γραφήν verba, dissectarum narium prodigia mirum in modum augentia, alia hoc genus. Quorum emendationes in animadversionibus collocandas curavimus, non quo nimium ipsi τοῖς ἡμῶν τέκνοις diffidere iudicemur, sed ne quis lectorum, cui ea displicerent, protervitate nostra contextae orationis puritatem commaculatam censeat. Perpaucis in locis nobis non potuimus temperare, quin contra auctoritatem codicum omnium aliquid tamen mutaremus; v. c. p. 191. A. ὃ δὴ νῦν ὀμφαλὸν καλοῦσιν. Sed hoc factum est, ut diximus, si interpunctionem excipis, rarissime. Interpunctionem autem mutare atque verborum distinctionem inferre a codicum fide alienam, non fuit religio. Codicum enim perparva ut in accentu, ita in interpunctione auctoritas est. Mutatae interpunctionis exempla sunt p. 172. A., p. 173. E. al.

Contexta oratio est e recensione Stallbaumii. Nonnullis in locis, ubi nobis non constabat cum viro doctissimo, ita ab eius scriptura discessimus, ut id in annotatione sedulo indicaremus. Procul autem nos abfuisse profitemur a nimia illa cura, qua Rückertus interdum vel ea in textu ponenda curavit, quae minus recte habere ipse intelligeret.

Hactenus de altera parte muneris nostri. Alteram quod attinet, quae in verborum et rerum explicatione posita est, multa esse confitemur, quae Stallbaumio viro doctissimo debeamus. Ex eius editione, quae in nostram transtulimus, hac lege transtulimus, ut nomen viri apponeremus ubique. Pauciora aliunde depromsimus, sed item, ut par est, addito, unde hauserimus. Quamquam autem multorum interpretum curas Symposium ex-

pertum est, tamen non defuit, quod explicatione indigeret. Pertinet huc, ut aliqua exempla laudem, lepidissima Glauconis acclamatio, quam frustra docti viri interpretari studuerunt (p. 172. A.). Adde Parmenidis versiculos, quorum subiectum variis de caussis abesse censuerunt, et *οὕτω* vocabuli intelligentiam malam (p. 178. C.), quae magnas olim turbas Platonicis verbis excitavit. Inprimis Alcibiadis verba nominanda sunt *εἰ μὴ — τὸ λεγόμενον οἶνος ἄνευ τε παίδων καὶ μετὰ παίδων ἦν ἀληθές*, et hoc genus complura. Ceterum passim in structuram verborum inquisivimus, significationes vocabulorum explicare studuimus, dictionis proprietates et virtutes sedulo enotavimus. Lectorum autem commodo ita inservire propositum fuit, ut nihil praetermitteremus, quod explicatione indigeret, quin, quid de eo statuendum videretur, indicaremus. Inde si qui erunt, qui nimiae ubertatis nos accusent, modeste, ut decet, atque patienter opprobrium istud feremus. Occasione oblata ex aliis quoque Platonis scriptis difficiliores locos attulimus, eosque et emendare et explicare conati sumus. Hoc quo consilio fecerimus, in propatulo est. Fieri enim solet haud raro, ut animi legentium continuo ordine rerum expositarum defatigentur conteranturque. Iam accedente aliqua re, quae ordinem illum paullisper interrumpat, cogitationes ad nova adducat, iudicium aliorsus ad examinandum provocet, animi subito resuscitantur incredibiliterque augentur. Post relicto diverticulo illo recreati ad rem redeunt, tantumque abest, ut huiusmodi *πάρεργα* modice adhibita intelligentiae rei officiant, ut potius ad intelligendum paratiores animos reddant et alacriores. Unum restat, quod addam. Nota ars scenica Platonis, notumque studium, indolem variorum hominum, quos loquentes inducit, accuratissime describendi. Ea virtus Platonici sermonis fecimus passim annotando, ut clarius eluceret rectiusque a lectoribus perciperetur.

Externam scripturae rationem quod attinet, a recentiorum more recedendum putavimus, non gravi, ut olim, sed acuto accentu oxytona commati praecedentia insigniendi. Dubitari nequit, quin viri docti, qui hunc morem constanter sequuntur — nam quod apud Stallbauminum legitur p. 180. C. εἰπεῖν δ' αὐτὸν, ὅτι, typothetarum error est, — commati tantam vim tribuant, ut oxytoni accentum non infringat, sed augeat et acuat. Infringitur autem, quando cum insequente verbo oxytonon pronuntiando, ut fit, paene coalescit, contra augetur et erigitur, quando ab eo disiungitur oxytonon. Iam ubi reputaveris apud te, commata non adhiberi, ut verba, quibus interponantur, arctius coniungant, sed disiungant alterumque ab alterius contactu cohibeant, speciosum illum morem esse intelliges. Rectum et verum esse negamus. Frustra enim quaesiveris, si tantum ponderis commati tribuitur, ut praecedentis acuti gravitatem sustineat, quid discriminis inter commata et maiuscula, quae vocantur, interpungendi signa intercedat? Porro non intelligas, quo iure veteres scripserint, ut exemplo utar p. 172. C., οὐκ οἶσθ', ὅτι?

Utrum sequente commate gravi an acuto oxytonon insigniendum sit, nostro arbitratu facillime e sententiae ratione iudicatur; quae ubi maiorem pausam post oxytonon poni iubet, acutus ponendus est, ubi minorem, gravis. Eadem lege elisio vocalium gaudet, quae commati praecedunt. Eliditur vocalis sequente commate tum, quum verba, quae insequuntur, cum praecedentibus pronuntiando arctius coniunguntur. Recte igitur habet, quo exemplo supra usi sumus οὐκ οἶσθ', ὅτι. Non minus recte habet, quod p. 173. C. legitur: ὥστε, ὅπερ ἀρχόμενος εἶπον, οὐκ ἀμελετήτως ἔχω. Pertinet enim ὥστε ad οὐκ ἀμελετήτως ἔχω, non ad ὅπερ ἀρχόμενος εἶπον. Ridicula igitur foret scriptura haec: ὥσθ', ὅπερ κ. τ. λ.

Elisionem autem vocalium constat in codicibus sine ordine atque modo indicari, ut, si scriptor eam revera admiserit, non desint libri, qui contrarium probent; contra ubi non admiserit, aliqui certe sint, qui admisisse indicent. Multis igitur in locis, quid scriptor dederit, diiudicari nequit nisi sensu quodam aurium, quem fallacissimum esse constat. Interdum tamen, si comma sequitur, utrum elisionem vocalis admiserit necne scriptor, ratione et mente diiudicabis.

Tabula, quam libro praefigendam curavimus, Socratis imaginem repraesentat Satyrique et Sileni. Hae Socratis et Satyri figurae e marmore candidissimo exsculptae in Museo antiquitatum Berolinensi asservantur; Silenus urbem Romam sedem habet.

Scribebam Erfordiae
d. XXV. mens. Nov. MDCCCXXXIII.

DE SYMPOSIO PLATONIS COMMENTATIO.

Singulos alicuius scriptionis locos non penitus percipi nisi ab eo, qui argumentum totius scriptionis et scriptoris consilium cognoverit, consentiens vox est hominum eruditorum. Quorum auctoritatem qui sequuntur, iis hercle, dummodo recto iudicio utantur, non metuendum est plerumque, ne vel in difficillimis scriptionum locis aliquid excogitent, quod a consilio scriptoris et a rei veritate plane abhorreat, ita ut, etiamsi rectam locorum explicationem et emendationem non repererint, tamen proxime ad rectam accedant. Sed haec utilissima argumenti finisque propositi cognitio quoniam aliunde non potest, quam ex ipsis scriptoris verbis hauriri, difficillima ad reperiendum apud Platonem est. Nam quod alii scriptores faciunt sedulo, ut propositum finem quovis modo indigitent, nihil afferant, quod intelligentiae eius officiat: horum adeo nihil apud Platonem reperitur, ut potius quasi dedita opera scriptionum finem obtexerit et occultaverit. Quo consilio id fecerit nobilissimus scriptor, nescire nos fatemur, nisi forte statuas, eum tales lectoribus scriptiones suas exhibere voluisse, qualem Socrates aequalibus se praestiterit. Sed utut haec res se habeat, diversissimae sententiae sunt hominum doctorum de fine Symposii, ad quod se nunc convertit oratio, iudicantium. Alii Platonem censent Erotis laudes edere voluisse animi caussa compositas, alii Socratem, qualem in amicorum congressibus se gesserit, talem descriptum putant, alii Symposium conscriptum suspicantur, ut esset, quo Socrates a flagitioso crimine liberaretur, rursus alii aliter iudicant. Hac diversitate sententiarum factum est, ut hic illic de Symposii locis diverso modo statuerent interpretes. Nos autem quominus has sententias omnes recenseremus, scriptionis

huius finis prohibuit. Nihil enim aliud voluimus exposito Symposii argumento et fine efficere, quam parare quasi instrumentum quoddam, quo adiuti facilius possent, qui nostra opella uterentur, de nostris rationibus iudicare. Quae igitur minus recte videbantur iudicata esse ab aliis, ea silentio praetermisimus, vel si res ferebat, leviter tetigimus, recte disputata vero nostris addidimus.

I.

Apollodorus Phalero, ubi habitabat, relicto cum urbem peteret, atque Socratico more, h. e., superba et gravi quadam festinatione, ut solebat, incederet, e longinquo conspectus et agnitus est a Glaucone, divite homine, sed alieno a studio philosophiae. Is opportunitate viri delectatus, quocum una Athenas petere posset atque confabulando eundi molestiam conterere, magna voce et ioco lepidissimo, ut superciliosi hominis animum, si posset, sibi conciliaret, Heus, inquit, Phaleri exoptatissima atque a diis mihi data, non exspectabis? Apollodorus festivitate hac quasi delinitus constitit. Et ille propius accedens, Pol, inquit, et nuper iam quaesivi te cupiens sermones accurate descriptos audire, qui in convivio Agathonis de Erote habiti sunt a Socrate, Alcibiade, aliis. Eos sermones nuper aliquis mihi narravit, qui e Phoenice audierat, Philippi filio; te quoque rem compertam habere dixit: narra igitur, si lubet, quandoquidem, qui Socraticos sermones referat, nemo te dignior potest reperiri. Sed num ipse huic convivio interfuisti? Et ille, Nequam, inquit, fuit, ut videtur, narrator iste, si me quoque censes Agathonis convivio interfuisse. — Ego aeque ita quidem. — Hariolaris. Facillime autem huius erroris falsitatem ipse intelligere potuisses, si aliud quid curares, quam numulorum tuorum computationes. Nam Agatho multos iam annos hinc abest, ego autem triennium non est, ex quo Socrati me tradidi. Ante hoc tempus tibi simillimus circumerrabam, merarum ineptiarum nescio quis venator, atque quidvis potius faciendum putans, quam philosophari. — Mitte me lacessere, et dic, quod rogo. — Convivium celebratum est eo tempore, quo inepti pueruli eramus, Agathone victoriam reportante, altero post epinicia die. Hui, Glauco dixit, rem antiquam narras. Sed quis tibi fuit sermonum narrator? Idem, Apollodorus inquit, qui Phoenici, Aristodemus quidam, figura brevis, calceis nunquam utens, omnium, qui tum aderant, facile acerrimus Socratis amator. Tum Glauco, via haec, inquit, et ad dicendum et ad audiendum idonea, noli igitur, quod rogo, denegare atque narrationem iam institue. — Sic

inter se collocuti Apollodorus et Glauco ierunt, alter sermones exponens, alter narrationi audientiam faciens, neque dubitari potest, quin uterque et narrando et audiendo eundi molestiam minus senserit.

Apollodorus aliquot dies, ut videtur, Athenis commoratus est. Post redeunti ex urbe familiares quidam se accinxerunt rogantes, ut item illos sermones ipsis referret. His paratum se ad rem ostendit Apollodorus addito, quam scite nuper Glauconem tetigerit. Neque sibi tum temperavit homo animosissimus, quin et hos lacesseret. Quod nuper, inquit, feci, ut inter eundum sermones referrem, idem, si vultis, nunc faciam lubentissime. Nam nihil mihi iucundius est, quam si vel ipse narrem, vel ab aliis narratos audiam philosophicos sermones. Vestras autem ceterorumque vobis consimilium quando audio de numulis numulorumque rationibus ineptias, animus commoveri solet ira atque indignatione, vestrique erroris miseratio me subit. Et infelix vobis videor fortasse, recteque mihi videor infelix vobis videri, vos autem mihi non videmini, sed compertum habeo et scio infortunium vestrum.

Cap. II.

Socii itineris hoc modo lacessiti iam intelligere se aiunt, cur *μανικός* Apollodorus appelletur. Eam quippe hominis indolem esse, ut omnes acerrime reprehendat infelicesque putet et se et alios excepto Socrate, quem ad sidera usque evehat. His auditis Apollorus: Num, inquit, iam extra omnem dubitationem positum esse censetis, me sic iudicantem de me et de vobis insanum esse et mente captum? Iam rixae ortae erant, ni illi dignam rem negassent, de qua cum eo litigarent et ad instituendam sermonum narrationem Apollodorum adhortati essent.

Apollodorus primum solas convivarum orationes narraturus erat, post mutato consilio omnem rem quomodo gesta atque ab Aristodemo tradita sit, exponere aggreditur.

Socrati lauto blautisque ornato obviam venit Aristodemus et hominis insuetam elegantiam miratus, quo iret, rogat. Ad Agathonem, Socrates respondit. Heri enim invitatus de hominum convivantium turba extimui, hodie autem ad coenam ei promisi. Te quod attinet, quamquam es invocatus, num forte una mecum eundi animum insumis? Et ille, sequar, inquit, ubi iusseris. Socrates autem ne hominem vocasse diceretur atque ut secum duceret tamen,

sequere igitur, inquit, ut proverbium corrumpamus dicentes: ad bonorum coenas ultro accedere bonos. Homerus Menelaum ad Agamemnonem ultro venientem inducens, virtute minorem ad fortissimum virum proverbium etiam pervertit. Quidni tibi liceat bono ad bonum ultro accedere, atque ea re, quod invocatus veneris, coram Agathone te excusare. Conditionem Aristodemi modestia non accipit. Num aliud quid, inquit, habes, si me ducas, quo possis te, quod venerim, excusare? Nam ego non nisi auctoritate tua advenisse dicam. Tum Socrates, Inter eundum, inquit, alter alteri prospiciamus excogitemusque, quo uterque coram Agathone excusetur. Haec inter se collocuti Socrates et Aristodemus ierunt. Ille tardius incessit aliquid meditans atque praeire hunc iussit. Aristodemus ad Agathonis domum venit atque a servo, qui forte exibat, introductus est. Optime, Agatho inquit, venis, ut nobiscum edas, sumus enim esuri; sed cur Socratem non adducis. Et ille convertens se, ut Socratem ostenderet, eiusque auctoritate se adesse doceret, attonitus constitit frustra hominem oculis quaerens. Resumto deinde animo una isse se cum Socrate affirmat eiusque iussu huc venisse. Auditis his omnes miratio rei subiit. Statim Agatho misit, qui Socratem quaereret vocaretque, Aristodemum autem iuxta Eryximachum considere iussit.

Cap. III.

Servus ad Aristodemum accedit pedes eius lauturus. Subito alius servus intrat. Socrates, inquit, in vicini vestibulo constitit, meque vocante sequi recusat. Agatho statim servo mandat, iret, Socratem vocaret neque frustra ab eo abscederet. Hoc quominus fieret, Aristodemus prohibuit. Solet, inquit, interdum consistere, ubicunque locorum est, ibique meditari. Sinite suo more vivat atque sollicitare eum nolite. Veniet autem, ut arbitror, brevi. Iam cibi apponuntur iussu Agathonis. Editur. Inter edendum Agatho saepius Socratem vocari iussit, servos abituros Aristodemus retinuit. Tandem Socrates accedit, levique ioco ab Agathone receptus par pari referens iuxta poëtam consedit.

Cap. IV.

Coena peracta et libatione rite oblata ad bibendum se parant convivae iussu Agathonis. Ibi Pausanias multis poculis et se imparem ostendit et omnes, qui hesterno convivio interfuerint. Ei assentiunt Aristophanes poëta et Eryximachus medicus, Acumeni filius, qui et ebrietatem servandae valetudinis caussa dissuadet. Adstipulati sunt

Phaedrus et alii, postremo omnes ita censuere, ut licere statuerent, quantum quisque vellet bibere, nulla praeterea imposita necessitate bibendi.

Cap. V.

Tum ulterius Eryximachus progressus est tibicinam dimitti iubendo, quo possent, si placeret, confabulando diem consumere. Placuit conditio. Tibicina abit. Eryximachus de Phaedri sententia Erotem laudandum proponit. Phaedrum enim dicere solere: Deos omnes laudatos esse a poëtis, solum Erotem neglectum iacere antiquissimum deum atque summorum bonorum auctorem. Sophistas, rerum utilium strenuos laudatores Herculem laudasse aliosque Erote multo inferiores, rhetores vel salis utilitatem praedicasse. Iniustam esse atque inhumanam hanc Erotis neglectionem. Hoc Phaedri dictum admodum sibi probari Eryximachus ostendit. — Placet conditio inprimis Socrati, qui solam eroticarum rerum cognitionem profitetur, neque Agathoni displicere posse ait et Pausaniae, neque vero Aristophani, Bacchi Venerisque strenuo cultori ceterisque qui adsint. Sic ad dicendum se parant convivae, atque Phaedrus quidem initium dicendi facit ex Eryximachi praecepto.

Convivales sermones, ad quos se nunc convertit oratio, non eiusdem dignitatis esse vel si dicere mavis, aestimationis, extra omnem dubitationem positum est. Fuere igitur, qui Alcibiadis orationem omnium principem esse docerent, alii Socraticae orationis primatum agnoverunt. Utriusque orationis prae ceteris gravitatem nemo potest non agnoscere, ut agnovit Glauco *Σωκράτους καὶ Ἀλκιβιάδου καὶ τῶν ἄλλων* orationes scire cupiendo. Nominibus enim insignivit homo cautissimus, quas potiores esse aliunde iam erat edoctus. Idem utra potior esset, his verbis indicavit; *σὺ οὖν μοι διήγησαι. δικαιότατος γὰρ εἶ τοὺς τοῦ ἑταίρου λόγους ἀπαγγέλλειν.* Argumenti huius infirmitas verbis sustentatur Socraticis p. 177. D. *Οὐδείς σοι, ὦ Ἐρυξίμαχε, — ἐναντία ψηφιεῖται. οὔτε γὰρ ἄν που ἐγὼ ἀποφήσαιμι, ὃς οὐδέν φημι ἄλλο ἐπίστασθαι ἢ τὰ ἐρωτικά, οὔτε που Ἀγάθων καὶ Παυσανίας, οὐδὲ μὴν Ἀριστοφάνης, ᾧ περὶ Διόνυσον καὶ Ἀφροδίτην πᾶσα ἡ διατριβή, οὐδὲ ἄλλος οὐδεὶς τουτωνί, ὧν ἐγὼ ὁρῶ.* Quae verba qui accuratius examinaverit, is intelliget, opinor, scriptorem legentium animos ad Socraticam orationem tanquam ad caput totius scriptionis dirigere voluisse. Ne-

que Apollodorum, Socratis acerrimum amatorem Plato narratorem fecisset convivalium orationum, si prae ceteris orationibus Socraticam orationem extollere noluisset. Scimus enim Apollodorum ita sensisse, ut infelicissimos omnes crederet, qui Socraticae disciplinae non essent imbuti. Num credibile est atque veritati rei consentaneum, Apollodorum bis retulisse orationes, in quarum serie Socratica primas non ageret? Hactenus de Socraticae orationis primatu, qui facilis sane ad inveniendum est, quoniam ipsis scriptoris verbis indigitatur.

De ceteris orationibus quaestio est difficillima. Stallbaumius in Praefatione ad Symposium p. 13. Plato, inquit, suam de amore sententiam explicavit sic, ut eam non modo vulgaribus aequalium de eo iudiciis opponeret, sed etiam sophistarum atque rhetorum in illius laudibus celebrandis vel rationibus explicandis mirifice exsultantium rideret ineptias. Etenim sophistas hoc argumentum certatim tractasse cum alia docent, tum Platonis Hippias maior; rhetores vero etiam in eodem campo se exercuisse nemo dubitabit, qui meminerit illius orationis, quae in Phaedro Lysiae tribuitur, aut qui Isocratis Encomium Helenae legerit. Itaque tantum abest, ut orationes illae, quae a Phaedro, Pausania, Eryximacho, Aristophane, Agathone habentur, temere interpositae sint, ut partim praestantiam amoris Platonici reddant illustriorem, partim rideant sophistarum *λόγους ἐρωτικούς*, partim opiniones medicorum et philosophorum de amoris natura exponant, quo facilius intelligatur, quantum Platonis sententia ab iis recedat. Nam Phaedri quidem oratio habet nescio quid inanis ornamenti et fucati coloris, ut sophistarum officinam plane redoleat. Pausanias porro, quae dicit, ea vulgarem fere et in vulgo regnantem de amore opinionem exponunt, ita tamen, ut etiam alia eaque melior commemoretur de amore coelesti sententia. Haec omnia vero conformata esse videntur ad exemplum rhetorum, qui in scriptionibus eroticis de amoris laudibus dixissent. Sequitur Eryximachi medici oratio, composita illa prorsus ad imitationem eorum, qui quum in historiae naturalis et philosophiae studiis versarentur, etiam naturam amoris explicare conarentur sic, ut eius vim per totam rerum universitatem dominari ostenderent. In quo quidem argumento quum illa aetate plurimi elaborasse videantur, nemo est quin caussam intelligat, cur Plato hanc orationem ceteris interseruerit. Neque enim poterat placita eorum silentio transmittere, qui de hac re iudicandi facultatem sibi maxime vindicarent. Sed ne haec quidem Eryximachi oratio, quamvis plurima contineat sapienter et acute excogitata, vacat iro-

nia, id quod vel ex sententiarum ordine et coagmentatione patet. Aristophanem nemo est, quin videat eorum placito formam induisse ridiculam, qui marem atque feminam quasi *σύμβολον* quoddam esse dixissent. Obiter poëta comicus etiam aliorum perstringit opiniones, ne iis quidem exceptis, qui ante ipsum verba fecissent. Quocirca tantum abest, ut haec oratio nonnisi risus movendi caussa inserta sit, ut patefaciat rationem veterum quorundam philosophorum fortasse scriptoribus eroticis illius aetatis admodum celebratam, eamque aperte rideat. Restat oratio Agathonis, quam referre quasi speciem et formam ineptiarum omnium, quibus sophistae orationes suas tanquam luminibus distinguere solebant; caecus sit necesse est et mentis acie praestrictus, qui non videat. Etenim pro magnitudine tumorem in ea reperias, pro acumine putidum argutiarum frigus, pro copia divitiisque inertem quandam luxuriam, pro numero inanem lusum verborum similiter cadentium, denique pro veris orationis virtutibus vitia illis affinia. Haec omnia igitur qui diligenter observaverint atque perpenderint, verum esse sentient, quod supra diximus, Platonem de amore sententiam in hoc libro ita exposuisse, ut simul attingeret eas de amore opiniones, quae ipsius aetate maxime essent celebratae, atque rideret praeterea rhetores et sophistas, qui in laudibus amoris praedicandis eius natura minime perspecta mirifice exsultarent. — Haec Stallbaumii, doctissimi viri, sententia est verbo tenus perscripta. Quam si probaveris, vide ne aliquid pulcritudinis scriptioni praestantissimae detraxeris. Pulcrum esse nequit opus aliquod, quod non ita comparatum est, ut singulae partes, ex quibus est compositum, interna quadam necessitate inter se cohaereant. Necessitatem autem eam intelligimus, quae nihil nec addi nec demi patiatur operi, quod pulcrum vocatur, quin statim corrumpatur pulcrumque esse desinat. Iam si demas Phaedri orationem, quae e Stallbaumii sententia sophisticam disceptandi rationem carpit, nihil deesse senties descriptae rei, quatenus quidem Agathonis oratio vehementius etiam sophistas notat. Utraque oratio et Phaedri et Agathonis ferenda esset fortasse, si iuxta posita esset, ita ut scriptor eiusdem rei vituperium duobus oratoribus tribuisse dicatur: interpositis Pausaniae, Eryximachi, Aristophanis orationibus alterutram abundare merito censeas. Aristophanis autem orationem quis, quaeso, si abesset, desideraret? Quis non alienissimam censebit a rei tenore? Nam quid sibi vult Empedoclis derisio mediis rhetorum sophistarumque reprehensionibus interiecta?

**

Aliam viam ingressus est L. I. Rückertus, qui cum Gorgiam tangi animadvertisset oratione Agathonis, praepostero iudicio usus e verborum γελοῖος et καταγέλαστος discrimine, facto illo ab Aristophane, sub Aristophanis persona Prodicum latere censuit. Ac ne mireris, verborum discrimine semel posito Prodicum vel Prodici discipulum indicari, verendum fuisse Platoni censet, ne, si saepius posuisset, nauseam lectoribus moveret. *Τοῦτ' οὐ δεινόν;* Quid de Protagora Platonis censendum, in quo huiusmodi discrimina verborum saepius a Prodico satis otiosa proferuntur? Ceterum Eryximacho Hippiae Elei propter simulatam omnium rerum peritiam, Pausaniae Xenophontis, Phaedro Tisiae partes dedit. Huiusmodi argumentandi ratio quam facile legentis animo sese insinuet, neminem latere potest. Magna igitur cautione opus est, ne forte ea decipiamur et in scriptoris verbis quaeramus, de quo ille plane non cogitavit. Nobis non placet nunc, compluribus Rückerti sententiam perstringere; lectores autem monitos esse volumus, ut accurate ad argumentorum infirmitatem animum advertant, quibus Rückertus usus est, neque verum esse putent nisi id, quod ipsis scriptoris verbis probatur. In oratione Phaedri, ut hoc uno exemplo utar, ne minimum quidem vestigium est, quo de Tisia lectores admoneantur. Fieri autem plane non potuit, ut Phaedri orationem eo consilio componeret Plato, ut Tisiam carpi lector intelligeret, indiciis huius voluntatis ne minimis quidem additis. Ut nunc res se habet, eodem iure, quo Rückertus Tisiam repraesentari contendit Phaedri oratione, etiam Theodorum carpi, quem ipse Phaedrus cum honoris significatione *τὸν χρηστόν* appellare solebat, vel alium quemvis sophistam autumare possis.

Accedamus ad exponendum, quid nobis de his orationibus statuendum videatur. Quas qui obiter legerit, is sane dubitari nequit, quin nulla interna necessitate neque certo quodam ordine a scriptore exhibitae sint. Eo nimirum ordine perhibentur in convivio habitae esse, quo forte fortuna convivae consederint; et si suspicio quaedam oritur, non sine caussa ultimo loco Socratem consedisse, ita verisimilis huius rei caussa in prooemio orationibus praemisso continetur, ut suspicio illa citius, quam venerit, evanescat. Agnosce sis in hac re artis Platonicae virtutem. Cave tamen indicia addita neges, quibus, qui diligentius accuratiusque in scriptoris consilium inquirat, de orationum fine certior fiat. Ac de oratione quidem Socratica supra iam dictum est; ceterorum convivarum orationes quod attinet, videamus primum, quid verba sibi velint p. 178. A. *πάντων μὲν*

οὖν, ἃ ἕκαστος εἶπεν, οὔτε πάνυ ὁ Ἀριστόδημος ἐμέμνητο, οὔτ' αὖ ἐγώ, ἃ ἐκεῖνος ἔλεγε πάντα. ἃ δὲ μάλιστα καὶ ὧν ἔδοξέ μοι ἀξιομνημονεύτων εἶναι, τούτων ὑμῖν ἐρῶ ἑκάστου τὸν λόγον. Primo obtutu his verbis orationum paucitas excusari videtur memoriae infirmitate narratorum; accuratior verborum inspectio docet, Platonem nihil admisisse, quod ad rem non necessarium esset, neque numerum et ordinem orationum nisi e consilio terminasse. Miror autem Platonis consilium adhuc non perspectum esse ab interpretibus, cum ipsae illae orationes manifesta eius indicia contineant. Sed antequam ad Phaedri ceterorumque convivarum orationes uberius exponendas accedamus, paullulum subsistere liceat, ut in eorum finem inquiramus, quae capiti totius scriptionis, h. e., ipsis convivalibus orationibus praemissa sunt. Ea dubitari nequit, quin exhibuerit scriptor, ut veritatis quadam specie, quam verisimilitudinem vocamus, orationes insigniret et ornaret. Quam apte id fecerit atque naturae rei convenienter, commode demonstrari potest, quoniam descriptionum eadem atque picturarum ratio est verisimilitudinis assequendae, exemplo e pictorum officina petito. Qui verbi caussa arborem summa arte pinxit, is frustra naturam imitatus esse iudicabitur, si forte non addiderit pingendo, quae in natura rerum cum arbore coniuncta conspiciuntur, solum gramine laeto obsitum, coelum solis lunaeve lumine illustratum, regionem urbibus, vicis, montibus, silvis, fluviis conspicuam. Eadem lex est descriptionum. Quas si nudas exhibuerit scriptor aliquis atque sine earum rerum expositione, quae cum re descripta coniunctae esse solent, non rerum gestarum gratissimam imaginem, sed languidum verisimilitudinisque expers opus exhibuisse censebitur. Recte igitur Athenaeus Homeri in describendis conviviis artem laudans l. V. p. 186. D., (p. 202. ed. I. Schweigh.) ἀφορίζει γὰρ, inquit, αὐτῶν ὁ ποιητὴς χρόνους, πρόσωπα, αἰτίας. τοῦτο δὲ ὀρθῶς ἀπεμάξατο ὁ Ξενοφῶν καὶ Πλάτων, οἳ κατ' ἀρχὰς τῶν ξυγγραμμάτων ἐκτίθενται τὴν αἰτίαν τοῦ συμποσίου καὶ τίνες οἱ παρόντες. Quam Platonici symposii virtutem Athenaei iniquitas reticuisset haud dubie, si nequivisset ex Homero depromtam dicere. Apud Platonem autem αἰτίαν τοῦ συμποσίου legimus fuisse Agathonis victoriam in Lenaeis reportatam, quae et indicium est χρόνου; παρόντες Phaedrus, Pausanias, Eryximachus, Aristophanes, Socrates, Alcibiades, Aristodemus nominantur. Alia complura, quae verisimilitudinis caussa Plato addidit, Athenaeus reticuit. Locus ubi Symposium habitum est, domicilium Agathonis traditur fuisse, praeterea expositum reperitur,

qui factum sit, ut ad habendas orationes convivae maluerint quam ad pocula se convertere, et cur Erotem potissimum laudaverint. Una hominum orationes habentium descriptio accuratior desideratur. Eam Plato addidisset, opinor, si in posteritatis usum, non in aequalium Symposium conscripsisset. Aequalibus autem notissimos homines describsisse ecquid fuerit pretii? Quantum autem argumentum verisimilitudinis ex orationum cum loquentium ingeniis convenientia petatur, et quanta inde descendat delectatio lectorum, facile omnes intelligunt. Ea delectatio ne prorsus erepta esse videatur iis, qui nostris temporibus Symposium legunt, orationis cuiusque expositionem addere studuimus, quo oratoris ingenium describeremus. Ac de his quidem infra agemus. Nunc ad Apollodorum transimus.

Apollodorum scimus Agathonis convivio non interfuisse. Rem omnem, cuius narrationem exhibens inducitur, ex Aristodemo audiit. Iam quaeritur, cur Plato narratoris partes Apollodoro dederit, non Aristodemo aliive, qui interfuit? Esse praevideo, qui „Platoni placuisse ita“ respondendo huius quaestionis difficultatem expediisse sibi videantur. Qui si forte reputent apud se, quam operose scriptor in Apollodori narratione ἔφη verbum atque obliquam, quam vocant, verborum structuram posuerit, videlicet ut semper lectores moneantur, non Apollodori, sed Aristodemi verba referri, fore spero, ut sententiae suae ipsi aliquantulum diffidant. Neque omnino ita statuendum est, ut Plato dicatur aliquid sine caussa protulisse. Iam quid nobis videatur de re illa iudicandum esse si quaeris, vide, num hoc tibi satisfaciat. Agathonis Symposium revera habitum esse [cur negemus, non habemus, neque, cur non affuerint, quos affuisse legimus, argumentum satis certum reperitur; sed num orationes, quas ab Aristodemo sibi traditas refert Apollodorus, revera apud Agathonem habitae sint, hoc merito dubitatur. Quid, si Plato eas finxit, fictarumque verisimilitudinem cum traditarum orationum dubia veritate comparando alteram alteri artificiose substituit atque Apollodorum induxit tanquam ab Aristodemo traditas orationes referentem, quae ipse ingeniosissimus scriptor ad verisimilitudinem compositas excogitavit? Hoc si fecit, cur fecerit, in aperto est. Etenim quoniam Socrates Agathonis convivio, ut videtur, interfuit, fieri non potuit propter viri sapientissimi aestimationem, quin omnia, quae illic facta et dicta essent, diffamarentur. Nemo igitur Platonici Symposii lector non intellexit, Platonem ficticia, non vera protulisse. Iam ne scriptor nudis verbis fateri cogeretur, orationes convivarum conscriptas esse tales, quales haberi potuissent, non quales

revera sint habitae, atque huiusmodi indicio ipse artificium pulcherrimum languidum redderet, Apollodoro narratoris partes dedit, homini hebetioris ingenii, sed Socratis studiosissimi, atque in omnibus rebus, quae Socratem attinerent, et externarum quarundam rerum veritate niterentur, maxime creduli. Sic licet quidem de homine iudicare, qui Aristodemo ideo potissimum fidem habuit, quod figurae brevitate Socrati similis erat, quod calceis non utebatur, quod Socratem studiosissime prosequebatur. Facillime autem intelligitur, quo sensu verba accipienda sint p. 173. B. *καὶ Σωκράτη γε ἔνια ἤδη ἀνηρόμην ὧν ἐκείνου ἤκουσα, καί μοι ὡμολόγει, καθάπερ ἐκεῖνος διηγεῖτο.* Apollodorum enim e Socrate quaesivisse consentaneum est: Num Agatho convivium ob victoriam in Lenaeis reportatam celebraverit? Num et Aristodemus affuerit? Num bibendi necessitate nulla convivae ad dicendum se paraverint? et quae sunt harum quaestionum aliae; sed non credibile est, de singularum orationum veritate quaestiones instituisse. Quo facilius autem Apollodorus intellecta externarum rerum veritate orationibus fidem habuit, eo studiosius Plato *ἔφη* verbo atque suspensa verborum structura sexcenties positis efficere studuit, ut lectores semper monerentur, traditionis dubiae veritati fictionem ad veritatem comparatam esse substitutam. Eadem de caussa Apollodorus et Aristodemus quasi rerum non bene memores fere huiusmodi sermones proferunt semper, nihilque laudant nisi addito quodam vocabulo, quod rei laudatae fidem aliquantulum imminuat.

De Glaucone, quae dicenda habemus, haec sunt. Primo obtutu homo lucri cupidissimus non alia de caussa videtur a Platone commemoratus esse, quam ut haberet Apollodorus, cui symposiacos sermones referret atque cuius vituperio ipse tanquam acerrimus Socraticae disciplinae propugnator inclaresceret. Re accuratius perpensa dubitari vix potest, quin Plato docere voluerit Glauconis exemplo adhibito, quo animo ad libelli lectionem accedendum sit. Nimirum negotiatores, ex quorum numero Glauconem fuisse constat, si certum quendam laborum finem sibi proposuerunt, incredibili industria eum persequi solent, cetera omnia flocci pendere. Non mirum igitur, Glauconem cum orationes apud Agathonem habitas audire cuperet, nihil aliud, quam orationum narrationem ab Apollodoro petiisse. Hoc praeterea sciscitatur satis caute, num ipse Apollodorus convivio interfuerit. Nam qui ex aliquo rem veram quaerit, cum explorare decet, num possit is, ex quo quaerit, verum docere. In qua re animadvertere licet, quantum discriminis inter Apollodori et Glauconis in-

genium intercedat. Ille Aristodemo fidem habet, quod figurá brevem, atque ut apud Platonem est, *ἀνυπόδητον* hominem sciebat et acerrimum Socratis amatorem. Hic Apollodorum Socratico more incedentem levi ioco prosecutus, ut hominem ad narrandum promtiorem faceret, laudataque eius cum Socrate familiaritate, num verum docere possit, explorat. Apollodoro ducente ad convivii tempus explorandum verborum *παίδων ὄντων ἡμῶν ἔτι* ambiguitatem non curans, ut melius intelligas, hominem externa nullius aestimasse, nihil nisi *πάνυ ἄρα πάλαι, ὡς ἔοικεν* respondit. Neque dubito equidem, quin his Glauconis verbis Plato indicare voluerit, quid de tempore convivii censendum sit. Tempus enim, quo orationes habitae essent, indicavit, quoniam orationes, quae habitae esse finguntur, aliquo tempore habitae sint, necesse est; ut vere illo tempore habitae crederentur, efficere noluit. Satis igitur ad rem esse, ipse Plato docet, si lectores cum Glaucone arbitrentur, orationes olim habitas esse. Iam si quis, ut Glauco ad audiendas, ita ad legendas orationes symposiacas accedit, h. e., si ea, quae verisimilitudinis caussa tanquam scenicus ornatus a scriptore addita sunt, ab ipsa re seiungit, ei non verendum est, ne ad instar Apollodori verum accipere opinatus ficticium accipiat, sed quod Glauconi contigisse legimus, veritatem in orationibus ficticiis latentem consequatur.

Familiares, qui una cum Apollodoro ex urbe rediisse narrantur, negotiatores sunt, eodem modo solarum orationum narrationem flagitantes, quo id a Glaucone factum esse vidimus. Neque dubitari potest, quin in Apollodori fidem inquisivissent, nisi ille ultro Aristodemi auctoritatem laudasset. Ut Glauco, ita hi quoque *μαγικόν* illud externarum rerum studium contemnunt, ut si ex eorum voluntate Apollodorus narrationem instituisset, nihil nisi orationes convivarum descriptas legeremus. Sed qui fieri potuisset, ut Apollodorus ea omittere animum induceret, quae pluris solebat, quam ipsas orationes aestimare? *Ἦσαν τοίνυν*, inquit, *ἐκεῖνοι τοιοίδε τινές. μᾶλλον δ' ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν, ὡς ἐκεῖνος διηγεῖτο, καὶ ἐγὼ πειράσομαι διηγήσασθαι.* Iam ut redeamus, unde exorsi sumus, ad Phaedri orationem exponendam transeamus.

Cap. VI.

Eros magnus deus est atque admirabilis coram hominibus et diis, cum aliis de caussis, tum propter originem. Antiquissimus enim est omnium deorum parentes nullos habens, Hesiodo, Parmenide.

Acusilao testibus. Hesiodus enim primum Chaos fuisse narrat, post terram et Erotem. Parmenides autem ait, Genesin omnium deorum Erotem primum produxisse. Cum Hesiodo consentit Acusilaus. Hac ratione consentiunt multi alii, Erotem deum esse antiquissimum. Antiquissimus autem deus summorum bonorum auctor est. Nam ut statim ad amatorum amasiorumque felicitatem describendam abeam, quid felicius cogitari potest, quam iuveni amator probus, amatori, quam amasius? Etenim quod hominibus, qui quidem bene vivere cupiunt, quasi gubernaculum esse debet ad navem vitae regendam, id, neque honores, nec divitiarum spes dulcissima, neque aliud quid eo modo, quo Eros, suppeditant. Hoc quid sit, si quaeritis, turpium rerum pudorem, pulcrorum studium et aemulationem hominum animis ingignit Eros, atque ad pulcherrima facinora capessenda paratos alacresque reddit. Iam amator in turpi re versans neque patris, nec familiarium neque aliorum vultum tantopere vereri solet, quam amasii. Neque amasius ab amatore malus conspici non maximopere timet. Igitur si posset fieri, ut civitas vel contubernium e solis amantibus composita esset, dubitari non licet, quin optima civitas existeret civium quippe a turpibus abstinentium, pulcra aemulantium. Et belligerantes hi quidem omnes, si ita dicere licet, homines vel pauci vincerent. Amator enim mori mavult, quam aciem deserere et arma abiicere amasio praesente. Amasium autem deserere periclitantique non opitulari — sed quid garrio, — nemo adeo malus, quem non ipsa vis Erotis, conspicua illa in amasio, ad summam virtutem excitet, ut par sit natura fortissimis. Nam ut apud Homerum heroibus animum inflant dii, ita Eros amantibus ignem inspirat et animum.

Cap. VII.

Hinc non est, quod miremur, non viros solum, sed, quod maioris aestimandum, mortem pro amasiis oppetere etiam feminas. Exemplo est Alcestis, Peliae filia, quae pro Admeto vicariam se dedit, atque huius facinoris magnitudine inferos deos adeo movit, ut ipsam ex Orco remitterent. Iidem Orpheo, Oeagri filio, quem mollem atque ignavum esse intellexere, uxoris non nisi umbram ostenderunt, atque, ut feminarum manibus occideretur, effecerunt. Achillem autem, Thetidis filium, in insulas beatorum miserunt. Is nimirum etsi comperisset e matre, Hectore occiso sibi moriendum esse, Patrocli amatoris sui caedem ultus de vita decessit. Aeschylus autem nugatur discens, Achillem Patrocli amatorem fuisse. Pulcrior enim ille erat, quam Patroclus ceterique heroes, et imberbis atque natu minor Ho-

mero teste. Iam magni aestimant dii virtutem, quae ex Erote proficiscitur, maioris aestimant, si amasius amatorem, quam si amator amasium diligit. Amator enim amasio divinior est. Achilli igitur maiores honores concesserunt, quam Alcestidi. Hac igitur ratione Eros antiquissimus est et honoratissimus atque ad virtutem felicitatemque comparandam hominibus viventibus et mortuis dux praestantissimus.

Multa indicia Platonicae voluntatis in Phaedri oratione contineri, supra iam a nobis monitum est. Sed ubi gentium sunt illa? Erotis antiquitatem, quam Phaedrus praedicat, Hesiodi Acusilaique et Parmenidis testimonia probant, quorum libri fontes sunt, ut scimus, mythologiae Graecorum. Dona dei Alcestidis, Peliae filiae exemplo probantur atque Achillis, Thetidis filii. Illa pro Admeto marito, hic pro Patroclo amatore de vita decessisse dicuntur. Unde haec exempla Phaedrus hausit? E mythologia Graecorum. Unde Orphei Oeagri filii exemplum petitum est? E mythologia Graecorum. Ex eodem fonte descendunt insulae beatorum, quae a Phaedro commemorantur, et Orcus, Orcique dii, ut dubitari nequeat, quin Phaedri oratio mythologiam Graecorum repraesentet. Ac ne forte dubites de Phaedri indole mythos vet[illegible] summa religione colendi: gravissime homo in Aeschylum invehitur, qui Achillem Patrocli amatorem narrando Homericum mythum temere perverterit. Quid, quod ab Eryximacho querens inducitur Phaedrus: ceteris diis suas laudes paratas esse, Erotem neglectum iacere, nonne hoc indicium manifestum esse censes studii mythologiae? Adde quae in Platonis Phaedro leguntur inde a p. 229. B. usque ad p. 230. B. *εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἐνθένδε μέντοι ποθὲν ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ λέγεται ὁ Βορέας τὴν Ὠρείθυιαν ἁρπάσαι;* et quae sequuntur, quibus verbis rursus doceare, mythologiae studiosissimum Phaedrum fuisse. Qui autem mythos veros habuit, is non potuit non credulitate quadam praeditus esse, qua cum alia, tum ea temere crederet omnia, quae a medicis praestigiatoribus praeciperentur, vide Plat. Phaedr. p. 227. A., Plat. Symp. p. 176. D. Non mirum igitur, mysticorum credulae turbae Hahnemanni praecepta hodie admodum placere. Restat, ut paucis dicamus de verbis Socratis, quae in Plat. Phaedro p. 229. E. leguntur, ubi Socrates cum rogatus esset a Phaedro, num Orithyiae mytho fidem haberet, indicassetque, quid de hoc mytho statuendum esset, haec addit: *ἐγὼ δέ, ὦ Φαῖδρε, ἄλλως μὲν τὰ τοιαῦτα χαρίεντα ἡγοῦμαι, λίαν δὲ δεινοῦ καὶ*

ἐπιπόνου καὶ οὐ πάνυ εὐτυχοῦς ἀνδρὸς, κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, ὅτι δ' αὐτῷ ἀνάγκη μετὰ τοῦτο τὸ τῶν Ἱπποκενταύρων εἶδος ἐπανορθοῦσθαι καὶ αὖθις τὸ τῆς Χιμαίρας· καὶ ἐπιῤῥεῖ δὲ ὄχλος τοιούτων Γοργόνων καὶ Πηγάσων καὶ ἄλλων ἀμηχάνων πλήθη τε καὶ ἀτοπίαι τερατολόγων τινῶν φύσεων. αἷς εἴ τις ἀπιστῶν προσβιβᾷ κατὰ τὸ εἰκὸς ἕκαστον, ἄτε ἀγροίκῳ τινὶ σοφίᾳ χρώμενος, πολλῆς αὐτῷ σχολῆς δεήσει. Non enim convenit nobis cum Stallbaumio in verborum ἄγροικος σοφία explicatione. Esse censet V. D. ἄγροικον σοφίαν illiberalem, quippe quae versetur in rebus vilibus, inutilibus, contemtis. Aliud quid Platonem exprimere voluisse certissimum est. Nam qui mythos explicat eo modo, quo Orithyiae mythum Socrates explicavit, is revera rustico munere fungitur. Etenim ut rusticus agri superficiem convertit acie rastri vel aratri, ita mythorum interpres rationis auxilio mythos convertit atque internum eorum sensum eruens dulcissimis gratissimisque narrationibus nudam aliquam rem antiquis factam temporibus substituit. Iam intelliges, opinor, ἄγροικον σοφίαν et convertendi munus et effectus tristitiam describere. — Sequitur Pausaniae oratio.

Cap. VIII.

Male Erotis non accuratius definiti laudatio proposita est a Phaedro. Scimus Erotem sine Venere non esse. Quae si esset una, unus Eros esset. Veneres autem duae sunt, altera natu maior, matre carens, Urani filia, quam Uraniam vocamus, altera natu minor, Iovis atque Dionae proles, Pandemos appellata. Igitur duo Erotes sunt, alter Uranii, alter Pandemi nomine insigniti. Horum uter laudandus sit, iam est exponendum; eo facto ipsa laudatio sequatur necesse est. Dii autem omnes laudatione digni: igitur de utroque Erote dicendum, atque quid utrique muneris datum sit, exponendum est.

Omnis actio, nam ab actionis simplicitate exordiendum est, si per se spectatur, neque pulcra est, neque turpis, sed ratione, qua fit, iudicatur. Quae bene fit et recte, pulcra est, quae male, turpis. Eadem amandi conditio est. Atque Eros quidem non omnis pulcher est atque laudatione dignus, sed is tantummodo, qui ad bene amandum homines ducit.

Cap. IX.

Veneris Pandemi Eros revera pandemus h. e. vulgivagus est quippe amans quicquid ipsius potestatis est. Eum vile sequitur ge-

nus hominum. Amatores autem hi sunt et feminarum et puerorum; deinde corporibus magis quam animis delectantur; postremo ad immaturos insipientesque feruntur voluptatem solam, non item rationem amandi curantes. Amant igitur qua possunt ratione, non minus bene quam male. Neque id mirum. Eros enim, quem sectantur, deae comes est natu minoris atque e femineo et masculo genere procreatae. Urania contra feminei sexus non particeps est, sed masculi tantummodo — agnosce inde Erotem puerorum —, maior natu est atque expers protervitatis. Eius Erotem qui sequuntur, non nisi ad masculum feruntur genus, eoque quippe firmiore et cordatiore delectantur. Hinc facile dignoscuntur in ipsa paederastia huius Erotis sectatores. Puerulos enim non amant, sed iuvenes intelligentia praeditos atque maturitate gaudentes, non ut expleta libidine, quorum imprudentiam fefellerint, eorum casum derideant eosque deserant ad alium decipiendum abituri, sed ut per omnem vitam fidem servent atque cum iis coniunctissimi vivant. Lex autem desideratur, quo impedirentur amatores, quominus puerulos amarent, ne operam et oleum frustra perderent. Puerulorum enim incertissima est futura conditio, nesciturque prorsus, utrum validi probique futuri sint, necne. Illam legem ipsi sibi imponunt boni amatores: necessarium esset, ut et Pandemi sectatores haud aliter, atque a feminis liberis, a puerulorum immaturitate cohiberentur. Illi enim sunt, quorum effecit intemperantia atque inaequitas, ut turpe iudicetur amatoribus gratificari. Nam nulla actio si bene agitur et legitime, vituperari potest.

Apud Athenienses Lacedaemoniosque ambigue de paederastia iudicatur, ceterarum civitatium simplex iudicium est. Nam in Elide, Boeotia et ubi non sunt dicendi periti, pulcrum habetur amatoribus gratificari, neque iuvenis neque senex turpe dicat, ne iuvenibus persuadere frustra laborent quippe dicendi non periti. In Ionia autem et apud omnes, qui Persis subiecti sunt, et paederastia turpis habetur et philosophia et gymnastice. Nam cum tyrannorum rationibus elatiores animi, amicitiae et coniunctiones, quas inflat Eros, non conveniunt. Hoc in nostra terra tyranni experti sunt. Nam Aristogitonis amor et Harmodii amicitia eorum dominationem everterunt. Iam ubi turpe existimatur amatoribus gratificari, dominorum intemperantia, civium ignavia factum; ubi simpliciter pulcrum iudicatur, inertia iudicantium. Multo melius in nostra civitate de paederastia iudicium est, sed non facile ad intelligendum.

Cap. X.

Nam si quis reputat apud se, pulcrius haberi aperte quam tecte amare praecipue nobilissimos et optimos, etiam si minus, quam alii, sint pulcri, et summam cohortationem amanti fieri ab omnibus, — non quasi turpe quid facienti — et capientem amasium laudari, non capientem vituperari, et quo facilius amasius capiatur, amatori licere sine dedecore quidvis facere, quod si quis committeret alius alia de caussa, summopere vituperaretur — nam si quis pecuniae comparandae vel honorum vel aliarum rerum caussa faceret, quae amatores faciunt, ut iuvenes suppliciter adeant, iusiurandum semper in ore gerant, ante fores pernoctent et serviliter iis inserviant, impediretur, quominus id faceret, et ab amicis et ab inimicis. Amatori autem hoc facere licet sine invidia et ignominia, quasi pulcherrimum facinus patraret. Quod autem gravissimum est, hoc est, quod vel periurii poena nulla est amanti, ut vulgo putant quidem. Dicunt enim iusiurandum in amore non esse iusiurandum. Sic et dii et homines quidvis licere amanti facere statuerunt e nostrae ratione legis, — haec, inquam, si quis reputat apud se, pulcherrimam in hac civitate paederastiam haberi iudicabit. Idem si animadverterit, patres filiis paedagogos praeficere, qui prohibeant, ne cum amatoribus amasii confabulentur, et amicos confabulantes acerrime vituperare, senioresque vituperium istud confirmare, quippe, quominus fiat, non prohibentes, rursum iudicabit, turpissimam in hac civitate paederastiam haberi.

Res sic se habet. Iudicium non simplex est, quatenus statim ab initio dictum est, actionem per se spectatam nec turpem esse, nec pulcram, sed bene actam, pulcram iudicari, male turpem. Male agit autem, qui malo male gratificatur, bene, qui bono bene. Malus amator Pandemi sectator est, corpus quam animum amans magis. Neque fidus est, quippe amator rei non durantis. Corpus enim, cuius erat amator, ubi defloruit, aufugere solet verbis promissisque non stans. Amator autem bonae indolis per omnem vitam manet quippe rei durantis amator. Hos amatores lex Atheniensis examinare vult, atque bonis favere, malos exterminare. Amatores igitur omnes ad persequendum incitat, amasiis fugam praescribit examinans, ex utro genere sint et amator et amasius. Hac de caussa turpe habetur statim capi ab amatore, nam temporo opus est, quod censent optime res examinare; turpe porro, divitiis et spe magnae in civitate auctoritatis capi, iniuriam acceptam non ulcisci, pecuniam oblatam vel honores non contemnere. Horum enim nihil firmum est et

fidum, praeterquam, quod ne oritur quidem inde generosa amicitia. Una ratio reliqua, qua potest secundum nostram legem amatori amasius gratificari pulcre. Est enim nobis lex, imposita illa amatoribus, qua omnis generis servitus amasii capiendi caussa suscepta laudabilis iudicatur. Sic alia eaque sola servitus amasiis conceditur legitime, quae virtutis caussa suscipitur.

Cap. XI.

Nimirum lex est, si quis velit alicui servire, cuius ope melior fieri possit, eam servitutem non turpem esse. Hae leges coniungantur necesse est, altera amatoris, altera amasii, si quis amatori gratificans ignominiam vitare studet. Nam si in eodem amoris fine conveniunt amator et amasius, alter ex lege sua amasio gratificanti largiens, quae merito amatores amasiis largiuntur, alter ei, a quo sapientior factus est et melior, praestans, quae recte amasii amatoribus praestant, h. e., si amator habet, quo possit amasium meliorem reddere et sapientiorem, et si cupit amasius melior et sapientior fieri; si in hoc, inquam, fine amoris uterque convenit, pulcrum est amasium amatori gratificari. Alia ratione turpe est. Atque in hoc studio vel decipi ignominia nulla. Aliud si sequitur, et decepto et non decepto ignominia parata est. Si quis v. c. amatori, quem divitem opinabatur, divitiarum caussa se dederit, etiamsi pecuniam non acceperit, quam revera non possedit amator, non minus, quam si accepisset, vituperatur. Aperuit enim, quantum in ipsius potestate est, pecuniae caussa quidvis cuivis praestiturum esse. Hoc non pulcrum. Item si quis, ut ipse melior fieret amatoris, quem bonum esse opinabatur, protervitate decipitur, ut ille malus sit atque expers virtutis, tamen et decipi non ignominiosum est. Indicavit enim, quantum in ipso est, virtutis caussa quidvis cuivis praestiturum esse. Atque hoc quidem omnium pulcherrimum est. Sic igitur pulcherrimum, virtutis caussa amatori se dare. In hac igitur re Eros Uraniae deae Uranius conspicitur, et civitati et civibus utilissimus deus quippe multum studii in virtute collocare cogens et amasios et amatores. Ceteri omnes alterius deae sunt, quam Pandemon vocamus. —

De huius orationis fine nihil annotatum est in Symposio. Nam quod verba attinet p. 177. E. *οὔτε σου Ἀγάθων καὶ Παυσανίας*, nihil ex iis eruitur, quo possis de Platonis consilio certior fieri; verba autem p. 185. C. *Παυσανίου δὲ παυσαμένου* non nisi de externa forma orationis accipienda sunt. Igitur ex ipsa Pausaniae

oratione indicia petenda sunt Platonicae voluntatis hercle haud difficilis ad intelligendum. Quid enim sibi vult duplex Eros, quem bonam et malam rationem amandi Pausanias interpretatur? Quid legis desiderium, ne ad immaturiorum insipientiam accedant amatores? Quid Atheniensium et Lacedaemoniorum de Erote legum interpretatio? Num dubitari potest, quin, ut Phaedrus mythologiam, ita Pausanias politicen repraesentet? Res ita clara videtur, ut longiore explicatione non indigeat. Quaeritur autem, num Pausanias politicis rebus operam navaverit. Auditorem fuisse legimus Prodici sophistae Plat. Protag. p. 315. D., Protagorae discipuli, ut tradit Schol. ad Plat. de rep. X. Comment. Critt. Bekkeri Tom. II. p. 421. De Protagora Socrates in Plat. Protag. p. 319. A. *Ἆρ'*, inquit, *ἑπομαί σου τῷ λόγῳ; δοκεῖς γάρ μοι λέγειν τὴν πολιτικὴν τέχνην καὶ ὑπισχνεῖσθαι ποιεῖν ἄνδρας ἀγαθοὺς πολίτας.* Cui respondit Protagoras: *Αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτό ἐστιν, ὦ Σώκρατες, τὸ ἐπάγγελμα, ὃ ἐπαγγέλλομαι.* Politicarum rerum scientiam plerique sophistae profitebantur, ut non mirum sit, Prodicum quoque, Protagorae discipulum politicen auditoribus discendam propinasse. Commode igitur Plato Pausaniam, Prodici auditorem elegit, qui politicen repraesentaret. Ceterum mollem libidinosumque Prodicum fuisse scimus teste Philostrato Vit. sophist. XII. p. 496. ed. Olear., neque aliter moratum Pausaniam tum Macedonicum diverticulum probat, tum oratio manifesto prodit, quam Plato composuit tanquam a Pausania habitam. Alium enim orationis finem non reperimus, quam ut licere dicatur iuvenibus flagitiosis esse virtutis caussa. Magna autem subtilitate adhibita de erotica lege Atheniensium atque Lacedaemoniorum loquens bonorum et improborum civium iudicia ita inter se conciliat, ut paederastia quamvis damnata bonorum iudicio tamen legitima esse videatur. Etenim boni cives improbarunt, mali probarunt paederastiae abusum, de quo tecte agit Pausanias verbis utens *ἐραστῇ χαρίζεσθαι*. Cavendum autem est, ne quis cum abusu rei ipsam rem commutet, quod Rückertus fecit annotando: Graeci quamvis frequentissimus usus sanxisset quodammodo puerorum amorem, tamen ut probarent eum, nunquam induxerunt animum. Quam sententiam ne multis reprobem, Athenaeum laudare iuvat Deipnos. p. 561. D. *ἔτι δὲ καὶ οἱ τούτου (Ζήνωνος) πρεσβύτεροι κατὰ φιλοσοφίαν σεμνόν τινα τὸν Ἔρωτα καὶ παντὸς αἰσχροῦ κεχωρισμένον ᾤοντο. δῆλον ἐκ τοῦ κατὰ γυμνάσια αὐτὸν συνιδρῦσθαι Ἑρμῇ καὶ Ἡρακλεῖ, τῷ μὲν λόγου, τῷ δὲ ἀλκῆς προεστῶτι. ὧν ἐνωθέντων φιλία τε καὶ ὁμόνοια γεννᾶται, δι'*

ὧν ἡ καλλίστη ἐλευθερία τοῖς ταῦτα μετιοῦσιν συναύξεται. Ἀθηναῖοι δὲ τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ συνουσίας τινὸς διαλαβεῖν προεστάναι τὸν Ἔρωτα, ὥστε τῆς Ἀκαδημίας ἐκδήλως τῇ Ἀθηνᾷ καθιερωμένης, αὐτόθι τὸν Ἔρωτα ἱδρυσάμενοι συνθύουσιν αὐτῷ κ. τ. λ. Quod permulti fuerunt, qui Pausaniae similes essent, inde non sequitur, puerorum amorem Graecis damnatam esse. Qualis autem ille fuerit, etiam ex ambiguitate colligere possis Sophistica, qua de Elidensium et Boeotorum institutis loquens usus est. Verba sunt: ἐν Ἤλιδι μὲν γὰρ καὶ ἐν Βοιωτοῖς καὶ οὗ μὴ σοφοὶ λέγειν, ἁπλῶς νενομοθέτηται καλὸν τὸ χαρίζεσθαι ἐρασταῖς, καὶ οὐκ ἄν τις εἶποι οὔτε νέος οὔτε παλαιὸς ὡς αἰσχρὸν, ἵνα, οἶμαι, μὴ πράγματ' ἔχωσι λόγῳ πειρώμενοι πείθειν τοὺς νέους, ἅτε ἀδύνατοι λέγειν, quae verba e Pausaniae mente significant: Elidenses, Boeotos, alios ideo pulcrum censere amatoribus gratificari, ut libidines facilius expleant, quippe metuentes, ne frustra iuvenes ad nequitias dicendo alliciant. Quid, quod aetatem definit homo nequam, qua amari pueros liceat, maturitatem? Notum enim, maturos pulcherrimos esse, quod moneo, ne quis in eam sententiam incidat, ut virtutem paederastia colendam Pausaniae cordi fuisse existimet. — Sequitur Eryximachi medici oratio.

Pars prior Pausaniae orationis perpulcra, posterior manca est et imperfecta. Duplicem Erotem esse recte statuit, in eo fallitur, quod nonnisi in hominum animis esse putat atque Erotem pulcrorum esse. Est enim etiam in corporibus viventium omnium, et in iis, quae in terra oriuntur, atque in omnibus fere rebus, quae sub sensus cadunt. Hoc in nostra arte, h. e., in medicina manifestum est. Sic in corpore sanum et morbidum quid aliud est, quam duplex vis Erotis? Bonis hominibus gratificari decet, ut docuit Pausanias, malis non decet. Sic etiam in corporibus sanis viribus gratificari decet, morbidis non decet eum, qui artis medicae peritus est. Ars enim medica diagnosis est corporis constitutionis, quam qui tenet, medicae theoriam optime sapit. Practicus autem, qui vocatur, is est, qui viribus vires ita substituere potest, ut sanas inferat, morbidas vires e corpore expellat. Hoc fieri solet ita, ut discordia quae sint, ea concordia reddantur, quod Asclepiades, quem πρόγονον medicorum vocant poëtae, primus faciens artis medicae theoriam constituit.

Igitur medica ars a solo Erote gubernatur. Idem in gymnasticem cadit et in agriculturam. Adde musicam, de cuius Erote duplici quod recte sensit Heraclitus, id verbis non recte expressit. Quis

nesciat Uraniam atque Polyhymniam, quibus nominibus vis duplicis Erotis expressa est et descripta manifesto. Utraque uti licet, sed apte et modice, atque Polyhymnia quidem, Erotis Pandemi mater, eodem modo in musica adhibenda est, ut in medica arte ars coquinaria, ut delectationem pariat, turbas non excitet. Sic in ceteris omnibus et divinis et humanis utriusque Erotis colenda vis est et potestas. Omnibus enim uterque inhabitat.

Cap. XIII.

Idem in tempestatum mutationes cadit. Quae si ita se excipiunt, ut recto Erote h. e., frigore et calore, humiditate et ariditate recte inter se conciliatis se excipiant, fertilitatem pariunt salubritatemque; sin aliter, h. e., si Pandemo praevalente se excipiunt, turbae summae omnibus rebus excitantur, pestes oriuntur et intemperies. Adde pruinam, grandinem, segetum rubiginem, orientia ex earum virium discordia, quarum diagnosis astronomia vocatur. Eodem vaticinium redit. Iam Erotis vim latissime patentem admirare.

Finem huius orationis si quaeris, indicium a Platone additum frustra quaeres. Igitur rursus ex ipsa oratione, quid de ea censendum sit, et quo consilio eam Plato composuerit, hauriendum. Res explicatu facillima est. De arte medica, de gymnastice et agricultura, de musica, astronomia, aliis, Eryximachus sic agit, ut dubitari nequeat, quin scientias repraesentet. Ne autem mireris, Eryximachum medicum hoc munere fungi, Hippiae Elei auditorem fuisse e Platonis Protagora discimus p. 315. C., de quo sophista Protagoras sic iudicat p. 318. D. *Ἱπποκράτης γὰρ παρ' ἐμὲ ἀφικόμενος οὐ πείσεται ἅπερ ἂν ἔπαθεν ἄλλῳ τῳ συγγενόμενος τῶν σοφιστῶν. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι λωβῶνται τοὺς νέους· τὰς γὰρ τέχνας αὐτοὺς πεφευγότας ἄκοντας πάλιν αὖ ἄγοντες ἐμβάλλουσιν εἰς τέχνας, λογισμούς τε καὶ ἀστρονομίαν καὶ γεωμετρίαν καὶ μουσικὴν διδάσκοντες — καὶ ἅμα εἰς τὸν Ἱππίαν ἀπέβλεπεν — κ. τ. λ.* Transimus ad Aristophanis orationem.

Cap. XIV.

Aliter atque Eryximacho visum est et Pausaniae, mihi de Erote statuendum videtur, cuius vim hominum genus prorsus non perspexit. Est enim humano generi amicissimus deus, summus patronus et medicus eorum, quorum sanatio summa felicitate genus humanum afficeret. Audite igitur primum, quae mala olim perpessum est. Alia atque nunc, nostrae naturae conditio fuit olim. Tria fuerunt homi-

num genera, masculum, femineum, androgynon. Androgynon e masculo et femineo genere compositum fuit. Deinde integer homo quisque fuit quatuor pedibus, totidemque manibus, aliisque membris dupliciter positis conspicuus. Masculum genus soli, femineum terrae, androgynum lunae originem debuit. Nam luna et solis et terrae particeps. Haec genera magno robore scitote instructa fuisse magnosque animos aluisse, ita ut vel diis insidiarentur.

Cap. XV.

Iupiter ceterique dii quid iis facerent, diu dubitavere. Neque enim fulmine ea ferire licuit — honores enim et sacra futurum erat ut evanescerent, neque tamen impietatem punire noluerunt. Tandem invenit Iupiter hominum dissectionem, qua et debiliores homines fierent, atque diis utiliores quippe numero auctiores. Dissecti autem si forte impii esse pergerent, alteram dissectionem adhibere statuit, ut uno pede insistere atque saliendo procedere cogerentur. Dissecuit Iupiter, sanavit dissectos Apollo. Homines autem dissecti dimidii sui desiderio flagrantes invicem se amplectebantur, amplexuque mutuo inhaerentes moriebantur. Huius conditionis miseratione tactus Iupiter pudenda transposuit, effecitque, ut satietas esset amplexandi et, si androgyni segmenta convenirent, proles nasceretur. Ex illo igitur tempore Eros innatus est hominibus, integritatis dux recuperandae, unum e duobus facere studens atque naturam humanam sanare.

Cap. XVI.

Quisquis igitur quasi tessera hominis est tesserae desiderio circumactus. Viri igitur, qui androgyni partes sunt, ad feminas feruntur, adulterique sunt haud raro. Feminarum autem quotquot segmenta androgyni sunt, ad viros feruntur, moechaeque ex eo genere sunt. Feminae contra, qui feminae integrae segmenta sunt, ad feminas feruntur plerumque, tribadesque vocantur. Viri autem, qui viri segmenta puerili aetate viros amant, optimique sunt, quippe genere fortissimo nati. Quos sunt, qui impudicos opinentur. Frustra. Non enim impudicitia id faciunt, sed naturae bonitate. Iidem soli politicas res viriliter tractant virili aetate, puerosque amant atque non nisi legis auctoritate mariti sunt et genitores. Qui si forte ipsis suis segmentis incidunt, incredibili commotione animi se amplectuntur coniunctissimique per omnem vitam vivunt nescientes, quid alter ab altero sibi fieri velit. Veneris enim oblectamenta causam esse huius studii vix est credibile. Aliud volunt, idque divinant tantummodo, non item sciunt. Iam si accederet Vulcanus dicens:

Quid est, quod velitis alteri ab altero fieri? Num fortasse coniunctissimi semper esse cupitis, ut nec dies nec noctes disiuncti sitis? Quod si est e sententia vestra, faciam, ut e duobus fiatis unus, et hic atque in Orco vivatis unus. Hoc si diceret Vulcanus, amantes audisse sibi viderentur, quod diu cupivissent. Integritatis igitur studio Eros nomen est. Nunc iniustitia factum est humani generis, ut dissecti simus a deo, sicut Arcades a Lacedaemoniis. Metus autem est, ne rursus dissecemur, si impii sumus, consimilesque fiamus figuris in statuarum quadratarum compaginibus positis, naribus dissectis, tesserarum in modum dissecti. Hoc ne fiat, atque ut coniunctionis illius participes fiamus, ad quam Eros ducit, pii simus erga deos. Deorum autem benevolentia ipsis dimidiis nostris potiamur, quod nunc propter iniustitiam perpaucis contingit. Ac ne forte Eryximachus Pausaniam atque Agathonem a me tangi suspicetur: fortasse et hi illius felicitatis compotes sunt atque natura viriles: sed ad omne genus humanum oratio spectat mea, non minus ad feminas, quam ad viros, id agens, ut indicetur nos felicissimos fore, si Erote ducente dimidio quisque suo potiatur, et ad pristinae felicitatis naturam redeamus. Hoc si optimum omnium est, necesse est, ut nunc se res habet, optimum sit, quod ad illud proxime accedat. Hoc evenit, si quis idoneo amasio potiatur. Huius rei auctorem laudantes merito Erotem praedicamus, qui et nunc ad pristinam felicitatem nos dirigit et olim sperari iubet, ut servata erga deos pietate integritatem nostram recuperemus felicissimique simus.

Si verum est, quod in superioribus indicare studuimus, Phaedrum mythologiam, Pausaniam politicen, Eryximachum scientias repraesentare, perfacile, ut arbitror, intelligitur, quo consilio Plato Aristophanem loquentem induxerit. Una enim ars restat, quam si addideris repraesentatam illam quidem ab Aristophane, Phaedri, Pausaniae, Eryximachi, Aristophanis orationibus omnem humani generis vitam repraesentatam habebis. Conficitur enim vitae humanae quasi circulus mythologia, politice, scientiis, arte. Neque argumenta desunt, quibus artem ab Aristophane repraesentari probemus. Primo loco laudemus, ut par est, Platonem, qui Socratem loqui facit p. 177. D. *οὐδείς σοι, ὦ Ἐρυξίμαχε, ἐναντία ψηφιεῖται. οὔτε γὰρ ἄν που ἐγὼ ἀποφήσαιμι, — οὐδὲ μὴν Ἀριστοφάνης, ᾧ περὶ Διόνυσον καὶ Ἀφροδίτην πᾶσα ἡ διατριβή*, quibus verbis, ut arbitror, ars indigitatur manifesto. Notum proverbium est, quo dicitur Venus sine Cerere et Libero frigere. Dicere nobis

***

liceat, ἵνα καὶ ἡμεῖς τὴν παροιμίαν διαφθείρωμεν, sine Libero et Venere frigere artem. Id si verum esse concesseris, haud dubitabis, quin ideo Aristophanes Liberum atque Venerem studiose colere dicatur, quod artifex summus a Platone habitus est. Testis est Olympiodorus in Vit. Plat. p. 585. 1 ἔχαιρε δὲ (ὁ Πλάτων) πάνυ καὶ Ἀριστοφάνει τῷ κωμικῷ καὶ Σώφρονι, παρ' ὧν καὶ τὴν μίμησιν τῶν προσώπων ἐν τοῖς διαλόγοις ὠφελήθη. Λέγεται δὲ οὕτως αὐτοῖς χαίρειν, ὥστε καὶ ἡνίκα ἐτελεύτησεν, εὑρεθῆναι ἐν τῇ κλίνῃ αὐτοῦ Ἀριστοφάνην καὶ Σώφρονα. καὶ ἐπίγραμμα δὲ τοιοῦτον εἰς Ἀριστοφάνην αὐτὸς πεποίηκεν·

Αἱ Χάριτες τέμενός τι λαβεῖν, ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται
Ζητοῦσαι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.

Ex his verbis etiam coniicere possis, Platonem artis repraesentandae munus Aristophani non solum dedisse, sed etiam cum honoris significatione atque grati animi testificandi caussa attribuisse. Alterum argumentum mythus eroticus est, quem cur exhibuerit Plato et cur mediis convivarum orationibus inseruerit, frustra docti viri quaesiverunt. Eorum sententias repetere singulas nolo, indicasse sufficit, artis exemplum Platonem edere voluisse; neque ἀγροίκῳ σοφίᾳ uti lubet, atque ideam mythi legentium oculis nudam exponere, quae facillima est ad intelligendum. Nam quod Rückertus Aristophanicum mythum in deorum derisionem compositum censuit, non inde factum est, quod ideam illam non perspiceret, sed quod Prodico sophistae itemque derisori deorum Aristophanis orationem vindicare sibi proposuerat. Restat, ut explicemus, quam convenienter comici poëtae ingenio mythus eroticus compositus sit. Satis notum, Aristophanem et summum artificem et acerrimum censorem fuisse morum. Fabulae certe eius ita comparatae sunt, ut in vitia hominum directas esse statim intelligas. Iam si Plato eroticum illum mythum ita composuisset, ut nonnisi specimen artis ediderit, quam Aristophanes repraesentaret, mythi pulcritudinem admiraremur quidem, sed ab Aristophane compositum vix crederemus. Aliquid enim sentiremus additum esse oportere, quo Aristophanicae artis proprietatem, quae in notandis hominum vitiis cernitur, Plato describeret. Id, si quid video, in verbis continetur p. 193. B. καὶ μή μοι ὑπολάβῃ Ἐρυξίμαχος κωμῳδῶν τὸν λόγον, ὡς Παυσανίαν καὶ Ἀγάθωνα λέγω. ἴσως μὲν γὰρ καὶ οὗτοι τούτων τυγχάνουσιν ὄντες καὶ εἰσὶν ἀμφότεροι τὴν φύσιν ἄρρενες, quibus eodem modo Eryximachus, ut in Agathonem et Pausaniam eroticum mythum directum accipiat, admonetur, quo Alcibiades servos Agathonis ad

audiendum sermonem incitat p. 218. B. οἱ δὲ οἰκέται καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶ βέβηλός τε καὶ ἄγροικος, πύλας πάνυ μεγάλας τοῖς ὠσὶν ἐπίθεσθε, ubi vide annotat. p. 364. Iam quaeritur, quomodo mythus Aristophanis in Pausaniam et Agathonem directus sit. Agathonem amasium Pausaniae fuisse locus docet Plat. Protag. p. 315. D. παρεκάθηντο δὲ αὐτῷ (τῷ Προδίκῳ) ἐπὶ ταῖς πλησίον κλίναις Παυσανίας τε ὁ ἐκ Κεραμέων καὶ μετὰ Παυσανίου νέον τι ἔτι μειράκιον, ὡς μὲν ἐγῷμαι, καλόν τε κἀγαθὸν τὴν φύσιν, τὴν δ' οὖν ἰδέαν πάνυ καλός. ἔδοξα ἀκοῦσαι ὄνομα αὐτῷ εἶναι Ἀγάθωνα, καὶ οὐκ ἄν θαυμάζοιμι, εἰ παιδικὰ Παυσανίου τυγχάνει ὤν, quo loco etiam mos amantium indicatur, quem Aristophanes describit p. 192. C., uno in loco considendi. Amantes esse etiam Socrates, ut videtur indicat verbis p. 177. D. οὔτε που Ἀγάθων καὶ Παυσανίας. Merito igitur quaeras, cur Plato eos non iuxta sedentes in convivio exhibuerit? Aliquid lucis affert rei narratio Aeliani V. H. l. II. cap. 21.: Ἀγάθωνος ἦρα τοῦ ποιητοῦ Παυσανίας ὁ ἐκ Κεραμέων. Καὶ τοῦτο μὲν διατεθρύλληται, ὃ δὲ μὴ εἰς πάντας πεφοίτηκεν, ἀλλ' ἐγὼ ἐρῶ. Εἰς Ἀρχελάου ποτὲ ἀφίκοντο ὅ τε ἐραστὴς καὶ ὁ ἐρώμενος οὗτοι. ἦν δὲ ἄρα ὁ Ἀρχέλαος ἐρωτικὸς οὐχ ἧττον ἢ καὶ φιλόμουσος. ἐπεὶ τοίνυν ἐώρα διαφερομένους πρὸς ἀλλήλους τόν τε Παυσανίαν καὶ τὸν Ἀγάθωνα πολλάκις, οἰόμενος τὸν ἐραστὴν ὑπὸ τῶν παιδικῶν παροράσθαι, ἤρετο ἄρα τὸν Ἀγάθωνα ὁ Ἀρχέλαος, τί βουλόμενος οὕτω πυκνὰ ἀπεχθάνεται τῷ πάντων μάλιστα φιλοῦντι αὐτόν; ὁ δὲ, ἐγώ σοι, ἔφη, φράσω, βασιλεῦ. οὔτε γάρ εἰμι πρὸς αὐτὸν δύσερις, οὔτε ἀγροικίᾳ πράττω τοῦτο. εἰ δέ τι καὶ ἐγὼ ἠθῶν ἐπαΐω τῇ τε ἄλλῃ καὶ ἐκ ποιητικῆς, ἥδιστον εὑρίσκω εἶναι τοῖς ἐρῶσι πρὸς τὰ παιδικὰ ἐκ διαφορᾶς καταλλάσσεσθαι. καὶ πεπίστευκα, οὐδὲν αὐτοῖς οὕτως ἀπαντᾶν τερπνόν. τούτου γοῦν τοῦ ἡδέος πολλάκις αὐτῷ μεταδίδωμι, ἐρίζων πρὸς αὐτὸν πλεονάκις. εὐφραίνεται γὰρ καταλυομένου μου τὴν πρὸς αὐτὸν ἔριν συνεχῶς. ὁμαλῶς δὲ καὶ συνήθως προσιόντος οὐκ εἴσεται τὴν διαφορότητα· ἐπήνεσε ταῦτα ὁ Ἀρχέλαος, ὡς λόγος κ. τ. λ. Huius narrationis veritatem cur addubitemus non habemus. Quid igitur prohibet, quominus etiam in convivio a Platone descripto putemus non alia de caussa Agathonem a Pausania dissedisse, quam ut aculeos libidini amatoris adderet? Iam Aristophanes sempiternae coniunctionis desiderium Erotem esse docens, quod omnis libidinis expers sit, in Pausaniae Agathonisque

dissidium libidinis augendae gratia institutum aperte illudit. Eosdem disiunctim sedentes aliquo modo humani generis dissectio tangit iniuria hominum effecta. Manifesto autem contra Agathonem verba directa sunt p. 193. B.: *πάντ' ἄνδρα χρὴ ἅπαντα παρακελεύεσθαι εὐσεβεῖν περὶ θεούς, ἵνα τὰ μὲν ἐκφύγωμεν, τῶνδε τύχωμεν, ὧν ὁ Ἔρως ἡμῖν ἡγεμὼν καὶ στρατηγός. ᾧ μηδεὶς ἐναντία πραττέτω. πράττει δ' ἐναντία, ὥστις θεοῖς ἀπεχθάνεται. φίλοι γὰρ γενόμενοι καὶ διαλλαγέντες τῷ θεῷ ἐξευρήσομέν τε καὶ ἐντευξόμεθα τοῖς παιδικοῖς τοῖς ἡμετέροις αὐτῶν, ὃ τῶν νῦν ὀλίγοι ποιοῦσιν.* Sequitur adhortatio ad Eryximachum, quae quo sensu ab Aristophane proferatur, supra iam expositum est. Eius mentem etiam sequentia produnt: *ἴσως μὲν γὰρ καὶ οὗτοι τούτων τυγχάνουσιν ὄντες καὶ εἰσὶν ἀμφότεροι τὴν φύσιν ἄρρενες.* Expertes enim esse intimae illius coniunctionis, qua amantes ne exiguum quidem tempus disiuncti esse volunt, ipsum Pausaniae atque Agathonis dissidium evicit, ita ut dubitari nequeat, quin *ἴσως* vocula irrisioni exprimendae inserviat. Dissidii caussam haud dubie noverunt convivae omnes, quam fuisse Aelianus docet l. l., nequitiam, effrenatam libidinem, animum effeminatissimum spurcissimumque. Intelliges igitur, opinor, cur Aristophanes dixerit *καὶ* (sc. *ἴσως*) *εἰσὶν ἀμφότεροι τὴν φύσιν ἄρρενες.* In hac re fieri sane potuit, ut comicus poëta in Pausaniae Agathonisque nomina illuderet eo modo, quo id factum esse indicavimus annotat. p. 186. Confirmant hanc suspicionem verba insequentia *εἰ ἐκτελέσαιμεν τὸν ἔρωτα*, quae si forte ita pronuntiavit Aristophanes, ut oculos in Pausaniam converteret, dubitari vix licet, quin dissidii caussam etiam debilitatem interpretatus sit.

De singultu Aristophanis pauca sunt, quae dicenda habemus. Schol. *τὸ τοῦ λυγμοῦ*, inquit, *σύμπτωμα ἐπιγίνεται τῷ στομάχῳ διὰ πλήρωσιν ἢ κένωσιν.* Utroque, ut videtur, vitio, et *πληρώσει* et *κενώσει* Pausaniae oratio laborat. Verbis abundat, ut iam Apollodorus indicavit dicens p. 185. C. *Παυσανίου παυσαμένου*, vero autem caret, quandoquidem superata verborum farragine docemur, licere iuvenibus virtutis ergo vitiosis esse. Dubitari igitur nequit, quin poëta comicus singultum simulaverit, ut in vitia illa orationis Pausanianae illuderet. Igitur verum non est, sternutatione adhibita singultum eius sanatum esse. Sanatum simulavit autem poëta comicus, ut haberet, quo etiam Eryximachi orationem carperet. Id quomodo fecerit, facillime intelligitur. Etenim Eryximachus docuit p. 186. B., *τὸ ἀνόμοιον τῶν ἀνομοίων ἐπιθυμεῖν καὶ ἐρᾶν*,

quae verba si recte intelligo, nihil aliud indicant, quam mala additis malis fieri maiora. Sequitur inde, morbos nonnisi ita sanari posse, ut bonae vires bonis additis augeantur. Iam si Eryximachum sternutationem in auxilium vocasse legimus, quae singultui Aristophanis mederetur, aliud de arte medica medicum docuisse, aliud in artis usu fecisse docemur. Quid enim aliud est sternutatio, quam particula *τῶν ἀνομοίων*? Apte igitur Aristophanes, *καὶ μάλ' ἐπαύσατο*, inquit, *οὐ μέντοι πρίν γε τὸν πταρμὸν προσενεχθῆναι αὐτῷ, ὥστε με θαυμάζειν, εἰ τὸ κόσμιον τοῦ σώματος ἐπιθυμεῖ τοιούτων ψόφων καὶ γαργαλίσμων, οἷον καὶ ὁ πταρμός ἐστιν*, h. e., ut Eryximachi utar verbis, *εἰ τὸ ὅμοιον τοιούτων ἀνομοίων ἐπιθυμεῖ καὶ ἐρᾷ*. Iam Rückertus Eryximacho dicendum fuisse monet, si Aristophani minus urbane respondere voluisset, non *τὸ κόσμιον* sternutationem appetere, sed eius auxilio *τὸ ἄκοσμον* expellendum fuisse. Pone, rectum vidisse Rückertum, quomodo, quaeso, verba explicabis: *τὸ ἀνόμοιον τῶν ἀνομοίων ἐπιθυμεῖ καὶ ἐρᾷ*? Num recte dici potest *τὸ ἀνόμοιον* desiderare et amare id, a quo expellatur? — Dicendi munus transit ad Agathonem.

Cap. XVIII.

Lubitum est, Agatho inquit, primum indicare, qua ratione dicendum sit, deinde dicere. Videntur enim omnes, qui ante me locuti sunt, non deum laudare, sed vitam hominum e dei donis aestimatam praedicare. Iam qui alicuius laudationem exhibiturus est, is et indolem eius describere debet, cuius caussa laudatio suscipitur, et res commemorare, quarum ille auctor est. Igitur in Erotis laudatione primum, qualis est Eros, dicendum est, deinde dona eius referenda sunt. Iam omnium deorum, quotquot beati sunt, beatissimum, si fas est dicere, Erotem dico, quippe pulcherrimum et fortissimum. Pulcherrimum autem dico, quod natu minimus est, non, ut Phaedrus dixit, antiquissimus deorum. De qua re ne dubites, senectutem vitat, quam velocem scimus esse; iusto certe celerius nobis advenit. Porro ut cum iuventute semper consociatur, ita ipse iuventutis flore gaudet. Vetus enim proverbium est, similem simili gaudere. Phaedro autem alia multa concedens hoc non largiar, ut Crono et Iapeto antiquiorem Erotem credam, sed natu minimum esse aeternaque iuventute frui contendo. Veteres autem deorum rixas Hesiodus et Parmenides dixissent, opinor, si vera narrare voluissent, Fati non Erotis vi factas esse, neque omnis generis violentiam inter se exercuissent dii, si Eros affuisset, sed amicitia et pax iis data

esset, uti nunc, ex quo tempore Eros rex est eorum. Iuvenis igitur est, ut dixi, et tener. Poëta autem opus est, qualis Homerus fuit ad teneritatem dei digne describendam. Homerus enim v. c. Aten et deam esse dixit et teneram. Pedes certe eius teneros dicens, Eius sane, inquit, teneri pedes. Non enim solo, sed virorum capitibus incedit. Ac bene quidem teneritatem deae Homerus ita probare studuit, ut non duro, sed molli incedentem faceret. Eodem nos argumento utamur ad Erotis teneritatem probandam. Neque terra incedit neque capitibus virorum, quae sane non mollia sunt, sed in mollissimis et insistit et habitat. Nam in pectoribus et animis deorum et hominum sedem habet, non in omnibus promiscue, sed e duris pectoribus egreditur, in mollibus manet. Iam qui semper et pedibus et toto corpore mollissimis mollissimarum rerum inhaeret, eum mollissimum esse necesse est. Neque solum iuventute et teneritate summa gaudet, sed etiam volubilitate corporis. Namque si rigido corpore esset, fieri non posset, ut ubivis irreperet, et in animos clanculum immigraret et ex iis rursus egrederetur. Apte autem compositi flexibilisque corporis argumentum magnum formositas est, qua omnium maxime Eros gaudet. Deformitati enim Eros semper repugnat. Porro coloris decorem testatur dei cum florentibus corporibus societas. Nam ubi flores omnino desunt aut ubi periere, ibi Eros non habitat.

Cap. XIX.

De pulcritudine dei haec sufficiant. Iam ad describendam Erotis virtutem transeamus. Eros neque patitur a quoquam, neque cuiquam infert iniuriam. Neque enim ipse, si quid pati dicitur, patitur, sed is, qui Erotis plenus est, neque ipse alicui vim infert, si forte vim inferre perhibetur. Eros enim ab omni vi cogente alienus est; quidquid dei est, voluntarium est. Quod autem lubens aliquis lubenti facit, id iustum esse leges praecipiunt. Iustus igitur Eros est, neque iustus solum, sed etiam sapiens. Sapientem enim esse idem est, atque superiorem esse libidini; omnium autem libidinum supremum Erotem scimus. Libidines igitur si debiliores Erote sunt, fortiorem Erotem esse intelligitur, et inde sapientia summa instructum. Ac ne Mars quidem Erote fortior est. Mars enim non Erotem, sed Eros Martem tenet, Veneris, ut scimus. Iam qui fortissimo reliquorum fortior est, merito omnium fortissimus habetur. Restat, ut de arte dicamus dei. Artis poëticae ita peritus est, ut et aliis artem largiatur. Quivis certe, quem Eros semel tetigerit, etiamsi antea rusticus fuerit, poëta evadit. Inde pa-

tet, Erotem ut omnium artium, ita in musicae usu excellere. Nam quod quis non habet, vel non novit, neque alii dare potest, neque alium docere. Iam animalium procreationem quis neget omnem Erotis inventum esse, per quem est, quicquid nascitur. Cetera artificia quod attinet, videmus, nonnisi Erotis discipulos operibus suis inclarescere. Sic sagittandi, medendi, divinandi artem Apollo invenit, Erotis discipulus; Musae musicam Erote ducente invenerunt, Vulcanus aerariam fabricam, Minerva texendi, Iupiter deos hominesque regendi artem Erotis auxilio excogitaverunt. Iam non miraberis, ab Erote etiam res deorum ordinatas esse, Erote scilicet pulcritudinis. Nam a turpitudine Eros abest. Antea vero turpia multa apud deos gesta sunt necessitate cogente. Orto autem hoc deo ex amore pulcri omnia bona orta sunt et diis et hominibus. Hac igitur ratione pulcherrimus et fortissimus Eros, pulcritudinis et virtutis ceteris auctor est.

Subit animum, poëticum quid dicere. Eros est, qui praebet pacem hominibus, mari tranquillitatem, ventis requiem, feris marinis cubile atque somnum. Hic rusticitatem pellit, familiaritatem affert, huiusmodi coetus auctor in festis, in choris, in sacrificiis. Humanitatem largitur, feritatem exterminat. Benevolentiam praebet, malevolentiam amovet. Propitius bonis, sapientibus spectandus, diis gratus, exoptandus infelicibus, felicibus acceptus, luxuriae, mollitiei, deliciarum, gratiarum, cupidinum, desiderii pater. Bonis adiutor, malis contemtor est. In amoris cura, timore, desiderio, colloquiis gubernator, socius, auxiliator et sospitator optimus, omnium deorum atque hominum decus, dux pulcherrimus et praestantissimus. Eum omnes sectari debent et hymnis pulcris celebrare cantilenae illius participes, quam canentes deos hominesque permulcent.

Quo consilio Agathonis orationem Plato composuerit, ipse indicavit verbis Socratis p. 198. C. *καὶ γάρ με Γοργίου ὁ λόγος ἀνεμίμνησκεν, ὥστε ἀτεχνῶς τὸ τοῦ Ὁμήρου ἐπεπόνθη· ἐφοβούμην, μή μοι τελευτῶν ὁ Ἀγάθων Γοργίου κεφαλὴν δεινοῦ λέγειν ἐν τῷ λόγῳ ἐπὶ τὸν ἐμὸν λόγον πέμψας αὐτόν με λίθον τῇ ἀφωνίᾳ ποιήσειε.* Quibus inspectis quis non videat, sophistarum Agathonis oratione audaciam repraesentari, qui super quavis re, quam non intelligebant, quasi eius peritissimi essent, loqui solebant? Confirmat hanc sententiam, quod Agatho respondit p. 201. B. *Κινδυνεύω, ὦ Σώκρατες, οὐδὲν εἰδέναι ὧν τότε εἶπον.* Non dubium autem, quin ideo Gorgiam sophistam Plato nominaverit, ut

ansa daretur, in Gorgus et Gorgiae nominibus ludendi; quod moneo, ne quis forte non sophisticam audaciam et protervitatem, sed Gorgiae tantummodo sophismata Agathonis oratione repraesentari opinetur. Alterum nostrae sententiae de fine huius orationis argumentum verba sunt p. 197. E. *οὗτος — ὁ παρ' ἐμοῦ λόγος — τῷ θεῷ ἀναχείσθω, τὰ μὲν παιδιᾶς, τὰ δὲ σπουδῆς μετρίας, καθ' ὅσον ἐγὼ δύναμαι, μετέχων*, quae ut verissime sophistarum perversitatem describunt, ita indicium sunt calliditatis, qua sophistae utebantur. Vid. annot. p. 208. Ceterum optime Stallbaumius Praef. ad Symp. p. 14. orationem, inquit, Agathonis quasi speciem et formam ineptiarum omnium referre, quibus sophistae orationes suas tanquam luminibus distinguere solebant, caecus sit necesse est et mentis acie praestrictus, qui non videat. —

Cap. XX.

Dicendi munus ad Socratem transit, quem non sine caussa eo temporis momento prodire Plato fecit, quo omnes Agathonis orationem magno cum strepitu ac turba ad sidera usque evehunt. Quomodo animo affectus sit audita oratione Agathonis, magna cum severitate vultus narrat tacite quippe significans, quam stulte agerent, qui illius ineptias admirarentur. Tum acerba ironia usus: factum est, inquit, insipientia mea, ut opinarer, laudationem non exhiberi posse nisi ab eo, qui vera dicere didicerit, e veris autem pulcherrima bene depromere. Iam igitur, quasi verum tenerem laudationis modum, elatiore animo eram, sperans, fore, ut bene dicturus sim. Haec spes me frustrata est. Non enim de veritate laudationis, sed de cincinnis laudativis hic agitur veritatis ratione habita nulla. Quos quoniam non noro, mihi aut tacendum, aut, si vultus, meo more dicendum est. — Permittunt omnes, ut dicat eo modo, quo velit.

Cap. XXI.

Iam ad Agathonem se Socrates convertit, atque quod primum Erotem, deinde opera Erotis laudanda esse dixerit, id unice sibi probari ait. Ac de Erote primum quaestiones instituit, dialecticaque arte in auxilium vocata Erotem amorem, h. e., desiderium esse alicuius rei ex Agathone extorquet. Et quoniam v. c. Eros pulcritudinis nihil aliud sit, quam desiderium pulcritudinis, nemo autem desideret, quod habeat, Agathone frustra reluctante Erotem non pulchrum esse probat. Porro quoniam, quod pulchrum, id etiam bonum sit, bonum esse Erotem negat.

Cap. XXII.—XXVI.

His praemissis refert, quod e Diotima audierit. Fingit autem satis callide idem se Diotimae dixisse, quod Agatho sibi. Quae cum Erotem bonum pulcrumque esse negasset, ipse autem ex ea quaesivisset, num malus et turpis Eros esset, doctum se esse narrat, Erotem medium esse inter utrumque. Quod quid esset, ut rectius intelligeretur, inter sapientiam et insipientiam Diotimam rectam opinionem mediam docuisse. Porro deum Erotem negasse. Deos enim beatos esse et pulcros, beatos autem et bonum et pulcrum possidere, Erotem eorum esse expertem. Neque tamen mortalem esse, sed medium inter hominem et deum constitutum, daemonem. Daemones autem perferre ad deos hominum vota, atque deorum voluntatem hominibus interpretari. Iam originem Erotis hanc fuisse. Dii cum Veneris natalitia celebrassent, Peniam una accessisse atque ante fores constitisse. Porum madide madentem in hortum Iovis intrasse ibique obdormivisse. Peniam ei se adiunxisse ex eoque Erotem concepisse. Hinc factum esse, ut Veneris minister exstiterit, quippe natus ipsis eius natalitiis, et propter deae pulcritudinem. Pulcri enim amatorem esse. Iam Pori atque Peniae filium a matre egestatem omnium rerum, et summam duritiem accepisse. Patri in eo similem esse, quod pulcris bonisque insidietur magna astutia praeditus et audacia. Neque autem immortalem neque mortalem esse, vigere enim et vivere, si nihil eorum, quae appetat, possideat, evanescere atque mori, si illa sit consecutus. Fieri autem patris vi, ut semper revirescat. Quicquid porro nactus sit, id rursum abire, ut neque egenus neque dives appareat. Porro nec sapientem neque insipientem esse. Deos enim, quia sapientes sint, non philosophari, neque insipientes philosophari; solum Erotem philosophiae studio teneri. Iam e Diotima quaesivisse se Socrates fingit, quam utilitatem Eros hominibus praebeat. Docuisse Diotimam narrat, Erotem hominibus aeternae felicitatis studium ingignere, quam assequantur, ubi in pulcro corpore parturiant, immortalitatem quippe naturae mortali conciliaturi.

Cap. XXVII.

Non solum homines, Diotima perrexit, sed etiam animalia amori se dant studio immortalitatis talis, qualem mortalis naturae conditio admittit, h. e., generis, non speciei. Idem immortalitatis studium gloriae amori subest, quo ducti Alcestis pro marito vicariam se dedit, Patroclum ultus Achilles obiit, Codrus vitam abiecit. Iam qui corpore generare gestiunt, ad feminas feruntur; qui animo, sapien-

tiae et virtutis patres sunt, quorum in numero etiam poëtae et artifices numerantur. Pulcherrima et utilissima sapientia ea est, quae in administranda civitate et in re familiari versatur, prudentia et iustitia. Quas qui generare studet, ad pulcra corpora fertur, neque solum corporibus, sed etiam animis delectatur, statimque oratione abundat, docetque, qualis vir bonus esse debeat quidque facere, et educare gestit. Videt igitur, multo meliorem quam feminarum amorem esse hunc, quippe qui non liberos, sed omnem sapientiam generet et educet, qualem Homerus, Hesiodus, alii reliquere. Adde Lycurgum, Solonem, et multos alios, qui varia virtute inclaruere.

Cap. XXVIII.

Quae hucusque dicta sunt, eorum caussa sunt dicta, quae iam sequuntur. Illa facilia ad intelligendum, haec difficillima. Qui recte amaturus est, primum ad pulcra corpora se convertet, ex eorum numero unum eliget, quocum sermones pulcros generet. Deinde intelliget, alterius corporis pulcritudinem alterius pulcritudini similem, idemque pulcrum esse, quo omnia corpora, quae pulcra vocentur, insignita sint. Amator igitur erit pulcrorum corporum omnium, uniusque corporis nimius amator esse desinet. Post animi pulcritudinem corporis pulcritudine potiorem ducet, bonumque animum vel in minus formoso corpore amabit sermonesque generabit tales, quales iuvenes meliores reddant. Cogitur inde, pulcrum, quod in studiis et legibus reconditum est, agnoscere, et melius videre et intelligere, nihil in iis esse, quod animi pulcro non sit affine et cognatum. Iam ad pulcritudinem scientiarum transibit agnoscendam, omnis expers amoris illius, qui cum libidine coniunctus est, immensamque pulcritudinem, quae ibi recondita est, admiratus pulcros et praeclaros sermones generabit, postremo unam illam pulcri scientiam clare videbit.

Cap. XXIX.

Etenim qui huc pervenerit, subito admirabile pulcrum conspiciet, cuius caussa omnis ille labor exantlatur. Aeternum id esse reperiet et immutabile, corporis expers et corporeae conditionis, non sermonem neque scientiam, sed absolutum quid et perfectum, cuius omnia participia sunt, quae pulcra vocamus. Quae ita ab illo differunt, ut cum ipsa nascantur et evanescant, illud prorsus non immutetur. Iam finem verae rectaeque paederastiae descriptum habes. Quem qui attigerit, summa humanae vitae felicitate potitus erit.

Antequam indicare studeamus, quo consilio Plato hanc orationem composuerit, breviter repetere liceat, quae in superioribus continentur. Phaedri oratione, ut diximus, mythologia, Pausaniae politice, Eryximachi scientiae, Aristophanis ars repraesentatur. Quibus rebus quoniam vita generis humani conficitur omnis, dubitari vix potest, quin Plato orationibus illis miseram conditionem vitae describere voluerit, quae vero fundamento non iniceretur. Mythologiam enim quasi fundamentum esse totius vitae quis nesciat? Iam intuere Phaedri orationem, quae non mythos cum ratione convenientes, sed arbitrarias opiniones veterum quorumdam scriptorum exponit. Adi Pausaniae commenta, cui quidem dicere licuit: quamvis actionem per se spectatam neque turpem esse neque pulcram, sola ratione, qua fiat, iudicari, et vitiosis esse licere iuvenibus virtutis ergo. Adde Eryximachi sapientiam, quae omnis ad vitae publicae a Pausania descriptae analogiam directa est, nonne sentis, horum errorum omnium atque malorum necessariam causam mythologiam esse non ratione, sed antiquitatis arbitrariis opinionibus fundatam? Comicam artem Aristophanis quod attinet, potuit ea quidem errores illos acerrime perstringere, atque nequitiam aequalium notare, sed vitia vitae corrigere non potuit. Hinc factum est, ut procedente tempore omnium rerum turbae orirentur, vitaeque conditio in dies magis depravaretur. Sophistica igitur, iam in ipso fundamento vitae inclusa, hic illic in convivarum orationibus conspicua, nuda prodiit verique et falsi discrimen tollendo vitam omnem penitus corruptura fuit.

Iam Socrates exstitit, qui vitae hominum periturae succurreret. Igitur sophistas impugnavit eo modo, quo Agathonem, Gorgiae sectatorem tangit p. 199. C. seqq., et fundamentum vitae, quod infirmissimum esse intellexerat, corrigere et corroborare studuit. Nitebatur autem hominum vita, ut scimus, antiquitatis auctoritate. Ex qua cum Phaedrus Erotem antiquissimum deum esse statuisset, eius sententiae Socrates ita se opposuit, ut antiquitatis auctoritati, quam omnis populus vereretur, singulorum hominum rationem substitueret verbis p. 202. B. et C. *καὶ μὴν ὁμολογεῖταί γε παρὰ πάντων μέγας θεὸς εἶναι; — Τῶν μὴ εἰδότων πάντων λέγεις, ἢ καὶ τῶν εἰδότων; — Ξυμπάντων μὲν οὖν. — Πῶς ἂν ὁμολογοῖτο μέγας θεὸς εἶναι παρὰ τούτων, οἳ φασιν αὐτὸν οὐδὲ θεὸν εἶναι; — Τίνες οὗτοι; — Εἷς μὲν σύ, μία δ' ἐγώ.* In qua re cavendum sane fuit, ne hominum animis prorsus eriperetur, cui a a prima vitae aetate adsueti essent. Igitur Erotem daemonem fe-

cit, qui homines cum diis arctius coniungeret; mythoque exhibito naturam Erotis ita descripsit, ut vulgares de Erote opiniones artificiosissime descriptioni intexeret. Quo facto id egisse scriptor videtur, ut Erote tanquam fundamento totius vitae uteretur, cuius ope homines ad sapientiam ducerentur. Hoc scriptoris consilium cum antiquitus perspectum esset, factum est nescio quo casu, ut p. 183. A. scriberetur: *ἢ εἴ τις τολμῴη ποιεῖν ἄλλ' ὁτιοῦν διώκων, καὶ βουλόμενος διαπράξασθαι πλὴν τοῦτο φιλοσοφίας, τὰ μέγιστα καρποῖτ' ἂν ὀνείδη.* Paucissimis autem verbis scriptor explosa Phaedri de Erote sententia ceterorum convivarum opiniones refellit Erotem neque bonum neque malum, neque sapientem neque insipientem, neque pulcrum nec turpem censendo, neque vero dimidii desiderium. Vix autem dubitari licet, quin sub Erotis nomine ipsam humani generis indolem intellexerit, quae media inter naturam rerum et deos collocata ut in physicis, ita in ethicis, aeternae felicitatis desiderio teneretur. cfr. p. 205. D. *τὸ μὲν κεφάλαιόν ἐστι (ὁ Ἔρως) πᾶσα ἡ τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμία, καὶ τοῦ εὐδαιμονεῖν ὁ μέγιστός τε καὶ κοινὸς Ἔρως παντί.* Haec sufficiant de Socraticae orationis fine. Non enim id agimus, ut singulas Socraticae orationis partes expendamus, atque delectatione, quae ex inventione laboriosa rerum obscuriorum hauritur, lectores privemus, sed ut indiciis quibusdam ad verum inveniendum lectores ducamus. Restat, ut de Diotima dicamus, de qua, quoniam praeter nostrum locum nihil traditum est neque apud Platonem, neque apud ceteros antiquitatis scriptores, — nam quod apud seriores legitur, e nostro loco haustum, — perdifficile est, certi aliquid proferre. Nobis illud silentium manifestum indicium est, Diotimam revera nunquam exstitisse. Cur igitur eam finxit Plato? Iam supra monuimus, Socratem rationis aciem variis hominum opinionibus opposuisse. Quod qui faciunt, summis periculis plerumque se exponunt. Audi Faustum Goethii:

— — — — — — — — —
Die wenigen, die was — erkannt,
Die thörigt gnug ihr volles Herz nicht wahrten,
Dem Pöbel ihr Gefühl, ihr Schauen offenbarten,
Hat man von je gekreuzigt und verbrannt.

Haec pericula ut a se averteret, Diotimae peregrinae scriptor docendi partes dedit, eamque tantis virtutibus instruxit, ut facile par esset auctoritate antiquissimis scriptoribus. Neque in hac re a Socratis consuetudine abhorruit. Solebat enim ille inscitiam profiteri,

tum, ut hominum invidiam evitaret quippe docens, quae cum eorum opinionibus non convenirent, — hinc expende verborum vim p. 202. D. *οὐδαμῶς, ὥς γ' ἔοικεν*, — tum, ut veritas rerum praeceptarum agnosceretur facilius. Mos enim hominum est, non tam rebus, quam rerum auctoribus repugnandi. cfr. p. 201. C. *ἐγὼ, ὦ Σώκρατες, σοὶ οὐκ ἂν δυναίμην ἀντιλέγειν, ἀλλ' οὕτως ἐχέτω, ὡς σὺ λέγεις. — Οὐ μὲν οὖν τῇ ἀληθείᾳ, ὦ φιλούμενε Ἀγάθων, δύνασαι ἀντιλέγειν· ἐπεὶ Σωκράτει γε οὐδὲν χαλεπόν*, quibus verbis accurate inspectis et illius sententiae veritatem agnosces, et *φιλούμενος* epitheti vim et significatum perspicies.

Finita Socratis oratione Alcibiades subito ebrius advenit, mediusque inter Agathonem et Socratem considet. Quae ibi loquitur et facit, eo modo a Platone descripta sunt, ut Alcibiadis indolem facile agnoscas. Imperiosum, mobilem, gratiosum Alcibiadem reperies, immodicum rursus et profusum, porro ingeniosum, disertumque. Adhortatus ab Eryximacho, ut Erotis laudationem exhibeat, alium laudaturum se esse negat, quam Socratem. Socrates autem ab ebrio homine laudari metuens, laudationem avertere studuit; cui ille acutissime: Nihil, inquit, nisi vera dicam. Ea num proferri per te licent? Quibus auditis fieri iam non potuit, ut Socrates, qui veritatis amorem semper profiteri solebat, laudationem recusaret. Igitur Alcibiades ad ipsam laudationem abit, quae ita facilis ad intelligendum est, ut argumentum eius indicare supersideamus. Neque profecto obscurum est, quo consilio scriptor hanc orationem composuerit. Supra diximus, Socratem oratione prolata id agere, ut Erotis vim, h. e., humani ingenii indolem fundamentum vitae esse debere indicaret. Iam Alcibiadis oratio Socratis descriptionem tanquam exemplum exhibet, quo doceantur lectores, qualis sit et qua fruatur vitae felicitate is, cuius vita erotica vi tanquam fundamento initatur, et qui non aliam, quam eroticarum rerum scientiam solebat profiteri. Ea oratione sane opus fuit ideo, quod falsissima de Socrate iudicia, quae in Nubibus Aristophanes percensuit, circumferebantur. Nolumus iam alia huius rei exempla laudare, satis est *φροντίζειν* verbum commemorasse, quod p. 220. C. de Socrate dictum vulgi contemtum quendam exprimit. Verba sunt: *Σωκράτης ἐξ ἑωθινοῦ φροντίζων τι ἕστηκε*. Quaeritur, quo sensu *φροντίζειν* verbum vulgus usurparit. Iam cum in eo essemus,

ut paullo fusius verbi significatum explicaremus, opportunissime nobis locus Xenophontis se obtulit, quo optime verbi illius significatus indicatur Sympos. Cap. VI. §. 6. *τοιούτων δὲ λόγων ὄντων, ὡς ἐώρα ὁ Συρακόσιος τῶν μὲν αὐτοῦ ἐπιδειγμάτων ἀμελοῦντας, ἀλλήλοις δὲ ἡδομένους, φθονῶν τῷ Σωκράτει εἶπειν· ἆρα σύ, ὦ Σώκρατες, ὁ φροντιστὴς ἐπικαλούμενος; — Οὐκοῦν κάλλιον, ἔφη, ἢ εἰ ἀφρόντιστος ἐκαλούμην. — Εἰ μή γε ἐδόκεις τῶν μετεώρων φροντιστὴς εἶναι. — Οἶσθα οὖν, ἔφη ὁ Σωκράτης, μετεωρότερον τι τῶν θεῶν; — Ἀλλ' οὐ μὰ Δί', ἔφη, οὐ τούτων δὲ λέγουσιν ἐπιμελεῖσθαι, ἀλλα τῶν ἀνωφελεστάτων. κ. τ. λ.* Eodem modo etiam Aristophanes e populi sententia saepe in Nubibus Socratem *μεριμνοφροντιστήν* vocavit et *μετεωροφροντιστήν*. —

ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ.

Cap. I.

ΑΠΟΛ. Δοκῶ μοι περὶ ὧν πυνθάνεσθε οὐκ ἀμε- 172
λέτητος εἶναι. καὶ γὰρ ἐτύγχανον πρώην εἰς ἄστυ οἰκο-

Δοκῶ μοι. Stallb. ad h. l. Facit, inquit, Plato Apollodorum inter epulas versantem et convivis narrantem ea, quae hoc libro continentur. Sed neque epulae commemorantur, nec convivae Apollodori, ut sane mireris, Stallbaumium in re dubia et incerta certum iudicium exhibuisse. Platonis voluntatem declarant verba p. 173. C., quae primus Sydenh. corrupit. Eius coniecturam cum codd. auctoritate probatam reperirent recentiores, ad unum omnes *ταῦτα* pro *ταὐτά* ediderunt. Verissima autem lectio vulgata est: *οὕτω δὴ ἰόντες ἅμα τοὺς λόγους περὶ αὐτῶν ἐποιούμεθα, ὥστε, ὅπερ ἀρχόμενος εἶπον, οὐκ ἀμελετήτως ἔχω. εἰ οὖν δεῖ καὶ ὑμῖν διηγήσασθαι, ταὐτὰ χρὴ ποιεῖν.* Apollodorus nimirum cum domo relicta Athenas proficisceretur, sermones in Agathonis convivio habitos ei repetierat, qui ipsum tum temporis comitabatur. Brevi post redeuntem, ut videtur, ex urbe cum alii rogarent, ut eosdem sermones ipsis repeteret: accinctum se paratumque ad rem ostendit ita, ut qui vellet, quando iuberent, quod brevi ante fecerit, idem nunc facere, h. e. inter eundum narrare. (p. 178. C. *οὕτω δὴ ἰόντες ἅμα τοὺς λόγους περὶ αὐτῶν ἐποιούμεθα.*)

πυνθάνεσθε. Vulgo additur *νῦν*, quod nec codices habent exceptis paucissimis, nec Ficinus in conversione agnoscit, neque vero sententiae ratio exigit, merito omiserunt Bekk., Stallb., alii. Praeter codd. optimorum fidem *νοθείας* suspicionem movet ipsa sedes *νῦν* particulae, qua sede efficitur, ut nescias, ad antecedentia pertineat, an ad sequentia temporalis particula. Schleierm. relata ad *πυνθάνεσθε* particula verba convertit: Ich glaube auf das, wonach ihr ietzt fragt, nicht unvorbereitet zu sein. Hoc quoniam dici nequit nisi respectu habito alius temporis, quod praesenti tempori opponatur, otiosam particulam ietzt censebis rectissime. Num priori tempore non exegisse viae comites sermonum

θεν ἀνιὼν Φαληρόθεν. τῶν οὖν γνωρίμων τις ὄπισθεν πατιδών με πόρρωθεν ἐκάλεσε, καὶ παίζων ἅμα τῇ κλήσει, Ὁ Φαληρεύς, ἔφη, οὗτος, ἀπολλόδωρος, οὐ περι-

narrationem, cur disertis verbis indicetur, caussam non video. Non rectius alii cum Wolfio: Ietzt bin ich vorbereitet, euren Wunsch zu erfüllen. Quid enim? Tempore aliquo non praemeditatum Apollodorum fuisse ut per se intelligitur, ita non erat verbo posito indicandum. Ceterum, ut clarior fiat totius loci ratio, tenendum est, in medias res lectores abripi, ut, cum Apollodori comites dixisse fingantur: Narra, si lubet, Apollodore, orationes illas nobis, Apollodorus contra respondeat: Videor equidem mihi ad rem, quam exigitis, optime instructus.

Φαλερόθεν, Phalerum navale Atheniensium fuit haud procul ab urbe distans. Annotat Schol. ad h. l. *Φάληρον δῆμος Αἰαντίδος, ἐξ οὗ Ἀπολλόδωρος.* Quia autem, inquit Rückertus, ad mare situm Phalerum, ex veterum more *ἀνιέναι* positum est de eo, qui in urbem tendebat, uti ex urbe Piraeeum petens *καταβαίνειν* dicitur. cf. Plat. de rep. I. init.

καὶ παίζων ἅμα τῇ κλήσει. Iocum quendam inesse verbis insequentibus, addito *παίζων* participio declaratur. Variae autem doctorum hominum sententiae sunt dubitantium, ubi iocus lateat. Wolfius in festiva *φαληρεύς* vocis pronuntiatione iocum deprehendisse sibi videtur. Schützius de formula iudiciali cogitandum censet, quae addito pagi nomine conspicua allocutionem festiva quadam gravitate ornaret. Sed non efficitur nisi superaddito patris nomine formula iudicialis, v. c. *Δημοσθένης Δημοσθένους, Παιανιεύς*, quo exemplo usus est Schol. ad Plat. Gorg. p. 451. B. Adde Aristoph. Nubb. v. 134.

M. *τίς ἐσθ' ὁ κόφας τὴν θύραν; Στρ. Φειδωνος υἱὸς Στρεψιάδης, Κικυννόθεν.*

Non minus a vero aberrat huius loci interpres in Schilleri Nova Thalia T. II., p. 170., quem Stallb. laudat: He da, gestrenger Herr, Bürger und Zünfter von Phaleron. Satis lepida haec sunt, sed ab interprete ficta, non facta a Platone. — Ordo verborum mutatus est, atque hominis nomini nomen, quod a demo derivatur, praepositum; scin' quam ob caussam? Plato cum scribere debuisset *Ἀπολλόδωρος οὗτος ὁ Φαληρεύς*, illum verborum ordinem exhibuit, ut, qui Apollodorus vocandus esset proprie, idem *ἀπολλοδώρου* epitheto, quod hominis opportunitatem exprimit, ornaretur. Scribendum igitur est: *ὁ Φαληρεὺς, ἔφη, οὗτος, ἀπολλόδωρος*, commate post *οὗτος* posito, ut nominis per iocum dati potestas efficacius eluceat. *Οὗτος* enim in allocutione cum nomine proprio coniungi solet, ut in Protag. p. 193. D., quem locum Stallbaumii industriae debeo, scribitur: *καὶ ἐγὼ τὴν φωνὴν γνοὺς αὐτοῦ Ἱπποκράτης, ἔφην, οὗτος, μή τι νεώτερον ἀγγέλλεις;* Sed more Homerico nunc disputamus, *ὕστερον πρότερον*. Quin statim revertimur ad explicandum, qui in ficto nomine proprio latet,

μενεῖς; Κἀγὼ ἐπιστὰς περιέμεινα. Καὶ ὃς, Ἀπολλόδωρε, ἔφη, καὶ μὴν καὶ ἔναγχός σε ἐζήτουν, βουλόμενος διακυθέσθαι τὴν Ἀγάθωνος ξυνουσίαν καὶ Σω- B

locum lepidissimum? Ὁ Φαληρεύς rectissime ut *φαληρίς* pronuntiandum censet Astius, non, ut calvitium carpatur Apollodori, quod nullum fuisse pari iure contendimus nos, atque fuisse Astius suspicatur, sed ut vana Socraticorum morum imitatio notetur. Consentaneum nimirum est, et verbis probatur *οὐ περιμενεῖς*, Apollodorum ad Socratis modum festinasse, corporis habitu pedumque posita e longinquo (*πόρρωθεν*) conspicuum. Ut igitur Socrates ob incessum *βρένθου* instar *βρενθύεσθαι* dicitur Aristoph. Nubb. v. 361. et Symp. p. 221. B., ita Apollodorus *Φαληρίς* appellatur, quae vox eiusdem fere significatus atque *βρένθος*, avem aquatilem denotat altissimis pedibus superbam. Sine dubio autem multo iucundior erat, quam Astianum illud calvitium, Apollodoro *ἀπολλοδώρου* epitheton, quando quidem ipse Socrates, cui ille simillimus videri gestiebat, datum se donatumque civitati a deo praedicare solebat. cfr. Apol. Socr. p. 30. E., *ἐὰν γὰρ ἐμὲ ἀποκτείνητε, οὐ ῥᾳδίως ἄλλον τοιοῦτον εὑρήσετε ἀτεχνῶς, εἰ καὶ γελοιότερον εἰπεῖν, προσκείμενον τῇ πόλει ὑπὸ τοῦ θεοῦ κ.τ.λ.*

οὐ περιμενεῖς; Haec est Stephanianae lectio editionis, quam Stallb. in textum recepit, Bekk., Dind., Rückert. *περιμένεις* ediderunt ex auctoritate codicum. Utraque lectio bona est; utra verior sit, alii videant. Unum hoc certum esse puto: in interpunctione et in accentu codicum fidem perparvam esse aut nullam. Futurum tempus in textum recepi sensu quodam veri ductus, non ratione. Ad idem fortasse recurrit, futurum an praesens tempus probaveris, neque est, nisi pronuntiatio verborum, quae alterutro recepto tempore, immutatur.

καὶ μὴν καὶ ἔναγχος. Καὶ post *μήν* in vett. editt. omissum Platoni redditum est e codicibus. De vocalae veritate consentiunt viri docti, de eius explicatione non item. Rückert. *καὶ ἔναγχος* esse censet neulich schon, *καὶ μήν* autem, inquit, ne quem offendat in orationis principio positum, non esse moneo in principio, sed respicere praecedens membrum *οὐ περιμένεις*, hoc sensu: Tu non exspectas? Et tamen ego nuper iam te quaesivi. Quid? Tu non recte explicas, Rückerte, hanc particulam? Et tamen ego eius significatum iam diu quaero. Satis est, exemplum laudasse unum e multis, quo exemplo Rückerti explicatio reprobetur. Protag. 310. A., *Σ. πάνυ μὲν οὖν, καὶ χάριν γε εἴσομαι, ἐὰν ἀκούητε. Ετ. καὶ μὴν καὶ ἡμεῖς σοὶ, ἐὰν λέγῃς.* — Stallb. *καὶ μὴν καί* ad notissimum comparandi genus revocat, quo utrumque comparationis membrum addito *καί* augetur, e. g. *καὶ ἔναγχός σε ἐζήτουν, ὥσπερ καὶ νῦν σε ζητῶ.* Dubito, num recte. Ut exemplo utar Protag. supra laudato, certum est, amici non hanc sententiam esse: Uti tu no-

κράτους καὶ Ἀλκιβιάδου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τότε ἐν τῷ συνδείπνῳ παραγενομένων περὶ τῶν ἐρωτικῶν λόγων, τίνες ἦσαν. ἄλλος γάρ τίς μοι διηγεῖτο, ἀκηκοὼς Φοίνικος τοῦ Φιλίππου· ἔφη δὲ καὶ σὲ εἰδέναι. ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν εἶχε σαφὲς λέγειν. σὺ οὖν μοι διήγησαι·

bis, ita nos tibi, si dicas, gratias habebimus. Sed ipse videtur sententiam suam mutasse Stallb. ad Protag. 309. B., Σ. εὖ ἔμοιγε ἔδοξεν (sc. διακεῖσθαι ὁ Ἀλκιβιάδης πρὸς ἐμὲ) οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τῇ νῦν ἡμέρᾳ· καὶ γὰρ πολλὰ ὑπὲρ ἐμοῦ εἶπε, βοηθῶν ἐμοὶ, καὶ οὖν καὶ ἄρτι ἀπ' ἐκείνου ἔρχομαι, convertit enim rectissime: und daher komme ich auch eben erst von ihm. Videtur igitur καὶ ἔναγχος, καὶ ἡμεῖς, καὶ ἄρτι cett. in hoc genere loquendi cum gravitate quadam dici, quae cum affirmatione coniuncta sit. Prius καί autem in initio positum particulis μήν, μέν, δή, οὖν, τοί ita inserit, ut easdem in initio enuntiationis ponendas, quoniam per se non possunt suapte vi exordium enuntiatorum esse, sufulciat atque quodammodo in principem locum orationis inducat. Exempla permulta huius καί expletivi reperiuntur, cfr. Symp. p. 189. C. καὶ μήν, ὦ Ἐρυξίμαχε, εἰπεῖν τὸν Ἀριστοφάνη, ἄλλη γέ πη ἐν νῷ ἔχω λέγειν κ.τ.λ. Ibid. p. 199. C. καὶ μήν, ὦ φίλε Ἀγάθων, καλῶς μοι ἔδοξας καθηγήσασθαι τοῦ λόγου. Adde 220. D. καὶ γὰρ θέρος τότε ἦν, quo loco cum gravitate caussae indicium in prima sede enuntiationis positum est: die Ursache war, es war damals Sommer. Contra in verbis 220. A. δεινοὶ γὰρ αὐτόθι χειμῶνες. vis epitheti quoniam caussae gravitatem superat, ab initio δεινοί positum est. Cratyl. p. 384. B. παλαιὰ παροιμία, ὅτι χαλεπὰ τὰ καλά ἐστιν ὅπῃ ἔχει μαθεῖν· καὶ δὴ καὶ τὸ περὶ τῶν ὀνομάτων οὐ σμικρὸν τυγχάνει ὂν μάθημα. Iam nostri loci verba convertenda sunt: Und er sagte: Apollodorus, in Wahrheit, auch neulich schon suchte ich dich.

ἄλλος γάρ τίς μοι διηγεῖτο. H. e. Alius mihi iam fuit harum rerum narrator, quem Phoenix edocuit, Philippi filius; to quoque rem compertam habere dixit; verum enimvero nihil certi narrare potuit; iam tu igitur narra. — Proprie ita disposita singula membra exspectaveris:

ἄλλος γάρ τίς μοι διηγεῖτο —
ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν εἶχε σαφὲς λέγειν —
ἔφη δὲ καὶ σὲ εἰδέναι —
σὺ οὖν μοι διήγησαι.

Invertit, ut videtur, Plato ordinem enuntiatorum, ut Glauconis audiendi studium et festinationem vividius exprimeret.

δικαιότατος γὰρ εἶ. Minus apte in conversione Ficinus: te enim interest sermones amici tui narrare; neque Stallb. satisfacit convertens: te enim maxime decet, amici h. e. Socratis, magistri tui, sermones referre. Verba sic reddam potius: Convenit enim tibi inprimis, qui Socra-

δικαιότατος γὰρ εἶ τοὺς τοῦ ἑταίρου λόγους ἀπαγγέλλειν. πρότερον δέ μοι, ἦ δ' ὅς, εἰπὲ, σὺ αὐτὸς παρεγένου τῇ συνουσίᾳ ταύτῃ ἢ οὔ; Κἀγὼ εἶπον, ὅτι Παντάπασιν ἔοικέ σοι οὐδὲν διηγεῖσθαι σαφὴς ὁ διηγούμενος, εἰ νεωστὶ ἡγεῖ τὴν συνουσίαν γεγονέναι ταύτην; C

tis, amici tui, sermones referas. Ceterum ut supra *φαληρίς* et deodatus Apollodorus vocatur, ita nunc *ἑταῖρος Σωκράτους* audit. In verbis insequentibus *ἦ δ' ὅς* legitur; non male. Aptius fortasse est *ἦδος*, de quo Schol. ad Plat. Phaedon. s. v. *ἦ δ' ὅς· Ἐὰν μὲν*, inquit, *ᾖ δύο μέρη λόγου, ἔσται ἔφη ὃ δὲ ὃς, τουτέστιν ἔφη δὲ οὗτος. οἱ δὲ λέγουσιν, ὅτι αὐτὸ μόνον σημαίνει τὸ ἔφη. ἐὰν δὲ ᾖ ἓν μέρος λόγου, ἔσται φίλος, ὡς Ἀθηναῖοι, ἢ ὄφελος ὡς Δίγυπται κ. τ. λ.* Bekkerus e contraria ratione p. 205. C. *ἀλλ' ὁμῶς ἤδη* scribendum vidit pro *ἀλλ' ὁμῶς ἦ δ' ἥ.*

οὐδὲν διηγεῖσθαι. Ficin.: Revera, inquam, certi nihil retulisse tibi ille videtur. Cum emphasi dicitur *διηγεῖσθαι* ac non sine acerba irrisione eius, de quo supra dicitur »*διηγεῖτο.*" Nimirum cum Glauco dixisset: *ἄλλος γάρ τίς μοι διηγεῖτο*, Apollodorus *οὐδὲν διηγεῖτο σαφές* satis malitiose responsurus erat, quod in orat. obliq. conversum audit: *ἔοικέ σοι οὐδὲν διηγεῖσθαι.* Rückert. infinitivum praesentis *διηγεῖσθαι* censet, malim imperfecti interpretari. Exempla si requiris infinitivi imperf., cf. p. 176. A. *ἔφη — σκανδάς τε σφᾶς ποιῆσαι καὶ ἆσαντας τὸν θεὸν καὶ τἆλλα τὰ νομιζόμενα τρέπεσθαι πρὸς τὸν πότον*, quo loco quae momentaneae actiones sunt, aoristo, durantes imperfecto tempore descriptae sunt. Adde p. 174. D. *τοιαῦτ' ἄττα σφᾶς ἔφη διαλεχθέντας ἰέναι* et q. seqq. Ceterum addito *σαφές* adverbio indicatur, Phoenicem narrasse quidem, sed narrationem non ita instituisse, ut res narrata penitus ab auditore percipi posset. Hinc paullo supra dicitur *βουλόμενος διαπυθέσθαι* h. e. cupiens rem omnem, quomodo gesta sit, accurate descriptam audire. De praepositione *διά* cum verbo composito vid. p. 174. A. *χθὲς γὰρ αὐτὸν διέφυγον* h. e. heri fugi ipsum ac vitavi feliciter. p. 313. G. *ἀλλὰ διεμηχανήσω, ὅπως ...*, sondern du setztest es durch, daſs ..., Phaed. p. 97. C. *ὡς ἄρα νοῦς ἐστιν ὁ διακοσμῶν τε καὶ πάντων αἴτιος*, ubi *διακοσμῶν* est: omnia excepta re nulla exornans.

ἔγωγε δή. Bekk. in textum recepit *ἐγὼ δή* annotans, in quinque codd. *ἔγωγε δή* reperiri. Videtur igitur vir doctissimus codd. auctoritate motus esse plurimorum, ut *ἐγὼ δή* reciperet. In servanda lectione vulgata nobiscum consentit Rückertus, in explicanda non item. *Γε δή* enim, inquit, quod caute et cum restrictione affirmat, ut Phaedr. p. 242. D. Theaet. p. 145. D. cum maxime h. l. aptum esse censeo. E Rückerti sen-

ἦν ἐρωτᾷς, ὥστε καὶ ἐμὲ παραγενέσθαι. — Ἔγωγε δή. — Πόθεν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων; οὐκ οἶσθ', ὅτι πολλῶν ἐτῶν Ἀγάθων ἐνθάδε οὐκ ἐπιδεδήμηκεν; ἀφ' οὗ δ' ἐγὼ Σωκράτει συνδιατρίβω καὶ ἐπιμελὲς πεποίημαι ἑκάστης ἡμέρας εἰδέναι ὅ τι ἂν λέγῃ ἢ πράττῃ, οὐδέπω
173 τρία ἔτη ἐστίν. πρὸ τοῦ δὲ περιτρέχων ὅπῃ τύχοιμι,

tentia scriptum esse debebat *ἡγοῦμαί γε δὴ οὕτως*. Contra *ἔγωγε δὴ* sc. *ἡγοῦμαι οὕτως*, cum gravitate quadam, quam vocare indignationem possis, affirmat: Nun freilich dachte ich, auch du seist dabei gewesen.

πόθεν — ὦ Γλαύκων; Stallb. distinguendum esse docet a Glaucone, fratre Platonis, Glauconem hunc, de quo Apollodorus p. 173. A. ita iudicat, ut divitem quidem hominem fuisse, sed a philosophiae studio alienissimum recte coniicias. *πόθεν* cum vi negandi ita semper adhibetur, ut ad praecedens verbum finitum referatur. Dixisset igitur, explicatius si loqui voluisset, Apollodorus: *πόθεν ἡγεῖ σύ, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων*, atque sic, h. e. explicatius, Plato locutus est in Cratyl. p. 398. fin.: *σὺ ἔχεις εἰπεῖν; ΕΡΜ. πόθεν, ὦ 'γαθέ, ἔχω;* Adde Menex. p. 235. C. M. *νῦν μέντοι οἶμαι ἐγὼ τὸν αἱρεθέντα οὐ πάνυ εὐπορήσειν — Σ. πόθεν* sc. *οἴει ... ὦ 'γαθέ;*

ἐπιδεδήμηκεν. Schol. s. v. *Ἀγάθωνος — καὶ πρὸς Ἀρχέλαον τὸν βασιλέα ᾤχετο, ὡς Μαρσύας νεώτερος.* Verisimile est, ut Stallb. ad h. l. annotat, Agathonis in Macedoniam peregrinationem hic tangi. Quoniam apud Archelaum tyrannum tam laute vivebatur, ut qui cum eo essent, lautitiis quasi sepelirentur, tectius quidem, sed iocosius, ut solet, Aristoph. in Ranis v. 83. idem poetae apud Archelaum diverticulum notat:

Ἡ. Ἀγάθων δὲ ποῦ 'στιν; Δ. ἀπολιπὼν μ' ἀποίχεται.
Ἡ. ποῖ γῆς ὁ τλήμων; Δ. ἐς μακάρων εὐωχίας.

Errórem quod attinet Glauconis, qui *νεωστί* celebratum Agathonis convivium arbitrabatur: facillime potuit, cum multos iam annos Agatho abesset, vel obiter facta temporis computatio meliora docere. Sed non curasse videtur homo *χρηματιστικός* virorum illustrium sive absentiam sive praesentiam, neque studiose secutus esse nisi quae divitias manifesto augerent.

ἐπιμελὲς πεποίημαι. Sensus est: Seit ich aber mit Socrates verkehre, und es mir zum Gesetz gemacht habe, jeden Tag zu wissen, was er irgend spricht oder thut, sind noch nicht drei Jahre verlaufen.

ὅπῃ τύχοιμι. Scriptum extat in aliquot codicibus *ὅποι τ.* Sermo est de eo, qui, quo veniat errando, non curat. Hinc convertenda verba sunt: temere, ubicunque versarer, oberrans. Minus recte, ut videtur, Ficinus, ad cuius conversionem Stallbaumiana comparata est: antea vero, quocunque continge-

καὶ ολόμενός τι ποιεῖν, ἀθλιώτερος ἢ ὀτουοῦν, οὐχ ἧττον ἢ σὺ νυνὶ, ολόμενος δεῖν πάντα μᾶλλον πράττειν ἢ φιλοσοφεῖν. Καὶ ὃς, Μὴ σκῶπτ', ἔφη· ἀλλ' εἰπέ μοι, πότε ἐγένετο ἡ συνουσία αὕτη. Κἀγὼ εἶπον, ὅτι Παίδων ὄντων ἡμῶν ἔτι, ὅτε τῇ πρώτῃ τραγῳδίᾳ ἐνίκησεν Ἀγάθων, τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ᾗ τὰ ἐπινίκια ἔθυεν

bat, oberrans. cfr. Plat. Phaed. p. 82. D. τοιγάρτοι τούτοις μὲν — χαίρειν εἰκότες αὐτοῖς, ὡς οὐκ εἰδόσιν, ὅπῃ ἔρχονται.

ἀθλιώτερος ἢ ὀτουοῦν. Schol. ad Gorg. ap. Bekk. p. 347. s. v. ἀζηλώτους — ἄθλιος — ὁ παθοῦσιν ἀνηκέστοις ἐνοχόμενος. Pro ἧν vulgato e codd. auctoritate ἢ Platoni restituerunt recentiores editores. Eam lectionem scholion Bodl. cod. comprobat s. v. ᾗ: Ἀττικῶν τοῦτο, ἀπὸ τοῦ ἔα συγῳρημένον· σημαίνει δὲ τὸ ἔα τὸ ὑπῆρχον· ἔστι γὰρ ἀπὸ τοῦ ἦν κατὰ διάλυσιν Ἰωνικήν· Ὅμηρος· ἢ τότε κοῦρος ἔα, νῦν δ' αὖτέ με γῆρας ἱκάνει. De ἢ et ἧν discrimine Herm. egit in praef. ad S. Oed. T. p. VII.

παίδων ὄντων ἡμῶν ἔτι. Inverso ordine vulgo haec edi solent παίδων ἡμῶν ὄντων ἔτι. Recte fortasse. Ceterum ambigue haec verba dicta sunt, ac non sine magna Socraticae disciplinae laudatione. Nimirum παῖδας vocat h. e., non pueros, sed homines pueriles Apollodorus eos, qui Socratica disciplina non imbuti huc illuc circumferantur. Verba igitur παίδων ὄντων ἡμῶν ἔτι de eo tempore intelliguntur, quo expers fuit Socraticae disciplinae Apollodorus. Et quoniam tertius annus erat, ex quo Socratis scae adiunxerat, tempus convivii definit ita, ut qui his proximis annis tribus convivium Agathonis celebratum neget. Definitione hac non sufficiente neque accurata Apollodorus pergit: ὅτε τῇ πρώτῃ τραγῳδίᾳ ἐνίκησεν Ἀγάθων τῇ ὑστεραίᾳ, ἢ ᾗ τὰ ἐπινίκια ἔθυεν αὐτός τε καὶ οἱ χορευταί.

ὅτε τῇ πρώτῃ τραγῳδίᾳ. Rückert. ad h. l.: Non integra trilogia, sed prima e tribus fabula; nam singulis etiam fieri poterat, ut quis victor existeret. Recte. De tempore, quo prima tragoedia Agatho victoriam reportavit, vid. Athen. Deipn. V. p. 217. ὅτε γὰρ Ἀγάθων ἐνίκα, Πλάτων ἦν δεκατεσσάρων ἐτῶν· ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ ἄρχοντος Εὐφήμου στεφανοῦται Ληναίοις. h. e. Olymp. 90, 4. Hoc temporis indicium peratile quidem est inprimis iis, qui in vitam Agathonis inquirunt et in historiam rerum, quod solertissime fecit Fr. Ritschl in Comm. de Agathonis vita, arte et tragoediarum reliquiis. Halis Sax. 1829.: frustra eo utuntur lectores in opusculo Platonis, qui ipse pro scripti sui consilio nullam eius rationem habuit.

ἐπινίκια ἔθυεν. Solebant poëtae victoria reportata festum diem parare iis, qui susceptis chori partibus, ut populo fabula placeret magis, effecerant. Quo die quoniam diis sacra fiebant ob victoriam, factum est, ut ad eum significandum Graeci formula uterentur τὰ ἐπινίκια θύειν.

αὐτός τε καὶ οἱ χορευταί. Πάνυ, ἔφη, ἄρα παλαι, ὡς ἔοικεν. ἀλλὰ τίς σοι διηγεῖτο; ἢ αὐτὸς Σωκράτης; Οὐ μὰ τὸν Δία, ἦν δ' ἐγώ, ἀλλ' ὅσπερ Φοίνικι· Ἀρι-στόδημος ἦν τις, Κυδαθηναιεὺς, σμικρὸς, ἀνυπόδητος ἀεί· παραγεγόνει δ' ἐν τῇ συνουσίᾳ Σωκράτους ἐρα-στὴς ὢν ἐν τοῖς μάλιστα τῶν τότε, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ.

ἢ αὐτὸς Σ. Unus cod. Vat. ἦ, quam lectionem merito reiecerunt editores. Schleiermacherus ἦ part. potestatem non satis assecutus convertit: etwa Socrates selbst? — Quamquam eadem vox manet, sive ἦ sive ἦ scripseris, tamen hae formae inter se discrepant vehementer. ἦ posito omissum cogitatur alterum enuntiati membrum a πότερον particula instituendum v. c. πότερον ἄλλος τις ἢ αὐτὸς Σωκράτης; et quoniam in huiusmodi enuntiato bimembri, ubi ab indefinito ad definitum transitur, loquentis iudicium simul involvitur, consentaneum est, omisso quidem, sed subintelligendo membro priori quaestionis alterum vi quadam augeri, quam verisimilitudinem vocari licebit. Igitur ἦ non tam corrigendi vim habet, ut Stallb. et Rückert. iudicare video, quam probabilitatis. Contra quando ἦ exhibetur, prius illud interrogationis membrum prorsus evanescit, ut, quoniam neque huc neque illuc interrogationis momentum declinare possit, interrogatio admodum temperetur. Igitur ἦ particula qui utitur, suum iudicium ab interrogatione secludit, et sive negarit sive affirmarit, qui rogatur, ad utrumvis audiendum paratissimus est. Exemplum ut afferam, fiunt enim leges linguae luculentiores exemplis, legitur vulgo in Platonis Menon. p. 71. B. ὃ δὲ μὴ οἶδα, πῶς ἂν, ὁποῖόν γέ τι, εἰδείην; ἢ δοκεῖ σοι οἷόν τε εἶναι, ὅστις Μένωνα μὴ γιγνώσκει, τοπαράπαν ὅστις ἐστὶ, τοῦτον εἰδέναι, εἴτε καλὸς κ. τ. λ. Viderunt interpp. scribendum esse ἦ δοκεῖ, eorumque iudicium codd. auctoritate probatur. Nihil enim certius est, quam Socratem ita instituere interrogationem, ut simul indicet, Menonem non posse negare rem interrogatam. Ad nostra verba ut revertar, Glauco, cum Apollodorum ἑταῖρον Σωκράτους indicavisset supra, ἢ αὐτὸς Σω-κράτης dixit admixta probabilitatis notione: am Ende doch wohl Socrates selbst. Iam patet, opinor, cur tanta gravitate, quanta potuisset, Apollodorus responderit: οὐ μὰ τὸν Δία. Graviore enim negatione opus est in responsis, ubi ita instituta praecedens interrogatio est, ut quae vera non sunt, ea vera putare, qui interrogat, videatur.

Κυδαθηναιεύς. Vulgo legebatur Κυδαθηνεύς, quod Fischeri industria correctum est. Steph. Byz.: Κυδαθήναιον· δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς· ὁ δημότης Κυδαθηναιεύς. Eandem formam reperies apud Aristophanem, quem ad h. l. laudat Rückertus, Vesp. v. 895 et 902.

σμικρὸς, ἀνυπόδητος ἀεί. Haec epitheta commemorantur eo consilio, ut quibus

οὐ μέντοι ἀλλὰ καὶ Σωκράτη γε ἔνια ἤδη ἀνηρόμην ὧν ἐκείνου ἤκουσα, καί μοι ὡμολόγει καθάπερ ἐκεῖνος διηγεῖτο. Τί οὖν; ἔφη· οὐ διηγήσῃ μοι; πάντως ἡ ὁδὸς ἡ εἰς ἄστυ ἐπιτηδεία πορευομένοις καὶ λέγειν καὶ ἀκούειν.

Οὕτω δὴ ἰόντες ἅμα τοὺς λόγους περὶ αὐτῶν

Aristodemus tanquam homo Socratis amantissimus indicetur. Nempe solent ita iudicare imperitiores, ut ab externo habitu corporis ad ingenia concludant. *Σμικρός* est, quod nos dicimus: untersetzt. Apud Xenophontem Aristodemus *μικρός* audit M. I. 4. 2., ibique deos esse negat. Festis diebus blautis Socrates usus est, ut videre licet e p. 174. A., Aristodemus ut semper *ἀνυπόδητος* fuisse censeatur, addito *ἀεί* efficitur, quod in *αἰεί* ex plurimorum codd. auctoritate Rückert. mutavit. Utrum recte fecerit, nec ne, alii videant.

ἐν τοῖς μάλιστα τῶν τότε. h. e. Convivarum illorum, qui Socratem maxime amaverint, acerrimus amator. Latiore significatu verba *τῶν τότε* Schleierm. accepit: der war bei der Gesellschaft zugegen gewesen und einer der eifrigsten Verehrer des Socrates damaliger Zeit, wie mich dünkt.

οὐ μέντοι ἀλλὰ καί. Adhiberi haec dicendi formula solet, ubi commemoratum est, quod iam satis videri possit ad rem, quae paratur. Apprime respondet Latinorum: nihilo minus tamen. Interdum *καί* omittitur, quo omisso efficitur, ut id, quod ante commemoratum sit, minus probari iudicetur aliudque addatur illo multo probabilius. cfr. Plat. Menon. p. 86. B. *πάνυ μὲν οὖν· οὐ μέντοι, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἔγωγε ἐκεῖνο ἂν ἥδιστα, ὅπερ ἠρόμην τοπρῶτον, καὶ σκεψαίμην καὶ ἀκούσαιμι.* — Eodem plane modo *καί* omittitur in formula dicendi *οὐ μόνον — ἀλλά*, de qua vide sis, quae annotata sunt ad p. 180. A.

οὐ διηγήσῃ μοι. Ut Graeci, ita nos: erzähltest du mir das nicht? quod ita dictum est, ut explicandum sit: scio te nolle narrare, quare exorandus es mihi. Alia plane ratione Stallb. hanc dicendi figuram explicat: Haec interrogatio, inquit, alacritatem quandam animi et aviditatem sciendi indicat, fere ut Latinorum: quin tu mihi — narres? Alia ratio est verborum p. 212. D. *παῖδες, ἔφη, οὐ σκέψεσθε*, ubi ad lectionem codd. trium *σκέψασθε* Rückertus annotavit: Aoristum ut non admittendam, ita non omni ex parte spernendam duxerim. Male. Vid. annot. Ceterum *τί οὖν* ab insequentibus verbis maiore interpunctione disiunxi, nam non possunt, ut videtur, in una eademque interrogatione *τί οὖν οὔ* coniungi.

πάντως ἡ ὁδός. *Δέ* particulam, veritus Bekkeri auctoritatem, e textu semovi, quamquam Rückerti exemplis efficitur, ut certum iudicium de eadem edere dubites. Laudat enim ille Plat. de Legg. I. p. 625. A. *προσδοκῶ οὐκ ἂν ἡδέως ἡμᾶς*

C ἐποιούμεθα, ὥστε, ὅπερ ἀρχομενος εἶπον, οὐκ ἀμελετήτως ἔχω. εἰ οὖν δεῖ καὶ ὑμῖν διηγήσασθαι, ταὐτὰ χρὴ ποιεῖν. καὶ γὰρ ἔγωγε καὶ ἄλλως, ὅταν μέν τινας περὶ φιλοσοφίας λόγους ἢ αὐτὸς ποιῶμαι ἢ ἄλλων ἀκούω, χωρὶς τοῦ οἴεσθαι ὠφελεῖσθαι ὑπερφυῶς ὡς χαίρω· ὅταν δὲ ἄλλους τινὰς, ἄλλως τε καὶ τοὺς ὑμετέρους τοὺς τῶν πλουσίων καὶ χρηματιστικῶν, αὐτός τε ἄχθομαι, ὑμᾶς τε τοὺς ἑταίρους ἐλεῶ, ὅτι οἴεσθέ τι
D ποιεῖν οὐδὲν ποιοῦντες. καὶ ἴσως αὖ ὑμεῖς ἐμὲ ἡγεῖσθε

περὶ τε πολιτείας τὰ νῦν καὶ νόμων τὴν διατριβὴν λέγοντάς τε καὶ ἀκούοντας ἅμα κατὰ τὴν πορείαν ποιήσεσθαι. πάντως δ' ἥ γε ἐκ Κνωσσοῦ ὁδὸς — ὡς ἀκούομεν, ἱκανὴ κ.τ.λ. Adde Apol. S. p. 33. D. *εἰ δὲ μὴ αὐτοὶ ἤθελον, τῶν οἰκείων τινὰς τῶν ἐκείνων, πατέρας καὶ ἀδελφοὺς καὶ ἄλλους τοὺς προσήκοντας, εἴπερ ὑπ' ἐμοῦ τι κακὸν ἐπεπόνθεσαν αὐτῶν οἱ οἰκεῖοι, νῦν μεμνῆσθαι. πάντως δὲ πάρεισιν αὐτῶν πολλοὶ ἐνταυθοῖ, οὓς ἐγὼ ὁρῶ κ. τ. λ.* Ceterum convertenda verba nostra sunt: Wie nun? sagte er, wolltest du mir nicht erzählen? jedenfalls ist der Weg in die Stadt geeignet für eine gegenseitige Unterhaltung während des Gehens. Ficinus habet: apta quidem via est, quae ducit in urbem, et ad audiendum pariter et ad dicendum. —

τοὺς λόγους περὶ αὐτῶν. Nota vim articuli, quo absente sensus existeret hic: Sic igitur inter eundum de his collocuti sumus. cfr. p. 207. A. *ταῦτά τε οὖν πάντα ἐδίδασκέ με, ὁπότε περὶ τῶν ἐρωτικῶν λόγους ποιοῖτο κ. λ.* Addito articulo sententia haec est: Sic inter eundum, quae verba fecimus, de his fecimus. cfr. p. 216. C. *ἄλλα δέ μου ἀκούσατε, ὡς ὅμοιός τέ ἐστιν οἷς ἐγὼ εἴκασα αὐτὸν καὶ τὴν δύναμιν, ὡς θαυμασίαν ἔχει* h. e. et vim, quae ipsi est, quam admirabilem habet.

εἰ οὖν δεῖ — ποιεῖν. De his verbis vide quae annotata sunt ad p. 172. A. Docet autem hic locus, qui differant *δεῖ* et *χρή*, de qua differentia verborum jam a Rückerto est ad h. l. annotatum. *δεῖ* necessitatem exprimit, *χρή* voluntatem necessitati inservientem. cfr. Aesch. Or. c. Tim. p. 29. *ὁ νομοθέτης — ἀπέδειξεν, οὓς χρὴ δημηγορεῖν καὶ οὓς οὐ δεῖ λέγειν ἐν τῷ δήμῳ* h. e. Manifesto legislator declaravit, qui velle debeant coram populo verba facere et quibus orationem habere non liceat.

ὑπερφυῶς ὡς χαίρω. Orta est haec dicendi formula ex *ὑπερφυῶς χαίρω ὡς χαίρω*, quod cum non intelligerent, qui describendis libris occupati essent, factum est, ut *ὡς* saepius omitteretur. Sensus est totius loci: Iam si etiam vobis narrandum est, volo equidem, quod feci nuper, idem nunc facere lubentissime. Namque aeque nunc atque alias sive ipse instituam,

κακοδαίμονα εἶναι, καὶ οἶομαι ὑμᾶς ἀληθῆ οἴεσθαι· ἐγὼ μέντοι ὑμᾶς οὐκ οἶομαι, ἀλλ' εὖ οἶδα.

Cap. II.

ET. Ἀεὶ ὅμοιος εἶ, ὦ Ἀπολλόδωρε· ἀεὶ γὰρ σαυτόν τε κακηγορεῖς καὶ τοὺς ἄλλους, καὶ δοκεῖς μοι ἀτεχνῶς πάντας ἀθλίους ἡγεῖσθαι πλὴν Σωκράτους, ἀπὸ σαυτοῦ ἀρξάμενος. καὶ ὁπόθεν ποτὲ ταύτην τὴν

sive narratos audiam philosophicos sermones, praeter quod augeri me scientia puto, impense etiam laetor.

χρηματιστικῶν. Stallb. ad h. l. „Vulgo χρηματιστῶν. Illud aptius hoc loco recte iudicavit Fischerus. Praecedit enim πλουσίων.“ Recte χρηματιστικῶν receperunt editores non satis recta de caussa. Licuisse enim contendo Graecis dicere: οἱ πλούσιοι καὶ χρηματισταί, ut Latinis licuit fures et malefici dicere, neque dubito, quin lectio vulgata p. 221. B. τοὺς φίλους καὶ τοὺς πολεμίους recipienda sit. Nostro contra loco, quoniam non de certo quodam hominum genere sermo est, h. e. de foeneratoribus, sed homines indicantur quovis modo lucro inhiantes, χρηματιστικῶν unice verum est.

Ἴσως αὖ ὑμεῖς. Schleierm. convertit: Vielleicht nun haltet ihr wieder eurerseits dafür, dafs ich übel daran bin, und ich glaube, ihr mögt ganz richtig glauben, ich aber glaube es nicht von euch, sondern weifs es. Οἴεσθαι, ἀληθῆ οἴεσθαι (ὀρθὰ δοξάζειν p. 202. A.) εἰδέναι, vocabula Socratica sunt, quibus Apollodorus uti videtur h. l., ut Socratis discipulum se probet. Ceterum laudare Plauti versus lubet petitos e Cas. initio:

Cleostr. Face, Chaline, certiorem me, quid meus me vir velit.
Chal. Ille edepol videre ardentem te extra Portam Metiam.
Cleostr. Credo ecastor velle.
Chal. At pol ego haud credo, sed certo scio.

ἀεὶ ὅμοιος — πλὴν Σωκράτους. Vario modo haec verba ab interpretibus explicantur. Wolfius ἐν μὲν γὰρ τοῖς λόγοις dictum esse censuit pro ἀλλὰ γὰρ ἐν τοῖς λόγοις. Frustra. Astius convertit: unde tandem nomen μανικός acceperis, non perspicio: namque in omnibus tuis sermonibus tantum abest, ut μανικός sis h. e. nimius et vehemens in laudando, ut et te et alios praeter Socratem cum acerbitate quadam reprehendas. Apoll. Et merito μανικός a vobis audio, de me et vobis ita sentiens. Hanc conversionem nemo probabit. Nam neque usu quodam loquendi probatur, μανικός inprimis de laudatorum studiis valere, neque ex ἑταίρου verbis colligitur satis, μανικὸν nimium in laudando significare. Quid dicam de responso Apollodori, quod ex Astii conversione fit languidissimum? Pessime de

ἐπωνυμίαν ἔλαβες, τὸ μανικὸς καλεῖσθαι, οὐκ οἶδα ἔγωγε· ἐν μὲν γὰρ τοῖς λόγοις ἀεὶ τοιοῦτος εἶ· σαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγριαίνεις πλὴν Σωκράτους.

ΑΠΟΛ. Ὦ φίλτατε, καὶ δῆλόν γε δή, ὅτι οὕτω διανοούμενος καὶ περὶ ἐμαυτοῦ καὶ περὶ ὑμῶν μαίνομαι καὶ παραπαίω;

nostro loco meritus est Rückertus, qui, cum non posset, quid ἑταῖρος sibi voluerit his verbis, intelligere, scilicet e codd. μαλακός pro μανικός in textum recepit. „Unde tandem mollis appellatus sis, equidem non intelligo; in sermonibus enim semper talem te exhibes: et tibi et aliis succenses praeter Socratem.» Haec ut pugnant cum sequentibus, ita ut ne pugnare videantur, Rückertus in verbis σαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγριαίνεις insaniae latentem notionem deprehendit, ad quam respiciens, quamque augens in maius per indignationem Apollodorus dixerit: ὦ φίλτατε, καὶ δῆλόν γε δή κ. τ. λ. Artificiosa haec sunt, non vera. Neque Plauti auctoritate nunc movemur, qua uti Rückertus potuisset in re sua. Legitur nimirum in Menaechm. v. 224. Both.

Insanit hic quidem, qui ipse maledicit sibi. et v. 228.

Nam tu quidem hercle certo non sanus satis,
Menaechme, qui nunc ipsus maledicas tibi.

Stallb., quoniam Apollodori ingenium ad morositatem proclive fuerit, etiam μανικός de ingenii tristitia et morositate intelligendum iudicat. Deinde supplendum censet ὀρθῶς δὲ δοκεῖς λαβεῖν αὐτήν ante verba ἐν μὲν γὰρ τοῖς λόγοις ἀεὶ τοιοῦτος εἶ. Τοιοῦτος autem interpretatur μανικός, tristis et morosus. Ut libere dicam, quid mihi videatur, Apollodorus et ad tristitiam et ad hilaritatem propensissimus erat ita, ut sive tristis sive hilaris suarum rerum modum haberet nullum. Nimium in tristitia Apollodorum reperimus Phaed. p. 117. D. in risu atque in maerore Phaed. p. 59. A. in vituperio Symp. p. 173. C. et D., et quo animo hominem in magistri laude fuisse censes, qui praeter Socratem omnes mortales infelices iudicabat? In quo iudicio ut τὸ μανικόν eluceret magis, Plato ἀγριαίνειν verbo usus est, quo verbo animi summa commotio exprimitur. Idem cadit in ἀναβρυχησάμενος participium, quod quo exquisitius, eo aptius est ad turbas animi exprimendas. Iam patere arbitror, μανικός h. l. neque de immodica laude neque de nimia morositate dici, sed de laudis vituperiique immoderatione. Rectissime autem Stallb. vidit, ante verba ἐν μὲν γὰρ τοῖς λ. aliquid supplendum esse. Solet enim γάρ particula ita adhiberi, ut sententia quaedam, quam facile e cogitationum serie supplere possis, omissa indicetur. Stallb. supplendum censet ὀρθῶς δὲ δοκεῖς λαβεῖν αὐτήν. Nobis placet εἰ μὴ ἐκ τῶν λόγων. Totius loci conversio haec est: Immer hist du derselbe, o Apollodorus. Immer klagst du

ΕΤ. Οὐκ ἄξιον περὶ τούτων, ὦ Ἀπολλόδωρε, νῦν ἐρίζειν· ἀλλ' ὅπερ ἐδεόμεθά σου, μὴ ἄλλως ποιήσῃς, ἀλλὰ διήγησαι τίνες ἦσαν οἱ λόγοι.

ΑΠΟΛ. Ἦσαν τοίνυν ἐκεῖνοι τοιοίδε τινές. μᾶλλον δ' ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν, ὡς ἐκεῖνος διηγεῖτο, καὶ ἐγὼ πει- 174
ράσομαι διηγήσασθαι.

dich und die andern an, und scheinst mir ohne weiteres, aufser Socrates, alle für unglückselig zu halten, indem du mit dir selbst den Anfang machst. Und woher du in aller Welt den Beinamen da hast, dafs man dich den Tollkopf nennt, das weifs ich nicht. Er müfste denn aus deinen Aeufserungen herstammen. In diesen zeigst du dich wirklich so; du zürnst dir und den andern, und zollst allein dem Socrates ein unmäfsiges Lob.

ὦ φίλτατε — παραπαίω. His verbis, quae de μανικός nomine annotavimus, confirmari videntur perpulcre. Ἐταῖρος nimirum cum non nisi τὸ μανικὸς καλεῖσθαι commemorasset, consueta vehementia usus Apollodorus μαίνομαι καὶ παραπαίω dixit. Haec verba optime transtulit summus Schleierm.: O Liebster, so ist es ja klar, wenn ich so denke von mir und euch, dafs ich toll bin und von Sinnen. Inest tamen aliquid his verbis, quod male me habet. Nimirum amicus dixit: E dictis tuis illud cognomen ortum est, aut eius originem et causam ignoro. Ad haec verba num quadrare tibi videtur Apollodori responsum?: Quid quaeris? res acta est scilicet, saevio et mente captus sum. Si quid video, οἱ μανικοί ut exaggerant res, ita rixari amant, ad utrumque natura ducente. Ad rixas autem se composuisse Apollodorum etiam verba amici docent: οὐκ ἄξιον περὶ τούτων, ὦ Ἀπολλόδωρε, νῦν ἐρίζειν. Quid multis? Posito post παραπαίω signo interrogandi verba convertenda sunt: O Liebster, ist es denn nun schon so ausgemacht, dafs ich toll bin und von Sinnen, wenn ich so denke über mich und euch?

τοιοίδε τινές. Additur indefinitum pronomen, ut indicetur, sermones non verbo tenus ab Apollodoro referri. Recte Stallb. ferehuiusmodi convertit. Sic paullo infra p. 174. D. τοιαῦτ' ἄττα ὀφᾶς ἔφη διαλεχθέντας ἰέναι. Schleierm.: so ohngefähr ... Adde p. 176. A. λόγου τοιούτου τινὸς κατάρχειν. p. 180. C. Φαῖδρον μὲν τοιοῦτόν τινα λόγον ἔφη εἰπεῖν. Μᾶλλον δέ eius est, qui ipse se corrigit. Habet Ficinus: *immo vero* a principio eodem ordine, quo Aristodemus retulit, vobis ipse nunc recensere conabor. cfr. p. 188. D. οὕτω πολλὴν καὶ μεγάλην, μᾶλλον δὲ πᾶσαν δύναμιν κ. τ. λ. adde p. 193. E. ἵνα καὶ τῶν λοιπῶν ἀκούσωμεν τί ἕκαστος ἐρεῖ, μᾶλλον δὲ τί ἑκάτερος· Ἀγάθων γὰρ καὶ Σωκράτης λοιποί. p. 194. A. εἰ δὲ γένοιτο, οὐ νῦν ἐγώ εἰμι, μᾶλλον δὲ ἴσως οὐ ἔσομαι κ. τ. λ.

Ἔφη γάρ οἱ Σωκράτη ἐντυχεῖν λελουμένον τε καὶ τὰς βλαύτας ὑποδεδεμένον, ἃ ἐκεῖνος ὀλιγάκις ἐποίει, καὶ ἐρέσθαι αὐτὸν, ὅποι ἴοι οὕτω καλὸς γεγενημένος. καὶ τὸν εἰπεῖν, ὅτι Ἐπὶ δεῖπνον εἰς Ἀγάθωνος. χθὲς γὰρ αὐτὸν διέφυγον τοῖς ἐπινικίοις, φοβηθεὶς τὸν ὄχλον· ὡμολόγησα δ' εἰς τήμερον παρέσεσθαι. ταῦτα δὴ

ἔφη γάρ οἱ Σωκράτη. Ex nostra cogitandi ratione verba si spectas, scriptum exspectaveris: *ἔφη γὰρ Σωκράτει ἐντυχεῖν.* Illud genus dicendi ex objectivitate enatum est, qua pro ingenio suo Graeci utebantur in narratione. Eo autem efficitur dicendi genere, ut Socratis loti calceisque ornati imago oculis obversans lectorum, ut Apollodoro, ita quaestionem moveat lectori: *ὅποι ἴοι οὕτω καλὸς γεγενημένος.* Sexcenties hoc dicendi genus reperias apud Graecos scriptores, unum exemplum ut laudem, cfr. p. 174. E. *οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς παῖδά τινα ἔνδοθεν ἀπαντήσαντα ἄγειν κ. τ. λ.*

τὰς βλαύτας. Schol. habet: *ὑποδήματα. οἱ δὲ βλαυτία, σανδάλια ἰσχνά.* Satis notum est, Socratem perraro calceis usum esse, id quod nostro loco colligitur e verbis *ἃ ἐκεῖνος ὀλιγάκις ἐποίει.* Quod raro fecit Socrates, ut calceis uteretur, idem Aristodemus nunquam fecisse perhibetur p. 173. B. *Ἀριστόδημος ἦν τις, Κυδαθηναιεὺς, σμικρὸς, ἀνυπόδητος ἀεί.*

χθὲς γὰρ αὐτὸν διέφυγον. De *διαφεύγειν* verbi potestate vide quae annotata sunt ad p. 7. Ceterum brevius quidem Socrates loquitur, non item obscurius. Sententiarum ordo haec est: Iam heri Agatho me vocavit, sed non impetravit a me, ut facerem, quod iuberet. Odiosa enim erat concitatiorum hominum turba strepens. Promisi autem ei hodie ad coenam.

ταῦτα δὴ ἐκαλλωπισάμην. Rostius V. Cl. ad verba *ἐκαλλωπισάμην, ἵνα — ἴω* annotat: ornavi me (et nunc ornatus sum) ut accedam. Vide Stallb. ad Plat de rep. V. p. 472. C., qui laudat Rost. Gramm. §. 122. not 4. b. Herm. ad Viger. p. 850. Buttm. §. 126. i. *Ταῦτα δή* interpretes positum esse censent pro *διὰ ταῦτα δή*, de quo usu loquendi vid. Matth. Gramm. pl. §. 470. 7. p. 873. Rectius opinor, *ταῦτα* de ornatu intelligitur, ut verba convertenda sint: Hoc igitur, quem miraris (*οὕτω καλὸς γεγενημένος*), ornatu ornavi me et nunc ornatus sum, ut pulcher ad pulcrum accedam. Si dictum esset supra *ὅποι ἴοι τήμερον οὕτω καλὸς γεγενημένος*, unice probaremus iuncturam hanc: promisi autem ei hodie ad coenam, atque eius rei gratia ornavi me cet.

πρὸς τὸ ἐθέλειν ἂν ἰέναι „Stephani hanc emendationem, inquit Rückertus, librorum lectionis *ἀνιέναι* a Bekkero, Dindorfio, Astio, Sommero, Stallbaumio receptam, admodum dubitanter retinui. Quod enim in sequentibus simpl. *ἰέναι* po-

ἐκαλλωπισάμην, ἵνα καλὸς παρὰ καλὸν ἴω. ἀλλὰ σὺ, ἦ δ' ὅς, πῶς ἔχεις πρὸς τὸ ἐθέλειν ἂν ἰέναι ἄκλητος ἐπὶ B *δεῖπνον; Κἀγὼ, ἔφη, εἶπον, ὅτι Οὕτως, ὅπως ἂν σὺ κελεύῃς. Ἕπου τοίνυν, ἔφη, ἵνα καὶ τὴν παροιμίαν διαφθείρωμεν μεταβάλλοντες, ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν αὐτόματοι ἀγαθοί. Ὅμηρος μὲν γὰρ κιν-*

situm est, ex eo non sequitur, ut etiam h. l. debeat. Immo si locus, e quo Socrates cum Aristodemo profecturus erat, inferior fuit quam is, ubi Agatho habitabat, nonne tum primo loco poni licuit *ἀνιέναι*, sufficiebat in seqq. simplex verbum?» His verbis contra eos disputatum est rectissime, qui e sequentibus *ἴασιν* et *ἰέναι* de *ἂν ἰέναι* iudicarunt. Atque sic Stallb. iudicasse miror annotantem: Codd. et vett. editiones omnes *ἐθέλειν ἀνιέναι*, quod de Stephani coniectura mutavimus praeeunte Astio et Bekkero. *Nimirum sequitur deinde ἴασιν et ἰέναι de eadem re dictum.* — Caecutiisse videntur interpretes, ubi scriptor verborum positu studiose fecit, ut clare videre potuissent, *Ἐπὶ δεῖπνον* et ad *ἰέναι* pertinet et ad *ἄκλητος*; nam ut *καλεῖν ἐπὶ δεῖπνον* recte dicitur, ita *ἄκλητος ἐπὶ δεῖπνον* bene habet; rursum *ἰέναι* arctius eum *ἄκλητος* coniungendum est, et est in hac coniunctione enuntiati acumen. Verba convertenda sunt: Könntest du dich wohl entschliessen, obgleich uneingeladen, doch zu kommen zum Gastmahl. Iam concedamus necesse est Rückerto, *ἀνιέναι ἐπὶ δεῖπνον* recte dici, si in altiore loco Agathonis domicilium fuisse constaret, non recte dici *ἀνιέναι ἄκλητος* Rückerti aequitas concedet nobis. cfr. p. 174. C. *ἄκλητον ἐποίησεν ἐλθόντα τὸν Μενέλεων ἐπὶ τὴν δοίνην*, ubi rursum iudicare licet e positu verborum de scriptoris voluntate. Adde p. 174. D. *ὡς ἐγὼ μὲν οὐχ ὁμολογήσω ἄκλητος ἥκειν, ἀλλ' ὑπὸ σοῦ κεκλημένος*. Ceterum *πῶς ἔχεις πρὸς τὸ ἐθέλειν ἄν* verba respondent nostratium: Wie steht es bei dir mit der Lust ... pro Hättest du wohl Lust .... cfr. p. 176. B. *δέομαι ὑμῶν ἀκοῦσαι, πῶς ἔχει πρὸς τὸ ἐρρῶσθαι πίνειν Ἀγάθων.*

ἵνα καὶ τὴν παροιμίαν — μεταβάλλοντες. Socrates haud raro poëtarum versus immutabat, ut mutati contrariam sententiam funderent. Tangit hunc morem Appulei. Flor. p. 6. ed. I. Bosschae: Nec ista re cum Plautino milite congruebat, qui ita ait:

Pluris est oculatus testis unus,
quam auriti decem.

Immo enimvero hunc versum ille (sc. Socrates) ad examinandum homines converteret:

Pluris est auritus testis unus,
quam oculati decem.

Editores fere omnes e codd. plurimorum auctoritate *μεταβαλόντες* receperunt. Praetulit *μεταβάλλοντες* Bastius, quod et codd. nonnulli iique melioris notae exhibent. Converti Stallb. *mutatione corrumpamus*, participio in

δυνεύει οὐ μόνον διαφθεῖραι, ἀλλὰ καὶ ὑβρίσαι εἰς ταύτην τὴν παροιμίαν. ποιήσας γὰρ τὸν Ἀγαμέμνονα
C διαφερόντως ἀγαθὸν ἄνδρα τὰ πολεμικά, τὸν δὲ Μενέ-

substantivum converso, quo substantivo temporum discrimen velatur. Unice rectum est *μεταβάλλοντες*. Nam qui mutat, eo ipso, quod mutat, proverbium corrumpit. Vides igitur, eiusdem actionis esse et *διαφθείρειν* et *μεταβάλλειν*, cuius actionis et obiectum et effectus h. l. commemorantur. Hoc autem videtur doctis viris fraudi fuisse, ut putarent, de duplice actione, quae temporis discrimen in se susciperet, Platonem egisse.

ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν. Schol. ad hunc locum: *αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν. ταύτην δὲ λέγουσιν εἰρῆσθαι ἐπὶ Ἡρακλεῖ, ὃς ὅτε ἐστιῶντο τῷ Κηΰκι ξένοι ἐπέστη· Κρατῖνος δὲ ἐν Πυλαίᾳ μεταλλάξας αὐτὴν γράφει οὕτως. οἶδ' αὖθ' ἡμεῖς, ὡς ὁ παλαιὸς λόγος, αὐτομάτους ἀγαθοὺς εἶναι κομψῶν ἐπὶ δαῖτα θεατῶν. καὶ Εὔπολις ἐν Χρυσῷ γένει.* E schol. verbis facile colligitur, vario modo hoc proverbium immutatum fuisse a Graecis, vid. Athen. IV. 27. p. 178. Cal. De primaria autem proverbii forma, quam Schol. indicat, Schleierm. haec disputat in den Anmerk. zur Uebers. p. 524. Ein sonderbarer Gedanke ist es von dem Scholiasten, dass er uns an das zweite Sprüchwort des Athenaeos verweiset, welches von Tapfern und Feigherzigen handelt (*ἀγαθοὶ δειλῶν*), wahrscheinlich in dem kriegerischen oder feindseligen Sinn, dass die Tapfern ungeladen erscheinen und, die Feigherzigen vertreibend, sich selbst an die Schüsseln setzen. Sondern Socrates meint *ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας*, und sagt nur scherzweise, sie wollten es durch eine Umdrehung einmal verderben, indem sie nämlich den Agathon und seine Gäste *ἀγαθούς* nannten. .... Der Homerische Fall lässt sich auf das *ἀγαθοὶ ἐπὶ δειλῶν* gar nicht anwenden, weil, wenn nur eine Anwendung überhaupt da sein soll, Agamemnon musste ein *δειλός* sein. Sondern was Socrates dem Homer vorwirft, ist, dass er auf das Sprüchwort, als sei es älter, anspielend den Menelaus einen *ἀγαθός* nenne. Haec subtilius, quam verius disputata sunt. Primaria proverbii forma ea est, quam Scholiasta laudat, quae quomodo mutata sit et ab Homero et a Platone, iam videamus. Nam etiam ii interpretes, qui Schol. formam ut primariam proverbii agnoscunt, de mutationis et corruptionis ratione male iudicarunt. Legitur apud Homer. Il. *β*, 408. *αὐτόματος δὲ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος*, de quibus verbis Plato ita videtur iudicasse, ut *βοὴν ἀγαθός* voce non virtute fortem interpretaretur, idque verbis *ἀγαθὸν τὰ πολεμικὰ* sc. *ἔργα* opponeret. Assumto deinde Apollinis iudicio, quod legitur Il. *ρ*, 588., aperte eloquitur: *ignavum ad fortem* accessisse *ἄκλητον* h. e. invocatum.

Proverbii primitiva forma si est, ut diximus, *αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν*, facillime agnoscas licet homericae

λεων μαλθακὸν αἰχμητὴν, θυσίαν ποιουμένου καὶ ἑστιῶντος τοῦ Ἀγαμέμνονος ἄκλητον ἐποίησεν ἐλθόντα τὸν Μενέλεων ἐπὶ τὴν θοίνην, χείρω ὄντα ἐπὶ τὴν τοῦ ἀμείνονος.

poëseos superbiam, quae iisdem verbis eodemque usa verborum ordine sententiae innocentiam ita pervertit, ut proverbium audiat: *αὐτόματοι δ' ἀγαθῶν δειλοὶ ἐπὶ δαῖτας ἴασιν.* Iam quod Homerus fecit, idem licere sibi, ut proverbium corrumperet, Socrates putabat. Neque tamen pro *δειλῶν*, quod in primitiva proverbii forma legitur, ad Agathonis nomen alludens *ἀγαθῶν* scripsit, ut Stallbaumium iudicantem video, — forma enim proverbii efficeretur haec: *αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν*, qui verborum ordo non reperitur nostro loco, — neque *καί* part., ut Rückert. censet, huius mutationis indicium facit, — pertinet enim vocula ad totam enuntiationem, cuius exemplum habes Symp. p. 193. C. *εἰ δὲ τοῦτο ἄριστον, ἀναγκαῖον καὶ τῶν νῦν παρόντων τὸ τούτου ἐγγυτάτω ἄριστον εἶναι.* Adde p. 206. A. *ἆρ' οὖν, ἔφη, καὶ οὐ μόνον εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ εἶναι,* — sed Homericum *δειλοί* in *ἀγαθοί* mutavit, minus, ut videtur, Agathonis nomen (*ἀγαθῶν*), quam Aristodemi laudem (*ἀγαθοὶ*) respiciens: *αὐτόματοι δ' ἀγαθῶν ἀγαθοὶ ἐπὶ δαῖτας ἴασιν.* Comprobatur haec explicatio nostra perpulcre Aristodemi modestissimo responso: *ἴσως μέντοι κινδυνεύσω καὶ ἐγὼ οὐχ ὡς σὺ λέγεις, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ καθ' Ὅμηρον φαῦλος ὢν ἐπὶ σοφοῦ ἀνδρὸς ἰέναι θοίνην ἄκλητος.* Ceterum ad Homericam illam proverbii corruptionem, non ad primariam formam eius Socratem s. Platonem respexisse, etiam ex ordine verborum colligitur, qui est apud Platonem. Homerum enim ex *αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν* fecisse consentaneum est: *αὐτόματοι δ' ἀγαθῶν δειλοί* nihil mutata verborum sede, et tamen mutata sede subiecti. Iam servato, qui apud Homerum est, verborum ordine Plato scripsit:

ἀγαθῶν αὐτόματοι ἀγαθοί.

μαλθακὸν αἰχμητήν. Fortem et strenuum bellatorem Menelaum fuisse, e multis Homeri locis colligitur. Semel apud eundem vocatur *μαλθακὸς αἰχμητής* Il. *ρ*, v. 588., ad quem locum Platonem respexisse multi fuere, qui annotarunt. Utitur autem illis verbis deus Graecis infestus atque rerum bellicarum minus peritus, Apollo, non, ut ignaviam Menelai notaret, sed Hectoris animum ut excitaret et augeret. Si displicet igitur, quam supra commemoravimus, malitiosa *βοὴν ἀγαθός* verborum interpretatio, (licere autem interdum poëtarum versiculos per iocum falso interpretari, quis negabit): quibus tamen displiceat, iis dictum esto: Menelaum *μαλθακόν* appellari, ut Agamemnone inferior, non ut ignavus fuisse indicetur. Quid, quod Aristodemus paullo infra dicit p. 174. C. *Ἴσως μέντοι κινδυνεύσω — φαῦλος ὢν ἐπὶ σοφοῦ ἀνδρὸς ἰέναι θοίνην ἄκλητος,* num revera hominem nequam

Ταῦτ' ἀκούσας εἰπεῖν ἔφη· Ἴσως μέντοι κινδυνεύσω καὶ ἐγὼ οὐχ ὡς σὺ λέγεις, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ κατ' Ὅμηρον, φαῦλος ὢν ἐπὶ σοφοῦ ἀνδρὸς ἰέναι θοίνην
D *ἄκλητος. ἆρ' οὖν ἄγων μέ τι ἀπολογήσει; ὡς ἐγὼ μὲν οὐχ ὁμολογήσω ἄκλητος ἥκειν, ἀλλ' ὑπὸ σοῦ κεκλημέ-*

fuisse putas, aut ita moratum, ut qui ipse *φαῦλον* se esse confiteretur? Si quid video, nihil aliud indicare Aristodemus voluit addita *φαῦλος* vocula, quam se cum Agathonis sapientia comparatum Agathone inferiorem esse.

ἆρ' οὖν ἄγων μέ τι ἀπολογήσει; Verba difficillima sunt ad explicandum. Faciendum igitur est, ut, antequam sententiam qualemcunque nostram aperiamus, quid alii de hoc loco censuerint, videamus. Levissima accentus mutatione Astius scribendum coniecit: *ἆρ' οὖν ἄγων με τι ἀπολογήσει.* Sed duplex interrogatio ab hoc loco alienissima videtur. Creuzer. Lect. Plat. ad Plotin. de pulcritud. p. 518. *ἀγαγών* coniecit, quod saepissime scribarum incuria in *ἄγων* mutatum reperies. Ea coniectura Stallbaumio probatur, qui verba convertit: Num igitur aliqua ratione excusare poteris, quod me adduxeris? Addit autem, non quaerere Aristodemum, ecquam habiturus sit excusationem, dum ipsum adducat, sed num futurum sit, ut possit excusari aliquo modo, quum ipsum ad epulas secum duxerit. Non male. — Nihil coniectura opus est. Ut rectius verba intelligantur, ab Aristodemi responso exordiendum est, quod legitur p. 174. B. *οὕτως (sc. ἔχω) ὅπως ἂν σὺ κελεύῃς* h. e. ibo, manebo, prout iusseris. Haec eo consilio dicuntur, ut Aristodemus, quod invocatus venisset, a nemine posset, utpote qui vocatus esset a Socrate, rusticitatis accusari. Socrates contra, ut hominem ad suscipiendum iter dulcedine quadam pelliceret simulque itineris suscepti excusationem a se amoveret, Aristodeme, inquit, dic, si placet, Agathoni, quod Homerus fecerit, ut verba proverbii corrumperet: *αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἵασιν*, idem te experiri voluisse, atque eius rei gratia ad *Ἀγαθῶν δαῖτας* venisse *αὐτόματον ἀγαθόν*. Aristodemus autem quum vereretur, ne *φαῦλος* potius ad normam Homerici proverbii, quam *ἀγαθός* ad Agathonem profecturus sit, a Socratica proverbii mutatione adventus excusationem petitum iri negat, atque iturum se fastidit, nisi a Socrate vocatus esse dicatur. Iam quo facilius hominis animum obfirmatum perspicias, *ἄγων* scriptum est non *ἀγαγών* in interrogatione, quam nunc interpretaturi sumus. Nimirum praesentis temporis participium eam vim habet, ut de Socratis actione intelligendum simul Aristodemi voluntatem involvat manifesto: *εἰ ἄγοις με*, Sensus est: Wenn ich mich von dir führen lassen wollte. Spreta autem dulcedine illa, quae in Socratica proverbii mutatione continetur, et

νος. Σύν τε δύ', ἔφη, ἐρχομένω, πρὸ ὁ τοῦ βουλευσόμεθα ὅ τι ἐροῦμεν. ἀλλ' ἴωμεν.

Τοιαῦτ' ἄττα σφᾶς ἔφη διαλεχθέντας ἰέναι. τὸν οὖν Σωκράτη ἑαυτῷ πως προσέχοντα τὸν νοῦν κατὰ τὴν ὁδὸν πορεύεσθαι ὑπολειπόμενον, καὶ περιμένοντος

qua dicitur ad bonum accedere invocatus ἀγαθός, aliam iam exigit excusationem non sibi, quod accesserit invocatus, sed Socrati, quod se vocaverit. Haec verborum explicatio sequentibus verbis perpulcre probari videtur. Schleierm. convertit: Wirst du mich also auch etwas entschuldigen, wenn du mich einführst? Rectior verborum conversio haec est: Num igitur, si duci me a te patiar, aliud quid habes, quo possis te, quod me vocaveris, excusare? Quod ad me, οὐχ ὁμολογήσω ἄκλητος ἥκειν, ἀλλ' ὑπὸ σοῦ κεκλημένος. — Τί pro τί ἄλλο positum reperies haud raro apud scriptores Graecos, cfr. Plat. de rep. I. p. 382. C. ἀλλὰ τί οἴει; ἔφη. Sed quid aliud tu censes. Mallem tamen h. l. legere ἄλλο τι οἴει; Adde Plat. Crit. p. 50. C. cap. XI. fin., ad quem locum Stallb. laudat Lamb. Bos. de Ellipa, p. 27. ed. Schaef. Ut unum locum e Latinis scriptoribus laudem, apud Terent. legitur Heaut. Act. I. Sc. I. v. 17. Nunquam tam mane egredior, neque tam vesperi domum revertor, quin te in fundo conspicer fodere aut arare aut aliquid facere denique.

σύν τε δύ', ἔφη. seqq. Annotat Stallb. ad h. l.: „Alludit ad Il. X. v. 224.," unde suum hausit Rückertus scribens satis negligenter: Hom. Il. χ. 224. Pro πρὸ ὁ τοῦ, quae Fischeri confectura est, libri exhibent ad unum omnes πρὸ ὁδοῦ. Ὅ τοῦ antiquitus disiunctim scriptum cum seriore tempore coniunctim, ut fit, ederetur, ad mutationem suapte figura pellexit. Ceterum πρὸ ὁ τοῦ non debebat Stallb. convertere alter altero melius. Socrates controversiae pertaesus, et sibi et Aristodemo excusatione opus esse conçedit. Sibi, quod invitaverit, illi, quod audiens fuerit vocanti. Sensus est: Inter eundum tu mihi, ego tibi, quid utrique dicendum sit, prospiciamus.

κατὰ τὴν ὁδὸν πορεύεσθαι. Habet Ficinus: Socratem cogitabundum lento nimis passu gradientem exspectasse saepius, tandem iussisse Socratem, ut praeiret. Enarratio haec est, non conversio verborum. Ficini verba qui accuratius examinaverit, mecum suspicabitur fortasse, Graecis verbis olim infuisse, quod recentiorum cura sublatum, magnas molestias Ficino excitaverit.

ἐπειδὴ δὲ γενέσθαι. Stephanus ἐγένετο scribendum coniecit, Wolf. de ellipsi συνέβη verbi cogitavit. Ut ἐπειδὴ — γενέσθαι, ita paullo infra εὐθὺς δ' οὖν ὡς ἰδεῖν. Haec structura virtus admirabilis est Graecae orationis, qua efficitur h. l., ut et de prioris narratoris vivacitate, et de alterius narratoris

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

οὐ κελεύειν προϊέναι εἰς τὸ πρόσθεν. ἐπειδὴ δὲ γενέσθαι ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ τῇ Ἀγάθωνος, ἀνεῳγμένην καταλαμβάνειν τὴν θύραν, καί τι ἔφη αὐτόθι γελοῖον παθεῖν. οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς παῖδά τινα ἔνδοθεν ἀπαντή-

fide, aliena, non sua, exhibentis, lector admonetur. Exempla huius structurae plurima interpp. ad h. l. laudant v. c. Plat. de rep. X. p. 617. D. *ὁρᾷς οὖν, ἐπειδὴ ἀφικέσθαι, εὐθὺς δεῖν ἰέναι πρὸς τὴν Λάχεσιν.* p. 619. C., p. 620. D., p. 621. B. — Ceterum in tota hac enuntiatione infinitivi imperfecti et aoristi alternant ita, ut aoristicum tempus actiones momentaneas, imperfectum durantes actiones denotet.

οἱ μὲν γάρ. Hoc legitur in Bodl. aliisque codd. non paucis. Inceptae structurae potestatem, de qua modo dictum est ad *ἐπειδὴ — γενέσθαι*, misere turbant *τὸν μέν* verba, quae olim pro *οἱ μέν* edebantur. Facere autem non potuit Apollodorus, ut, cum Aristodemum paullo ante loquentem induxisset, nunc desubito ipse in se reciperet illius orationem, id quod *τὸν μέν* scriptura efficitur. Recte igitur editores *οἱ μέν* Platoni vindicarunt, quod et Photius praebet in Lex. s. v. *οἱ*. Habet enim: *οἱ περισπωμένως ἀντὶ τοῦ ἑαυτῷ· ὀξυτόνως δὲ οὗτοι· συμπόσιον· οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς παῖδά τινα τῶν ἔνδον (?) ἀπαντήσαντα.*

καὶ καταλαμβάνειν. Hoc loco ne quis cum Rückerto arbitretur, quod in antecedente orationis membro obiectum sit, in hoc subiectum esse *καταλαμβάνειν* verbi: *ἄγειν* absolute positum est. Structura verborum haec est: *ἔφη — οἱ ἀπαντήσαντα — παῖδα ἄγειν*, h. e.: dixit, puerum, qui obviam venisset sibi, ducem fuisse ad eum locum, ubi ceteri consedissent, et *ἔφη καταλαμβάνειν ἤδη με* — Ceterum solebant Graeci verbi transitivi infinitivo, qui idem subiectum habeat, atque verbum finitum, e quo pendet, subiectum non addere ea fortasse de causa, ne dupliciter posito accusativo (subiecti et obiecti) ambiguitas oriretur sententiae, atque ut facilius obiectum agnosceretur. cfr. Eurip. Phoen. v. 31. *πόσιν πείθει τεκεῖν*, ubi non addi potest pronomen personale, quin ambiguitatem sententiae efficiat. Huius loquendi normae adeo severi arbitri Graeci erant, ut ne in intransitivis quidem verbis, quae e dicendi verbis penderent, accusativum pronominis casum infinitivo addi paterentur. Ubi autem pronomen ponendum erat necessario, ut in Plat. Parm. p. 127. D. nominativum posuerunt, non accusativum: *αὐτός τε ἐπεισελθεῖν ἔφη ὁ Ποσιδώνιος καὶ τὸν Παρμενίδην.*

εὐθὺς δ' οὖν. *Μέν* et *δέ* particulae ita plerumque adhiberi solent, ut duorum verborum, quibus apponantur, mutuam relationem indicent. Relatio haec esse nequit nisi inter verba, quae suapte natura possunt alterum ad alterum referri. Adhibentur itaque, ubi nomen nomini, verbum verbo, particula particulae respondet. Igitur nostro loco scriptum exspectaveris, quoniam *οἱ* vocula nominis proprii locum obtinet

σαντα ἄγειν οὐ κατέκειντο οἱ ἄλλοι, καὶ καταλαμβάνειν ἤδη μέλλοντας δειπνεῖν. εὐθὺς δ' οὖν ὡς ἰδεῖν τὸν Ἀγάθωνα, Ὦ, φάναι, Ἀριστόδημε, εἰς καλὸν ἥκεις, ὅπως συνδειπνήσῃς· εἰ δ' ἄλλου τινὸς ἕνεκα ἦλθες,

οἱ μέν — τὸν δὲ Ἀγάθωνα. Deflexisse autem scriptor a consueto harum particularium usu videtur, quod enuntiatio ita conformanda erat, ut non solum οἱ responderet sequenti τὸν Ἀγάθωνα, sed etiam εὐθύς ad sequens εὐθύς referretur. Duplicem hanc relationem indicare tantummodo scriptor potuit, revera exprimere non potuit. Scripsit itaque οἱ μέν — εὐθὺς δέ. Sed quoniam hac dicendi ratione non sublata quidem et prorsus deleta, sed turbata tamen atque imminuta est vis relationis utriusque οἱ μέν — τὸν δὲ Ἀγάθωνα et εὐθὺς μέν — εὐθὺς δέ: ne singula totius enuntiati membra dissoluta viderentur, οὖν particulam scriptor adiecit, quae ut continuandi particula est, ita membrorum hiatum explet commodissime. Simili ratione scriptum reperies Apol. Socr. init. ὅτι μὲν ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πεπόνθατε ὑπὸ τῶν ἐμῶν κατηγόρων, οὐκ οἶδα· ἐγὼ δ' οὖν καὶ αὐτὸς ὑπ' αὐτῶν ὀλίγου ἐμαυτοῦ ἐπελαθόμην. Quo loco non ὑμεῖς μέν — ἐγὼ δέ Plato scripsit, quod inceptae enuntiationis ratio etiam ὅ τι μέν — δεινότατον δέ flagitabat. Οὖν priori particulae additum reperies Symp. p. 176. B. ἐγὼ μὲν οὖν λέγω ὑμῖν ὅτι τῷ ὄντι πάνυ χαλεπῶς ἔχω ὑπὸ τοῦ χθὲς πότου καὶ δέομαι ἀναψυχῆς τινός, οἶμαι δὲ καὶ ὑμῶν τοὺς πολλούς, quo loco chiasmi ratio, qui plerumque in huiusmodi locis reperitur, ἐγώ non ad λέγω docet sed ad χαλεπῶς ἔχω referendum esse. Interdum οὖν particula omittitur in hoc dicendi genere de industria, ut repugnantia quaedam voluntatis exprimatur, verborumque relatio minus sibi respondentium denotet id, quod apud Homerum est ἐκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ. E. g. Plat. Ep. VII. p. 325. A. πάλιν δὲ βραδύτερον μὲν, εἶλκε δέ με ὁμῶς ἡ περὶ τὸ πράττειν τὰ κοινὰ καὶ πολιτικὰ ἐπιθυμία. Adde Soph. Oed. C. v. 521. ἤνεγκον κακότατ', ὦ ξένοι, ἤνεγκον, ἄκων μὲν, θεὸς ἴστω, τούτων δ' αὐθαίρετον οὐδέν, quo loco Reisig. ἄκων μάν scribendum coniecit, Dubito, num recte. Pessime autem alii docuerunt, supplendum esse post ἄκων μέν — ἐκὼν δὲ οὔ. Ceterum huius structurae exempla permulta reperiuntur, quibus effectum est, ut scribae interdum δ' οὖν ponerent, ubi γ' οὖν a Platone exhibitum est.

εἰς καλὸν ἥκεις, ὅπως συνδειπνήσῃς. Fortasse e Dawesiana illa lege, quae cum coniunctivo aor. I. vetat ὅπως coniungi, Bekk. et Ast. συνδειπνήσεις correxerunt. Frustra. Stallb. annotat ad h. l.: Vulgatum ὅπως συνδειπνήσῃς mutavi, non quo coniunctivum aoristi primi soloecum putaverim, quae fuit Grammaticorum quorundam opinio, sed quod futurum rei ipsi magis accommodatum esse videbatur. Continet enim

εἰσαῦθις ἀναβαλοῦ· ὡς καὶ χθὲς ζητῶν σε, ἵνα καλέσαιμι, οὐχ οἷός τ' ἦ ἰδεῖν. ἀλλὰ Σωκράτη ἡμῖν πῶς οὐκ ἄγεις; Καὶ ἐγώ, ἔφη μεταστρεφόμενος, — οὐδαμοῦ ὁρῶ Σωκράτη ἑπόμενον. εἶπον οὖν, ὅτι καὶ αὐτὸς μετὰ Σωκράτους ἥκοιμι, κληθεὶς ὑπ' ἐκείνου δεῦρ' ἐπὶ

cohortationem Aristodemi, ut epulis interesse velit, adeoque indicat, Agathonem persuasum habere, hoc ab eo factum iri. Nam in invitandi formulis Graeci semper post ὅπως inferunt futurum tempus, nunquam coniunctivum aoristi. — Scripsit autem V. D. εἰς καλὸν ἥκεις· ὅπως συνδειπνήσεις. Efficitur autem haec verborum disiunctione, ut Agatho, ceteroquin homo elegantissimus, parum honeste nunc egisse videatur. E Stallb. sententia convertenda sunt Agathonis verba: Schön, dass du gekommen bist; speise nun mit! Hoc non tam est vocare aliquem ad coenam, quam exprobrare alicui tecto adventus temeritatem; quasi non per se intelligatur, eum, qui advenerit, una convivari. Rectior explicatio haec est: Du kömmst gerade noch zur rechten Zeit, um mit uns zu essen: hoc modo praeposterae invitationis odiosa commemoratio vitatur feliciter et rectius simul verba explicantur: εἰς καλὸν ἥκεις. Suidas habet: εἰς καλόν· εὐκαίρως. Recte.

ὡς καὶ χθές. Urbanitatem Agathonis ex his verbis cognoscas licet. Sensus est: Si alius rei gratia huc profectus es, in posterum differ; idem enim et ego facere coactus, eram heri, cum te quaererem, ad epulas ut invitarem, te nusquam terrarum conspiciens.

οὐχ οἷός τ' ἦ ἰδεῖν. Stallb. addito verbo nullo ἦν edidit, quae vulgata lectio est, pro ἦ. Acute Rückertus: confirmare ἦ lectionem videntur etiam libri ii, qui plane omittunt verbum, quod fieri non potuisset, nisi ν abesset, ut interire ῆ in sequente τ posset. Vide quae annotata sunt ad p. 9.

ἀλλὰ Σωκράτη — ἄγεις. Rogat propterea, quod scit, eum semper cum Socrate esse. Rückert Vide ad p. 173. B. quae annotata sunt. Ut illic ex epithetis, ita h. l. ex Agathonis interrogatione colligere licet, Aristodemum Socrati amicissimum fuisse.

καὶ ἐγώ, ἔφη μεταστρεφόμενος, κ. τ. λ. Comma posuimus post μεταστρεφόμενος, delevimus, quod in omnibus editionibus exstat, post ἔφη, quo deleto sententiae vigorem auctum habebis, et errorem Aristodemi descriptum vividius. Sensus est: und ich, sagte er sich umdrehend, — sehe nirgends den Socrates mir folgen. Si qui sunt, qui post ἔφη interpunctionem flagitent, μιμήματος gratissimi severi osores, non repugnabimus quidem: hoc certum est tamen, nostra interpunctione lepidiorem Aristodemi orationem fieri. Ceterum lineolam post μεταστρεφό-

δεῖπνον. Καλῶς γ', ἔφη, ποιῶν σύ· ἀλλὰ ποῦ ἔστιν οὗτος; — Ὄπισθεν ἐμοῦ ἄρτι εἰσήει. ἀλλὰ θαυμάζω καὶ αὐτὸς ποῦ ἂν εἴη. — Οὐ σκέψει, ἔφη, παῖ, φάναι τὸν Ἀγάθωνα, καὶ εἰσάξεις Σωκράτη; σὺ δ', ἦ δ' ὅς, Ἀριστόδημε, παρ' Ἐρυξίμαχον κατακλίνου.

μενος ponendam curavimus, nam per aposiopesin καὶ ἐγώ verba posita sunt. Dicturus nimirum Aristodemus erat: καὶ ἐγὼ ἦκω αὐτὸς μετὰ Σωκράτους, conversus autem ipsi inter loquendum, quoniam Socrates nusquam comparebat, prae stupore lingua haesit. Paullo post animo resumto, ut orationem interruptam expleret, καὶ ἐγώ repetit ita: εἶπον οὖν, ὅτι καὶ αὐτὸς μετὰ Σωκράτους ἥκοιμι h. é.: ich sagte nun, dass ich ja auch gekommen wäre, ich mit Socrates. Male Stallb., quem Rückertus secutus est, καὶ αὐτός verba arctius coniungenda censet atque convertenda: dass ich ja eben mit dem Socrates gekommen wäre. Ceterum αὐτὸς μετὰ Σωκράτους h. l. dicitur, ut saepenumero alias v. c. in Xenoph. H. Gr. 2. 2. 17. scriptum legitur: μετὰ ταῦτα ἠρέθη πρεσβευτὴς ἐς Λακεδαίμονα αὐτοκράτωρ, δέκατος αὐτός. Numerus ordinalis, quem vocant, δεύτερος non additus est nostro loco, quod addito Socratis nomine plane otiosus erat atque inutilis.

κληθεὶς ὑπ' ἐκείνου. Facit Aristodemus, quod facturum se esse indicaverat p. 174. D. ὡς ἐγὼ μὲν οὐχ ὁμολογήσω ἄκλητος ἥκειν ἀλλὰ ὑπὸ σοῦ κεκλημένος.

καλῶς γ', ἔφη, ποιῶν σύ· ἀλλὰ κ. τ. λ. Octo Bekkeri codd. γέ omittunt; qui quo sunt meliores notae, eo studiosiores editores in expungenda particula fuerunt. Γέ particulam Platonei restituit doctissimus Stallb., quem Rückertus secutus est, motus uterque constanti usu γέ particulae in hac dicendi formula apud Platonem. Laudat Stallb. ad h. l. Charmid. p. 156. A. καλῶς γε σύ, ἦν δ' ἐγώ, ποιῶν. Hipp. M. init. καλῶς γε σύ — νομίζων. Lachet. p. 192. B. ὀρθῶς γε σὺ λέγων. Theaet. p. 181. D. ὀρθῶς γε λέγων. Lysid. p. 204. A. καλῶς γ', ἦν δ' ἐγώ, ποιοῦντες, quibus adde si placet exemplorum congeriem, quam addidit Rückertus in edit. Symp. p. 17. Convertenda verba sunt: Bene quidem, inquit, factum a te, sed ubi gentium est ille?

καὶ αὐτός. Addito καί indicatur, magnopere mirari etiam Agathonem (ἀλλὰ ποῦ ἔστιν οὗτος;) absentiam Socratis. Minus igitur placet, quod in uno cod. Paris. legitur ἀλλὰ καὶ θαυμάζω, neque videre possum, cur id in textum receperint Astius et Reyndera. Ficinus habet: quare ipse quoque miror, ut eundem legisse suspiceris ἀλλὰ καὶ αὐτὸς θαυμάζω; quod cum correxisset, serior manus καὶ αὐτός ponendo post θαυμάζω, factum est fortasse, ut καὶ remaneret ante θαυμάζω.

οὐ σκέψει. Futurum cum

Cap. III.

Καὶ ἢ μὲν ἔφη ἀπονίζειν τὸν παῖδα, ἵνα κατακλίοιτο· ἄλλον δέ τινα τῶν παίδων ἥκειν ἀγγέλλοντα,

negatione in interrogationibus adhiberi solet haud raro pro imperativo. Potest adiuncta esse huic dicendi formulae indignationis, irae, clementiae notio, prout verba pronuntiaveris. Servitutem clementem apud Agathonem fuisse servis, verba docent p. 175. B. *πάντως παρατίθετε ὅτι ἂν βούλησθε, ἐπειδάν τις ὑμῖν μὴ ἐφεστήκῃ· ὃ ἐγὼ οὐδεπώποτε ἐποίησα* et q. sqq. Verba convertenda sunt igitur nostri loci: Willst du nicht einmal nachsehen, sagte er, ob Agathon gesagt, und den Socrates hereinführen?

καὶ ἢ μὲν κ.τ.λ. Ἐμέν Bastii correctio praeclara scripturae vulgatae *καὶ ἐμέ*, quam hodie nemo explicabilem iudicabit. Probatur his verbis, quod supra annotavimus p. 22., ad evitandam ambiguitatem Graecos personale pronomen omittere solere in transitivorum verborum infinitivis, qui e dicendi verbis pendeant idemque, atque illa, subiectum habeant. Efficitur autem haec loquendi norma h. l., ut puer Aristodemum ablûisse dicatur, non vice versa puerum Aristodemus, quod Graece audiret: *καὶ ἔφη ἀπονίζειν τὸν παῖδα.* Puerum h. e. servum quod attinet: Stallb. *τὸν παῖδα* videlicet, inquit, quem antea compellaverat. Rückert.: *ὁ παῖς* est h. l. is servus, a quo supra Aristodemum introduci vidimus. Neuter satis recte h. l. articuli vim interpretatur. *Ὁ παῖς* est potius servus, cui pedum lavandorum officium mandatum erat.

ἵνα κατακλίοιτο. Modus optativus cum particula finali coniunctus satis demonstrat, *ἀπονίζειν* non praesentis temporis, sed praeteriti infinitivum esse. Vide ad p. 7. quae annotata sunt. Imperfecti participium habes p. 174. E. *ὡς καὶ χθὲς ζητῶν σε ἵνα καλέσαιμι κ.τ.λ.* In vett. editionibus scriptum exstat *ἵνα που κατακλίοιτο*, quod nullo modo ferri potest. Depravationis fontem felicissime Stallb. indagavit. Cod. nimirum Flor., littera *π* apud Stallb. insignitus,

ὅπου,

habet *ἵνα κατακλίοιτο.*

ἐν τῷ τῶν γειτόνων προθύρῳ. Vitruv. Arch. libr. VI. 10. *πρόθυρα*, inquit, Graece dicuntur, quae sunt ante ianuam vestibula. Addendum est, *πρόθυρα* non nisi privatarum aedium vestibula esse, publicarum aedium vestibula *προπύλαια* Graece vocari. Minus apte igitur Schleierm. *πρόθυρον* convertit: Vorhof, quo verbo *προπύλαια* indicantur. Narrationem quod attinet Aristodemi: Socrates inter proficiscendum meditatus, cum prius itineris, quam cogitationum finem reperisset, ad vestibulum vicinae domus deverterat.

κἀμοῦ καλοῦντος. Haec est vulgata lectio. Codd. non pauci *καὶ σοῦ* habent. Bekk. ex optimorum auctoritate codicum edidit *καὶ σέ*, eius patrocinium

ὅτι Σωκράτης οὗτος ἀναχωρήσας ἐν τῷ τῶν γειτόνων προθύρῳ ἕστηκε, κἀμοῦ καλοῦντος οὐκ ἐθέλει εἰσιέναι. Ἄτοπόν γ', ἔφη, λέγεις· οὐκοῦν καλεῖς αὐτὸν καὶ μὴ ἀφήσεις; Καὶ ὃς ἔφη εἰπεῖν, Μηδαμῶς, ἀλλ' ἐᾶτε αὐτόν. B

suscepit in Ephem. Litt. Ienens. Jul. 1832. N. 133. censor Rükkert, editionis: „Fragt es sich, ob hier gerade Rede oder abhängige besser sei, so ziemt die letztere mehr darum, weil sie das in den Vorder- und das in den Hintergrund der Unterhaltung Gehörige schön abstufend die das Gespräch der Hauptpersonen unterbrechende Meldung des Sclaven gleichsam episodisch zurückstellt. Und gleichwie diese Form auch in dem Uebrigen hervortritt, indem kein *ἔφη* einführt, so sprechen für *καὶ οὗ*, auf welches wir schon durch innere Gründe hingewiesen werden (?), auch entschieden die besten Handschriften, welchen Bekker mit Recht gefolgt ist. Denn auch das Einzige, woran ein Vertheidiger des *κἀμοῦ* sich könnte halten wollen, das *οὗτος* bei *Σωκράτης* verträgt sich auch mit ungerader Rede: dass Socrates hier in der Nähe stehe.» Haec speciosius sunt, quam verius disputata. Quid, si ipsa pueri verba scriptor exhibuit, ut, ad quae omnes convivae aures arrexisse consentaneum est, eadem prae ceteris etiam emineant? Non dispiciendum est autem, quid obstet, quominus *κἀμοῦ* scribatur, praesertim cum hac scriptura totius loci vigor augeatur incredibiliter. Huc accedit, quod Agathonis verba *ἄτοπόν γ', ἔφη, λέγεις* et q. seqq. ipsis nuntii verbis apprime conveniunt. Verba convertenda sunt: Ein anderer aber von Agathon's Sclaven sei gekommen und habe berichtet: Socrates der steht beiseit am Hofraum des Nachbarn, und ich rief ihn mehrmals, aber er will nicht hereinkommen.

ἄτοπόν γ', ἔφη, λέγεις. Sunt fortasse, qui scribi iubeant *ἄτοπόν γέ τι, ἔφη, λέγεις.* Utrumque genus dicendi in usu erat Graecis. In formula *ἄτοπόν γέ τι, ἔφη, λέγεις, λέγεις* verbum transitivum est, ex eoque τὶ pronomen exaptatur, cui *ἄτοπον* est additum. Omisso τὶ pronomine *ἄτοπον* adiectivum adverbii vices obtinet, *λέγεις* absolute ponitur ut nostratium sprechen; exempla si quaeris huius usus, vide sis Indices. Eadem dicendi formula explicatius perscripta audiret: *ἄτοπόν γ', ἔφη, λόγον λέγεις.* Felicissime Schleierm. verba convertit: Wunderlicher Bericht! habe Agathon gesagt.

οὐκοῦν καλεῖς αὐτὸν καὶ μὴ ἀφήσεις; Vulgo male *καλεῖ* legitur, pauci codd. etiam soloece exhibent *ἀφήσῃς* pro *ἀφήσεις*. *Οὐκοῦν* vocem quod attinet, usu loquendi factum est, ut in interrogatione non *οὔκουν*, quod ratio exigit, sed *οὐκοῦν* scriberetur. Igitur interrogationi conclusionem additam habes, quae voluntatem iubentis certissime describit. Ceterum non possu-

Ἔθος γάρ τι τοῦτ' ἔχει· ἐνίοτε ἀποστὰς, ὅποι ἂν τύχῃ, ἔστηκεν. ἥξει δὲ αὐτίκα, ὡς ἐγὼ οἶμαι. μὴ οὖν κινεῖτε, ἀλλ' ἐᾶτε. Ἀλλ' οὕτω χρὴ ποιεῖν, εἰ σοὶ δοκεῖ, φάναι

mus huius dictionis nisi hac ratione assequi potestatem, ut convertamus: Du rufst ihn also und lässest nicht etwa von ihm ab. *Μή* particula quoniam non ea, quae revera fiunt, sed rei alicuius nonnisi possibilitatem, venia sit verbo, cogitatam negat, additis nicht etwa verbis commode redditur. Recte Hermannus ad Soph. Aiac. v. 75. *μή* sic positum dubitativum esse docuit.

ἔθος γάρ τι τοῦτ' ἔχει. Cave otiosum censeas τὶ pronomen. Priscian. XVIII. p. 1208. nostro loco exemplo utitur, quo demonstret, Atticos scriptores interdum τὶ pronomen abundanter adhibuisse In Platon. Hipp. M. p. 287. B., quem locum Stallb. laudat, eandem enuntiationem reperies verbo immutato nullo. Facit inprimis ad agnoscendam τὶ additi potestatem Thuc. 1. 132. *Ἀργίλιος — λύει τὰς ἐπιστολὰς — ὑπονοήσας τι τοιοῦτον προστεστάλθαι κ. τ. λ.* h. e. Argilius cum suspicaretur, harum rerum aliquid imperatum esse et q seqq. Adde Pl. Symp. p. 191. A. *ἔχων τι τοιοῦτον ὄργανον, οἷον οἱ σκυτοτόμοι.* p. 194. E. *ὁποῖός δέ τις αὐτὸς ὢν ταῦτα ἐδωρήσατο.* Gorg. 472. C. *ἔστι μὲν οὖν οὗτός τις τρόπος ἐλέγχου, ὡς σύ τε οἴει καὶ ἄλλοι πολλοί.* Hom. Il. 9. v. 11. *τοῦτό τί μοι κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι.* Verba nostra convertenda sunt: das ist so seine Art.

ὅποι ἂν τύχῃ. H. e. desistens interdum, ubicunque locorum est, ibi consistere solet. Quando indefinite loquuntur Graeci, cum verbo finito quietem significante, non quietis sed motus notionem coniungere amant. Ut igitur de certo loco dictum supra est *ἔστηκεν ἐν τῷ τῶν γειτόνων προθύρῳ*, ita nunc, quoniam certus locus Aristodemi animo non obversatur, *ὅποι* non *ὅπῃ* rectissime scribitur. Iliad meliorum codd. auctoritate confirmatur, haec vulgata lectio est, quae etiam τύχῃ habet pro τύχοι. Alia ratio est verborum c. I. p. 173. A. *πρὸ τοῦ δὲ περιτρέχων ὅπῃ τύχοιμι* (sc. *περιτρέχων*) ubi posito τύχοιμι sc. *περιτρέχων*, verbo motum significanti adiungitur notio quietis. Adde Plat. Phaed. p. 115. B. — *οὐ καὶ οἱ ῥύακες ἀποσπάσματα ἀναφυσῶσιν, ὅπῃ ἂν τύχωσι τῆς γῆς*, quo loco οἱ τύχωσιν supplendum est e praecedente verbo finito participium motum in aliquem locum significans *ἀναφυσῶντες*. Axioch. p. 365. C. *ἀντίσχει δὲ δέος τι — εἰ στερήσομαι τοῦδε τοῦ φωτὸς καὶ τῶν ἀγαθῶν, ἀειδής τε καὶ ἄπυστος ἀποίποτε κείσομαι ὑπόμυδος, εἰς τιλὰς καὶ πνώδαλα μεταβάλλων.* de rep. IX. p. 589. A. *ὅστε ἕλκεσθαι ὅπῃ ἂν ἐκείνων ὁπότερον ἄγῃ.* Ibid. VI. p. 492. C. *φερομένην κατὰ ῥοῦν, ᾗ ἂν οὗτος φέρῃ.*

μὴ οὖν κινεῖτε, ἀλλ' ἐᾶτε αὐτόν. Vulgo κινῆτε exhibetur, quod Grammaticorum

τὸν Ἀγάθωνα. ἀλλ' ἡμᾶς, ὦ παῖδες, τοὺς ἄλλους ἑστιᾶτε· πάντως παρατίθετε ὅ τι ἂν βούλησθε, ἐπειδάν τις ὑμῖν μὴ ἐφεστήκῃ· ὃ ἐγὼ οὐδεπώποτε ἐποίησα. νῦν

praeceptis repugnat. Aristodemus autem cum supra dixisset *ἀλλ' ἕᾶτε αὐτόν*, eadem verba nunc repetit cum vi maiore, quod servos Agathonis, dicto heri audientes paratos adhuc ad vocandum Socratem animadvertebat. Ceterum e *κινεῖν* verbo facili negotio Socratis meditabundi imaginem fingere tibi possis. *Κινεῖσθαι* nimirum dicitur, quod ipsum se non movet. Ad Socratem adhibitum, hominem ostendit sine motu stantem atque rerum externarum oblitum, qualem, descriptum legimus infra p. 220. C. cfr. p. 218. C. *καὶ εἶχον κινήσας αὐτόν*, quae verba de eo dicuntur, qui sine motu iacet atque somno quasi sepultus. Adde Pl. de rep. I. p. 329. D. *καὶ ἐγὼ ἀγασθεὶς αὐτοῦ εἰπόντος ταῦτα, βουλόμενος ἔτι λέγειν αὐτὸν ἐκίνουν καὶ εἶπον κ.τ.λ.* Consentaneum est, Cephalum finita oratione, rem, de qua dixisset, secum reputantem, sine motu sedisse, qua propter *ἐκίνουν αὐτόν* Socrates ait.

ἀλλ' οὕτω χρή. vid. quae annotata sunt p. 12. Addendum est h. l., discrimen, quod ad p. 173. C. inter *χρή* et *δεῖ* exstare annotavimus, non ubique apud Platonem exemplis probari. Reperiuntur enim loci, ubi *δεῖ* pro *χρή* et vice versa *χρή* pro *δεῖ* adhibetur. Ne igitur Prodici sophistae instar nimia sedulitate usi esse videamur in indagando verborum discrimine: hoc certissimum est: nusquam reperiri in una eademque enuntiatione verbum utrumque, quin alterum necessitatem exprimat, alterum inservientem necessitati voluntatem denotet.

πάντως παρατίθετε. *Παρατίθεσθαι* dicitur de cibis et mensis, ut Lat. apponere monente Stallbaumio in annot. ad Plat. Pol. p. 354. B. In aliquot codd. reperitur *τοὺς ἄλλους ἑστιᾶτε πάντας καὶ παρατίθετε*, quod Thierschio, Reyndersio, Rückerto, probatur. Male. Nihil enim languidius *τοὺς ἄλλους — πάντας* verbis; correxerunt autem olim ita, qui de *πάντως* vocis explicatione desperarent. *Πάντως*, inquit Rückertus, habet, quod offendat. Quid enim sibi vult h. l. omnino, überhaupt? Cogitatione arctius coniungendum est *πάντως* cum *ὅτι ἂν βούλησθε*, ut respondeat nostratium: Thut ganz, wie ihr wollt, setzt völlig vor, was euch beliebt.

ἐπειδάν τις ὑμῖν μὴ ἐφεστήκῃ. Satis colligitur e lectionis varietate, doctos homines iam antiquitus de huius loci explicatione admodum dubitavisse. Vix commemorandum est *ἡμῖν*, quod in aliquot codd. reperitur pro *ὑμῖν*: gravior varietas est in verbo *ἐφεστήκῃ*. Pauci sed optimae notae codd. *ἐφεστήκει* exhibent, tres *ἀφεστήκῃ*, unus *ἐφειστήκει*, alius *ἐφέστηκε* commendant. Stallb. convertenda verba censet: quam nemo vobis praepositus sit, id quod ego nunquam feci. In Schleierm. conversione

οὖν νομίζοντες καὶ ἐμὲ ὑφ' ὑμῶν κεκλῆσθαι ἐπὶ δεῖπνον, καὶ τουσδὶ τοὺς ἄλλους θεραπεύετε, ἵνα ὑμᾶς ἐπαινῶμεν. Μετὰ ταῦτα ἔφη σφᾶς μὲν δειπνεῖν, τὸν δὲ Σωκράτη οὐκ εἰσιέναι. τὸν οὖν Ἀγάθωνα πολλάκις κελεύειν μεταπέμψασθαι τὸν Σωκράτη, ἕ δὲ οὐκ ἐᾶν.

legitur p. 889.: tragt auf, was ihr wollt, wenn euch doch Niemand Befehl ertheilt, was ich noch niemals gethan habe. Rückertus verba convertit: Apponite quaecunque vultis, quum nemo vobis est praepositus. Ficinus, cuius maxime conversio probabilis: Ceterum vos, o pueri, aliis epulas afferte, et, quodcunque lubet, apponite: vobis si quidem nullus praesidet. Sed num credibile est, herum, qui revera neminem servis suis praeposuerit, dixisse: si quidem nemo vobis praesidet? Plato scripsit fortasse *ἐπεὶ, τᾶν, τὶς ὑμῖν μὴ ἐφεστήκῃ* h. e. nam, pueri, aliquis vobis ne sit praepositus. Atque ne cui maior videatur huius scripturae audacia: scriptum exstat in omnibus codicibus p. 174. D. *πρὸ ὁδοῦ*, ubi manifestum est, Platonem *πρὸ ὁ τοῦ* exhibuisse. Ceterum pro *μηδείς* cum vi ponitur h. l. *τὶς — μή* ita, ut *τίς* per euphemismum dicatur. Sententia est: dirus aliquis homo vobis ne sit praepositus.

νῦν οὖν νομίζοντες seqq. Laborat hic locus ex interpunctione mala, quam ut ceteri editores, ita huius libri interpres celeb. Schleierm. immutatam retinuit: Denkt also, auch ich wäre von euch zum Gastmahl geladen, so wie (?) die Andern, und bedient uns so. Commate post *τοὺς ἄλλους* deleto et post *ἐπὶ δεῖπνον* posito sententia verborum haec est: nunc igitur me quoque ad coenam vocatum existimantes, me et ceteros, vos ut laudare possimus, curate. Ac ne cui mira videatur *ἐμέ* pronominis omissio, dicturus Agatho erat: *νῦν οὖν νομίζοντες καὶ ἐμὲ ὑφ' ὑμῶν κεκλῆσθαι ἐπὶ δεῖπνον θεραπεύετε* sc. *ἐμέ*. Sed quoniam non tam se, quam convivas servis commendaturus erat, ea dicendi figurâ utebatur, quae omisso *ἐμέ* pronomine inprimis convivas curandos ostenderet. Haud dissimilis est nostro loco Plat. Pol. I. p. 329. D. *καὶ ἐγὼ — βουλόμενος ἔτι λέγειν αὐτὸν ἐκείνους καὶ εἶχον κ. τ. λ.* —

ἕ δὲ οὐκ ἐᾶν. Bekk. ex aliquot codd. *ὁ* intextum recepit, qua lectione oppositionis ratio turbatur, vid. Matth. Gramm. pl. §. 586. p. 1054. annot. Ut hoc, ita *ἕ* spernendum est, quod non recepisse in textum frustra Bekkerum piguit. Equidem Rückerti iudicio subscribo, qui in annotatione ad h. l.: Egit, inquit, de hoc ignoto nominativo pron. pers. Buttm. Gr. pl. I. p. 291. T. II. p. 413. seqq. allatis testimoniis grammaticorum, quibus id quidem efficitur, ut vix liceat dubitare, quin exstiterit ea forma apud Atticos scri-

ἥκειν οὖν αὐτὸν οὐ πολὺν χρόνον, ὡς εἰώθει, διατρίψαντα, ἀλλὰ μάλιστα ὀφᾶς μεσοῦν δειπνοῦντας. τὸν οὖν Ἀγάθωνα, τυγχάνειν γὰρ ἔσχατον κατακείμενον, μόνον, Δεῦρ', ἔφη φάναι, Σώκρατες, παρ' ἐμὲ κατάκεισο, ἵνα καὶ τοῦ σοφοῦ [ἁπτόμενός σου] ἀπολαύσω, ὃ σοι D

ptores, verum ut recipere liceat ullo loco, ubi codd. desit auctoritas, non efficitur. Quare cum in tot scriptis Platonis ne uno quidem loco, quod sciam, ullo in codice haec forma occurrat, haud scio, an recte inde colligatur, ab hoc certe scriptore eam prorsus alienam esse. Ad verba *πολλάκις κελεύειν* annotatum est in Symposii editione Wolfiana Lips. 1828. p. 13.: *πολλάκις κελεύειν* muss vom blossen Wollen genommen werden, wie das Folgende zeigt. Male. Sensus est: Agathon habe wirklich öfter den Befehl gegeben, den Socrates herbei zu schaffen, er aber habe es nicht gestattet.

τὸν οὖν Ἀγάθωνα, τυγχάνειν γὰρ κ. τ. λ. Haud raro apud Graecos scriptores ea pars orationis, quae caussam continet alicuius rei, ei orationis parti praefigitur, qua res ipsa continetur. Huius usus exempla si quaeris, adi Matth. Gramm. pl. §. 615. p. 1242. Exemplo est etiam hic locus, quo prius commemoratum est, cur Agatho Socratem vocaverit, quam id ipsum dictum sit, Agathonem ad se Socratem vocasse. Nollem tamen huius loquendi usus severior arbiter exstitisset Rückertus, qui ad h. l. haec annotat: „Quod nemo, cui vehementiorem dederit natura animum, non, ut ego opinor, experitur, scribendo exprimere omnes verentur, Graeci, quorum nondum regulis esset adscriptus stilus, licere sibi putabant, ut inchoatae sententiae aliam insererent mediam, qua illam vel explicarent vel probarent priusquam totam legisset audivissetque, ad quem dirigeretur. Quamquam apud Herodotum, apud quem exsurgens prosa oratio nullodum freno tenetur, frequentior hic usus, quam apud seriores prosarios scriptores.“ Quem, quaeso, nostratium offendet Platonicorum verborum conversio haec: Agathon nun — denn zufälliger Weise habe er allein am letzten Tische seinen Platz gehabt — hätte gerufen: Hierher, o Socrates u. s. w.

ἔσχατον κατακείμενον, μόνον. Interpunctionem ponendam curavimus post *κατακείμενον*, ut, qui ultimae mensae accubuisse dicitur, idem significantius solus fuisse perhibeatur. Festis diebus pluribus mensis utebantur Graeci, singulis autem non nisi tres convivae accumbere solebant. Hinc nomen triclinium ortum.

ἵνα καὶ τοῦ σοφοῦ [ἁπτόμενός σου] ἀπολαύσω. In paucis sed melioris notae codd. v. c. in Bodl. omittuntur verba *ἁπτόμενός σου*, quibus negari nequit, orationem paullo rigidiorem fieri atque incomtiorem. Nam duobus geni-

προείστη ἐν τοῖς προθύροις. δῆλον γὰρ ὅτι εὗρες αὐτὸ καὶ ἔχεις· οὐ γὰρ ἂν προαπέστης. Καὶ τὸν Σωκράτη καθίζεσθαι καὶ εἰπεῖν, ὅτι Εὖ ἂν ἔχοι, φάναι, ὦ Ἀγάθων, εἰ τοιοῦτον εἴη ἡ σοφία, ὥστ' ἐκ τοῦ πληρεστέρου εἰς τὸν κενώτερον ῥεῖν ἡμῶν, ἐὰν ἁπτώμεθα ἀλλήλων,

tivis diversae relationis iuxta positis facile fieri possit, ut verba falso construantur: τοῦ σοφοῦ ἁπτόμενός σου ἀπολαύσω. Omnia bene haberent, si scriptum exstaret: ἵνα ἁπτόμενός σου τοῦ σοφοῦ ἀπολαύσω, ὅ σοι προείστη κ. τ. λ. Videlicet Agatho ἅπτεσθαί τινος tropico sensu h. e. de sedis vicinitate intelligeret, Socrates autem verbum premeret pro more suo satis festive, atque de contactu materiali intelligeret. Fortasse ἁπτόμενός σου verba e Socratis responso huc translata sunt, atque in sede minus apta posita. Uncis eadem compegimus, ut quibus deletis Agathonis sententia plane non mutetur, et flumen orationis minus retardetur. — Verba convertenda sunt: Hierher, Socrates, zu mir lege dich nieder, damit ich zugleich der Weisheit froh werde, welche vor dem Hofraum der Nachbarschaft dir beikam. Iam quo sapientiae laudem in Agathonem converteret, Socrates posito pro κατακεῖσθαι παρά τινα verbo ἅπτεσθαί τινος, respondit, ut Ficinus quidem verba convertit: Bene se res nostrae haberent, Agatho, si sapientia talis esset, ut in vacuum hominem ex pleniore ipso contactu profluaret, quemadmodum aqua ex pleno calice in vacuum per lanam influens. Si enim sapientia ita se habet, permulti facio, quod apud te sedeo, repleri quippe ab te uberrima et praeclara sapientia puto.

οὐ γὰρ προαπέστης. Sensus est: non enim ab eo investigando abstinuisses prius, quam id reperisses. Supplendum igitur est: ἢ εὗρες αὐτό, non ut Stallbaumio visum est, εἰ μὴ εὗρες αὐτό. Negari nequit, interdum πρό praepositionem cum verbis consociatam temporis rationem eam indicare, qua aliquid prius fiat, quam aliud quid evenerit. cfr. Plat. Gorg. p. 454. C. ὅπερ γὰρ λέγω, τοῦ ἐξῆς ἕνεκα περαίνεσθαι τὸν λόγον ἐρωτῶ, οὐ σοῦ ἕνεκα, ἀλλ' ἵνα μὴ ἐθιζώμεθα ὑπονοοῦντες προαρπάζειν ἀλλήλων τὰ λεγόμενα κ. τ. λ. Possis hoc modo explicare etiam notissimum versum Hom. Il. α, 3.

πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν ἡρώων,

quo loco προϊάπτειν significet aliquem prius, quam exigat natura, in Orcum demittere, validum florentemque aetate necare. Vides, quam bene huic notioni conveniat ἴφθιμος epitheton, quod proprie ad ἡρώων referendum est. Adde Il. XI., 55. πολλὰς ἰφθίμους κεφαλὰς Ἄϊδι προϊάψειν. Priore versu usus est Lucian. in epigr. 24. Anthol. Gr. Iacobs. T. II. p. 25. medicis

ὥσπερ τὸ ἐν ταῖς κύλιξιν ὕδωρ τὸ διὰ τοῦ ἐρίου ῥέον ἐκ τῆς πληρεστέρας εἰς τὴν κενωτέραν. εἰ γὰρ οὕτως ἔχει καὶ ἡ σοφία, πολλοῦ τιμῶμαι τὴν παρὰ σοὶ κατά- E κλισιν· οἶμαι γάρ με παρὰ σοῦ πολλῆς καὶ καλῆς σοφίας πληρωθήσεσθαι. ἡ μὲν γὰρ ἐμὴ φαύλη τις ἂν

illudens adeo festive, ut mihi non obtemperem, quin totum epigramma hic perscribam:

Ἰητήρ τις ἐμοὶ τὸν ἐὸν φίλον υἱὸν ἔπεμψεν,
ὥστε μαθεῖν παρ' ἐμοὶ ταῦτα τὰ γραμματικά.
ὡς δὲ τὸ μῆνιν ἄειδε καὶ ἄλγεα μύρι' ἔθηκεν
ἔγνω, καὶ τὸ τρίτον τοῖόδ' ἀκόλουθον ἔπος,
πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν,
οὐκέτι μιν πέμπει πρός με μαθησόμενον.
ἀλλά μ' ἰδὼν ὁ πατὴρ, Σοὶ μὲν χάρις, εἶπεν, ἑταῖρε·
αὐτὰρ ὁ παῖς παρ' ἐμοὶ ταῦτα μαθεῖν δύναται·
καὶ γὰρ ἐγὼ πολλὰς ψυχὰς ἄϊδι προΐαπτω
καὶ πρὸς τοῦτ' οὐδὲν γραμματικοῦ δέομαι.

εἰς τὸν κενώτερον. Hanc Wolfii coniecturam nonnullis codicibus probatam editores receperunt ad unum omnes excepto Rückerto, qui *εἰς τὸ κενώτερον* retinuit, annotans: Platonem non de homine, sed de hominis mente cogitasse, ut *εἰς τὸ κ. ἡμῶν* esset id, quod inanius est in alterutro nostrum. Artificiosior est quam verior haec explicandi ratio, qua nemo non videt nativam orationis pulcritudinem corrumpi.

διὰ τοῦ ἐρίου ῥέον. Horum verborum explicatio recta Geelio debetur, qui haec annotat in Bibl. Crit. Nov. T. II. p. 274.: „Socrates filum laneum significat. Nam verum hoc est, quum duo pocula sibi proxime adiunguntur, quorum alterum aqua repletum sit, alterum vacuum, ac filum laneum madefactum contiguis horum marginibus ita imponitur, ut pars immergatur aquae, pars in vacuum fundum immittatur, fore, ut aliquid liquoris tanquam per canalem transeat. Hic lusus institui non potest nisi cum poculis. Hinc apta eius mentio inter convivas.“— Eundem lusum scriptor noster in animo habuisse videtur Menon. p. 70. B. *Ὦ Μένων, πρὸ τοῦ μὲν Θετταλοὶ εὐδόκιμοι ἦσαν ἐν τοῖς Ἕλλησι καὶ ἐθαυμάζοντο ἐφ' ἱππικῇ τε καὶ πλούτῳ, νῦν δὲ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἐπὶ σοφίᾳ. — ἐνθάδε δὲ, ὦ φίλε Μένων, τὸ ἐναντίον περιέστηκεν· ὥσπερ αὐχμός τις τῆς σοφίας γέγονε, καὶ κινδυνεύει ἐκ τῶνδε τῶν τόπων παρ' ὑμᾶς οἴχεσθαι ἡ σοφία.*

τὴν παρὰ σοὶ κατάκλισιν. Pro *κατάκλισις* alio nomine scriptor usus esset, eoque quidem a *κατακεῖσθαι* verbo derivato, si id in lingua Graeca exstitisset. Comparata enim nostra verba sunt ad Agathonis adhortationem *παρ' ἐμὲ κατάκεισο*, quae, quoniam contrario sensu Socrates

εἴη καὶ ἀμφισβητήσιμος, ὥσπερ ὄναρ οὖσα· ἡ δὲ σὴ λαμπρά τε καὶ πολλὴν ἐπίδοσιν ἔχουσα, ἥ γε παρὰ σοῦ νέου ὄντος οὕτω σφόδρα ἐξέλαμψε καὶ ἐκφανὴς ἐγένετο πρώην ἐν μάρτυσι τῶν Ἑλλήνων πλέον ἢ τρισμυρίοις. Ὑβριστὴς εἶ, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Ἀγάθων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ ὀλίγον ὕστερον διαδικασόμεθα ἐγώ τε καὶ σὺ περὶ τῆς σοφίας δικαστῇ χρώμενοι τῷ Διονύσῳ· νῦν
176 δὲ πρὸς τὸ δεῖπνον πρῶτα τρέπου.

nunc exhibet, ὑβριστής vocatur paullo infra p. 175. E.

οἶμαι γάρ με παρὰ σοῦ — πληρωθήσεσθαι. Scriptum exspectaveris ex lege grammatica, de qua supra dictum est p. 22. οἶμαι πληρωθήσεσθαι παρὰ σοῦ. Interdum tamen additur personale pronomen oppositionis gratia, quae nostro loco manifesta reperitur. Socrates enim ad Agathonis adhortationem respiciens, quae p. 175. D. legitur, dicturus erat: ut ego a te, non tu a me accipias admirabilem quandam sapientiae abundantiam. cfr. Symp. p. 175. C. τὸν οὖν Ἀγάθωνα πολλάκις κελεύειν μεταπέμψασθαι τὸν Σωκράτη, ἃ δὲ οὐκ ἐᾶν. Adde p. 220. E. fin. αὐτὸς προθυμότερος ἐγένου τῶν στρατηγῶν ἐμὲ λαβεῖν ἢ σαυτόν, quo loco αὐτός pro σαυτόν scribi etiam praecedens αὐτός non patitur. p. 223. B. τὸν μὲν οὖν Ἐρυξίμαχον — ἔφη ὁ Ἀριστόδημος οἴχεσθαι ἀπιόντας, ἃ δὲ ὕπνον λαβεῖν καὶ καταδαρθεῖν κ. τ. λ.

σοφίας. Wolfium audi ad hoc verbum laudantem Sydenh. annotationem: Den Ausdruck σοφία braucht Platon sehr oft, und in zwei verschiedenen allgemeinen Bedeutungen, wovon die eine zur philosophischen Sprache gehört; und da bedeutet σοφία die Wissenschaft von der Natur und den ersten Grundursachen der Dinge. In der andern gemeinern heisst es iede Vortrefflichkeit in irgend einer besonderen Wissenschaft oder Kunst, irgend ein vorzügliches Talent, Kenntniss, Geschicklichkeit, wie es hier vom Agathon dem Dichter gesagt wird. S. Plat. Theag. vorn herein und Arist. Eth. ad Nicom. VI. 7.

ἐν μάρτυσι τῶν Ἑλλήνων., h. e. coram spectatoribus. Satis nota est haec significatio ἐν praepositionis, quae unde orta sit, facile intelligitur. Ut Latini dicunt in oculis versari, esse in conspectu alicuius, ita etiam Graecos arbitror primitus dixisse: ἐν ὄμμασι μαρτύρων, deinde cogitasse tantummodo ita, scripsisse autem ἐν μάρτυσιν. Sic reperies sexcenties ἐν δήμῳ, ἐν δικασταῖς, ἐν θεοῖς, alia.

περὶ τῆς σοφίας. Delevimus comma, quod post σοφίας in omnibus editionibus reperitur, non ut verba arctius coniungantur περὶ τῆς σοφίας δικαστῇ χρώμενοι Διονύσῳ, sed ut χρώμενοι δ. Δ. ad praecedens διαδικασόμεθα pertinere clarius in-

Cap. IV.

Μετὰ ταῦτα, ἔφη, κατακλινέντος τοῦ Σωκράτους καὶ δειπνήσαντος καὶ τῶν ἄλλων, σπονδάς τε σφᾶς ποιήσασθαι, καὶ ᾄσαντας τὸν θεὸν, καὶ τἆλλα τὰ νομιζόμενα, τρέπεσθαι πρὸς τὸν πότον. Τὸν οὖν Παυσανίαν ἔφη λόγου τοιούτου τινὸς κατάρχειν. Εἶεν, ἄν-

dicetur. *Περὶ τῆς σοφίας* autem verba explicando *ταῦτα* pronomini inserviunt. Sensus est: Hierüber wollen wir nach einer kleinen Weile entscheiden, ich und du, nämlich über die Weisheit, und Dionysos soll Richter sein. Continetur his verbis festiva adhortatio ad bibendum, quod quo fiat iucundius, rerum seriarum, curae Bacchi iudicio subiiciendae esse censentur.

καὶ τῶν ἄλλων sc. *δειπνηθέντων*, nam ad alterum participium *κατακλινέντος* haec verba non referenda sunt. Habet Ficinus: Post haec, inquit Aristodemus, Socrate simul et aliis discumbentibus, libare invicem et degustare vina sacrificantium ritu.

καὶ τἆλλα τὰ νομιζόμενα. Magna est horum verborum difficultas. Sive spectas structuram, nescias, quid id sit, ad quod verba referas *καὶ τἆλλα τὰ νομιζόμενα*, sive ad significatum animum advertis, voluntatem scriptoris explicatu difficillimam reperias. Astius scribendum coniecit *κατὰ τὰ νομιζόμενα*. Censor in Ephem. Litter. Ien. Iuli 1832. N. 52. *καὶ ᾄσαντας τὸν θεὸν τὰ νομιζόμενα* commendat. Audacius uterque, ut videtur. Stallb. absolute posita verba censet hoc sensu: et quae alia sunt usitata. Non male. Melius Rückertus participium *ᾄσαντας* ad accusativum utrumque pertinere contendit, ut convivae et hymnum in deum et quae praeterea cani soleant, cecinisse dicantur. Restat, ut explicemus, quid sit id, quod praeter hymnum in deum cecinisse convivae perhibentur. Pro *ᾄδειν* aliud verbum ponitur in Sympos. Xenoph. II. 1. *ὡς δ' ἀφῃρέθησαν αἱ τράπεζαι καὶ ἐσπείσαντο καὶ ἐπαιάνισαν, ἔρχεταί τις κ. τ. λ.* Adde Athen., qui ad nostrum locum respexit V. 7. p. 214. *ὥσπερ καὶ Πλάτων φυλάσσει κατὰ τὸ συμπόσιον· μετὰ γὰρ τὸ δειπνῆσαι σπονδάς τέ φησι ποιῆσαι καὶ τὸν θεὸν παιωνίσαντας τοῖς νομιζομένοις γέρασιν.* Colligi ex his locis potest, verba *καὶ τἆλλα τὰ νομιζόμενα* addita esse a scriptore, ut *ᾄδειν* vocis simplicitatem explerent atque notionem efficerent *παιωνίζειν* verbi. Paullo infra legitur p. 177. A. *ἄλλοις μέν τισι θεῶν ὕμνους καὶ παιῶνας εἶναι κ. τ. λ.*, ad quae verba schol. haec annotat: *παιᾶνας· ἢ τοὺς λεγομένους παιᾶνας, ὕμνους εἰς Ἀπόλλωνα ἐπὶ κα-*

ὄρες, φάναι, τίνα τρόπον ῥᾷστα πιόμεθα; ἐγὼ μὲν οὖν λέγω ὑμῖν, ὅτι τῷ ὄντι πάνυ χαλεπῶς ἔχω ὑπὸ τοῦ χθὲς πότου, καὶ δέομαι ἀναψυχῆς τινος, οἶμαι δὲ καὶ
B ὑμῶν τοὺς πολλούς. παρῆτε γὰρ χθές. σκοπεῖσθε οὖν,

ταπαύσει λοιμοῦ· ἢ Παιήονα τὸν τῶν θεῶν ἰατρόν· ἢ παιῶνας, ὡς νῦν, ᾠδὰς ἐπὶ εὐτυχίᾳ καὶ νίκῃ, διὰ τοῦ ω, ἐξ οὗ καὶ παιωνίζειν. Est in hoc scholio, alienam manum quod prodat, hoc tamen certum esse reor, παιωνίζειν significare et hymnum in laudem Apollinis aliusve dei canere, et carmen canere ἐπὶ εὐτυχίᾳ καὶ νίκῃ. cfr. Xenoph. Hell. IV. 7. ἔδοσαν ὁ θεός· καὶ οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι, ἀρξαμένων τῶν ἀπὸ δαμοσίας, πάντες ὕμνησαν τὸν περὶ τὸν Ποσειδῶ παιᾶνα. Alterum verbis expressum est ᾄσαντας τὸν θεόν, alterum in verbis continetur καὶ τἆλλα τὰ νομιζόμενα. In conviviis igitur primum libatio fiebat poculis, ut Schol. Ruhnk. habet, tribus: ἐκιρνῶντο γὰρ ἐν αὐταῖς (ταῖς σὺνουσίαις) κρατῆρες τρεῖς· καὶ τὸν μὲν πρῶτον Διὸς Ὀλυμπίου καὶ θεῶν Ὀλυμπίων ἔλεγον· τὸν δὲ δεύτερον Ἡρώων· τὸν δὲ τρίτον Σωτῆρος. Libatione oblata illud facere solebant, quod παιωνίζειν vocatur. Hoc rite peracto vino se invitabant.

τρέπεσθαι πρὸς τὸν πότον. Praecedente tempore aoristo infinitivus imperfecti positus est, ut esset, quo possent momentaneae, quas vocamus, actiones, a duraturis discerni. Τρέπεσθαι enim πρὸς πότον ipsam bibendi actionem exprimit, quae ad multam usque noctem extenditur. Ceterum articulus additus est, ut certa quaedam potatio, ad quam convivas poëta invitaverat, denotetur.

εἶεν, ἄνδρες, φάναι. Schol. ad Politic. annotat: εἶεν· ἄγε δή· ἢ συγκατάθεσις μὲν τῶν εἰρημένων, συναφὴ δὲ πρὸς τὰ μέλλοντα, ἢ ἀναφώνημα ὅμοιον τοῦ ἀλλά. Utuntur hac voce ii, qui aliis facile aliquid concedunt, quo facilius possent, illis pacatis, quid ipsi sentiant, aperire. Iam qui assentitur, is habeat necesse est, cui assentiatur. Igitur dicta alicuius praecedant necesse est εἶεν voci; quae quoniam non comparent, supplenda sunt. Videtur autem Agatho dixisse: ἀλλὰ τρεπώμεθα νῦν πρὸς τὸν πότον, quae adhortatio Agathonis facile eruitur e verbis σφᾶς τρέπεσθαι πρὸς τὸν πότον. Agathonis dictum Pausanias cum audisset, bene hoc quidem, inquit, o viri, hoc dictum ab Agathone, sed qua ratione bibemus suavissime? Ut nostro loco, ita etiam in Phaedon. p. 117. A. supplemento quodam opus est ante εἶεν. Verba haec sunt: καὶ ὁ παῖς ἐξελθὼν καὶ συχνὸν χρόνον διατρίψας ἦκεν ἄγων τὸν μέλλοντα δώσειν τὸ φάρμακον, ἐν κύλικι φέροντα τετριμμένον. ἰδὼν δὲ ὁ Σωκράτης τὸν ἄνθρωπον· εἶεν, ἔφη, ὦ βέλτιστε, σὺ γὰρ τούτων ἐπιστήμων· τί χρὴ ποιεῖν; Patet, hominem cum poculum afferret, virus a se parati vim laudasse ita, ut eius haustui celerrimam mortem adscriberet. Respondit

τίνι τρόπῳ ἂν ὡς ῥᾷστα πίνοιμεν. τὸν οὖν Ἀριστοφάνη εἰπεῖν· Τοῦτο μέντοι εὖ λέγεις, ὦ Παυσανία, τὸ παντὶ τρόπῳ παρασκευάσασθαι ῥᾳστώνην τινὰ τῆς πόσεως. καὶ γὰρ αὐτός εἰμι τῶν χθὲς βεβαπτισμένων.

Socrates: Gut, o Bester, das musst du ja wissen. Was muss ich nun thun? vide quae annotata sunt ad p. 204. C. cap. XXIV. init..

ῥᾷστα πιόμεθα. Haec est optimorum codd. lectio, quam in textum receperunt Bekk., Stallb., alii. Vulgo *ἥδιστα πιόμεθα* exhibetur. Bene Rückertus ad h. l. Futurum, inquit, propterea h. l. praeferendum est, quod non, quid debeat fieri, Pausanias rogat, sed quomodo, quod futurum sit, fieri possit commodissime. Indicativum habes etiam infra p. 214. A. *τὸν δ' Ἐρυξίμαχον, Πῶς οὖν, φάναι, ὦ Ἀλκιβιάδη, ποιοῦμεν; οὕτως οὔτε τι λέγομεν ἐπὶ τῇ κύλικι οὔτ' ἐπάδομεν, ἀλλ' ἀτεχνῶς ὥσπερ οἱ διψῶντες πιόμεθα;* Ceterum Schol. ad h. l. *ῥᾷστα τὸ ἥδιστα ἐνταῦθα σημαίνει*, quae verba laudo, ut facilius intelligatur, unde vulgata lectio *ἥδιστα* fluxerit.

ἐγὼ μὲν οὖν λέγω. Proprie dicendum erat: *λέγω μὲν ὑμῖν — οἶμαι δέ.* De addita *οὖν* particula, qua *μέν* et *δέ* particularum positura excusatur, quaeque minus sibi respondentia orationis membra, quoad eius fieri potest, inter se conciliat, vide quae annotata sunt ad p. 22.

ὑμῶν τοὺς πολλοὺς sc. *δεῖσθαι ἀναψυχῆς.* Prorsus eodem modo cap. IV. initio *καὶ τῶν ἄλλων* positum reperies. Laudat Stallb. ad h. l. Pl. Apol. Socr. p. 25. E. *ταῦτα ἐγὼ σοὶ πείσομαι, ὦ Μέλητε, οἶμαι δὲ οὐδὲ ἄλλον ἀνθρώπων οὐδένα* sc. *πείσεσθαί σοι.* Eutyphr. p. 3. E. *ἀλλὰ σύ τε κατὰ νοῦν ἀγωνιεῖ τὴν δίκην, οἶμαι δὲ καὶ ἐμὲ τὴν ἐμήν* sc. *ἀγωνιεῖσθαι.*

παρασκευάσασθαι. Bekk., quem Rückertus secutus est, e codd. non paucis in textum recepit *παρασκευάζεσθαι.* Recte fortasse, quamquam etiam aoristi infinitivus habet, quo se commendet. Ceterum ne quis forte scribendum censeat *παρασκευάσασθαι δεῖν* atque cum Rückerto convertendum: Hoc recte dicis, omni modo esse parandam commoditatem: Aristophanis voluntas haec est: Das erachtest du in der That ganz recht für nothwendig, dass man nämlich sich auf alle Weise das Trinken angenehm zu machen suche. Nimirum in huiusmodi enuntiatis verba *λέγειν, ἡγεῖσθαι, δοκεῖν, ἀξιοῦν, νομίζειν* al. significant: aequum censere, suadere alicui, necessarium putare. vid. Heind. ad Plat. Prot. p. 346. Stallb. ad Phaed. p. 95. B. et ad Polit. VI. p. 504. E., ubi laudat Hom. Il. IX. 626. *οὐ γάρ μοι δοκέει μύθοιο τελευτὴ τῇδέ γ' ὁδῷ κρανέεσθαι.*

καὶ γὰρ αὐτός. Vulgo legitur *καὶ γὰρ καὶ αὐτός.* Bodl. aliique codd. non pauci alterum *καί* omittunt, omiserunt Bekk. Stallb. alii. Ac Stallb. quidem, Videtur, inquit, *καί* additum esse ab iis, qui *καὶ γάρ* non solum

Ἀκούσαντα οὖν αὐτῶν ἔφη Ἐρυξίμαχον τὸν Ἀκουμενοῦ, Ἢ καλῶς, φάναι, λέγετε. καὶ ἔτι ἑνὸς δέομαι ὑμῶν ἀκοῦσαι, πῶς ἔχει πρὸς τὸ ἐρρῶσθαι πίνειν Ἀγάθων; Οὐδαμῶς, φάναι, οὐδ' αὐτὸς ἐρρῶμαι. Ἕρμαιον ἂν εἴη ἡμῖν, ἢ δ' ὅς, ὡς ἔοικε, ἐμοί τε καὶ Ἀριστοδήμῳ

etenim, sed etiam nam et, nam etiam significare ignorarent. Non repugnandum est codicum auctoritati, minus tamen Stallbaumii sententia placet existimantis *καὶ γάρ* h. l. esse nam et. Id nimirum si exprimere voluisset Plato, scripsisset, opinor, *καὶ γάρ ἐγώ εἰμι*, uti scriptum exstat apud Homerum Iliad. IV, 58. *καὶ γὰρ ἐγὼ θεά εἰμι* h. e., denn auch ich bin eine Göttin. Nostro loco malim *καί* putare expletivum, cuius exemplum infra habes p. 198. C. *καὶ γάρ με Γοργίου ὁ λόγος ἀνεμίμνησκεν, ὥστε κ. τ. λ.* Eodem modo interpretor verba Pl. Pol. V. p. 468. D. *Ἀλλὰ μὴν καὶ καθ' Ὅμηρον τοῖς τοιοῖσδε δίκαιον τιμᾶν τῶν νέων ὅσοι ἀγαθοί, καὶ γὰρ Ὅμηρος κ. τ. λ.*, quo loco, quoniam praecedit Homeri commemoratio, *καὶ γὰρ Ὅμηρος* verba significant: nam Homerus.

βεβαπτισμένων. Convenit perfecti temporis participium cum praecedente Pausaniae dicto: *πάνυ χαλεπῶς ἔχω ὑπὸ τοῦ χθὲς πότου*. *Βεβαπτισμένων* verbi significatum explicat Iacobs. ad Eueni Epigr. XV. v. 6., ubi legitur: *βαπτίζει δ' ὕπνῳ γείτονι τῷ θανάτῳ*. „Clem. Alex. Paed. II. p. 182. 29., *ὑπὸ μέθης βαπτιζόμενος εἰς ὕπνον. βαπτίζεσθαι* enim et ii dicuntur, qui se largius invitarunt vino." Lucian. a Iacobsio laudatus habet T. III. p. 81. 41. *καρηβαροῦντι καὶ βεβαπτισμένῳ ἔοικεν*. Apud Plautum Ps. V, 2, 7. reperitur: madide madere.

καὶ ἔτι ἑνός. Ficinus in conversione exhibet: Probe dicitis, atque hoc insuper a vobis audire desidero. Rectius Schleiermach.: Nur von einem unter euch möchte ich noch hören, wie er bei Kräften ist zum trinken. Ceterum *πίνειν* hoc loco idem videtur esse atque *πολὺν πίνειν οἶνον*, quod paullo infra positum reperitur; respondet igitur nostratium zechen.

Ἕρμαιον ἂν εἴη ἡμῖν — εἰ ὑμεῖς — νῦν ἀπειρήκατε. Ein unverhofften Gewinn wäre es uns, wenn ihr, die tapferaten Zecher, dieses Mal das Trinken im Ernst aufgaebet. Nescit nimirum Eryximachus, utrum ioci caussa, an serio Agatho ante locutus sit. Indicat autem illatus post optativum cum *εἰ* part. coniunctum indicativus, de obiectiva alicuius rei veritate agi, quam verbis exprimere solemus: im Ernste, wirklich, in Wahrheit. Exempla si requiris huius structurae, vide Stallb. ad Apol. Socr. c. 12. annotationem. Adde Symp. p. 177. D. *εἰ οὖν ξυνδοκεῖ καὶ ὑμῖν, γένοιτ' ἂν ἡμῖν ἐν λόγοις ἱκανὴ διατριβή* Apol. S. p. 35. A. *εἰ οὖν ὑμῶν οἱ δοκοῦντες διαφέρειν εἴτε σοφίᾳ εἴτε ἀνδρίᾳ εἴτε ἄλλῃ*

καὶ Φαίδρῳ καὶ τοῖσδε, εἰ ὑμεῖς οἱ δυνατώτατοι πίνειν νῦν ἀπειρήκατε· ἡμεῖς μὲν γὰρ ἀεὶ ἀδύνατοι. Σωκράτη δ' ἐξαιρῶ λόγου· ἱκανὸς γὰρ καὶ ἀμφότερα, ὥςτ' ἐξαρκέσει αὐτῷ ὁπότερ' ἂν ποιῶμεν. ἐπειδὴ οὖν μοι δοκεῖ οὐδεὶς τῶν παρόντων προθύμως ἔχειν πρὸς τὸ πολὺν

χθιναῖον σοφία τοιοῦτοι ἔσονται, αἰσχρὸν ἂν εἴη. h. e. Wenn nun die unter euch, welche für weise, tapfer oder sonst tugendbegabt gehalten werden, wirklich so sich zeigen sollten, so wäre das aller Verachtung werth.

ἐξαιρῶ λόγου. Vulgo ἐξαίρω τοῦ λόγου legitur. Articulum plurimi codd. omittunt, quem ut minus desideremus, exempla faciunt Phaedr. p. 242. B., de Rep. VI. p. 492. E. alia, et similium locutionum analogia. Legitur v. c. in Rep. Plat. L. II. p. 357. A. ᾧμην λόγου ἀπηλλάχθαι, quo loco articulus in uno tantummodo Paris. cod. comparet. Neque seriorum scriptorum auctoritatem nunc curamus, qui articulum addiderunt; hoc fecisse constat, qui nostrum locum imitatus est, Aristides Orat. II, Tom. II. p. 269. Πλάτωνα δ' ἐξαιρῶ τοῦ λόγου· ἱκανὸς γὰρ ἀμφότερα. Articulum addidit, quem non abesse posse putaret, καί omisit, quod non intelligeret. Καί autem ita positum est, ut indicium primitivae conformationis verborum sit: ἱκανὸς καὶ τοῦτο καὶ ἐκεῖνο, pro quibus verbis cum per compendium loquendi dixisset Plato ἀμφότερα, καὶ remansit.

ὥςτ' ἐξαρκέσει αὐτῷ. Stallb. rectissime: ut satis habiturus sit, ut ei satisfacturum sit, utrumcunque faciamus.

οὐδεὶς τῶν παρόντων. H. e. Nemo eorum, qui hic adsunt in convivio. Admoneor his verbis de loco quodam Apol. Socr. p. 22. B. c. 7., quem hucusque nemo videtur recte interpretatus esse. ὀλίγου αὐτῶν ἅπαντες οἱ παρόντες ἂν βέλτιον ἔλεγον περὶ ὧν αὐτοὶ ἐπεποιήκεσαν. Convertit haec verba Stallb.: omnes, qui aderant, melius istis de carminibus solebant iudicare, quae illi ipsi composuerant. Addit autem, non sine vi repetitum esse pronomen αὐτοί, quo graviter significetur poëtas ipsos de suis ipsorum carminibus peius iudicasse, quam alios homines, qui illos carmina recitantes audierint. Melius in explicandis his verbis versatus est Wolfius: „Nam prope dixerim omnes paene, qui hic adsunt, istis melius dicerent de iis, quae isti composuerant;» quamquam ne hic quidem Platonis voluntatem agnovit. Non verisimile enim, homines βαναύσους, qui nunc arbitri sunt in iudicio, melius potuisse de carminibus iudicare, quam poëtas. Sensus est totius loci: Ich schäme mich nun, ihr Männer, euch die Wahrheit zu sagen. Dennoch muss es heraus. Alle, die hier anwesend sind, würden fast besser, als jene über ihre Werke, über das sprechen, was sie irgend selbst gemacht hätten (h. e. si qui ex sua quis-

πίνειν οἶνον, ἴσως ἂν ἐγὼ περὶ τοῦ μεθύσκεσθαι, οἷόν
D ἐστι, τἀληθῆ λέγων ἧττον ἂν εἶην ἀηδής. ἐμοὶ γὰρ
δὴ τοῦτό γε οἶμαι κατάδηλον γεγονέναι ἐκ τῆς ἰατρι-
κῆς, ὅτι χαλεπὸν τοῖς ἀνθρώποις ἡ μέθη ἐστί. καὶ οὔτε
αὐτὸς ἑκὼν εἶναι πόρρω ἐθελήσαιμι ἂν πιεῖν, οὔτε ἄλλῳ

que arte aliquid feclssent. vid. Matth. Gr. pl. §. 599. p. 1198.)

ἴσως ἂν ἐγὼ — ἧττον ἂν εἶην. Repetita est ἄν particula in eadem enuntiatione non negligentia scriptoris, ut olim multi arbitrabantur, neque explendae orationis caussa, sed ut loquentis modestia eluceat magis, qui sperat fore, ut de ebrietatis natura quae sit, si verum dixerit, minus fortasse molestus convivis videatur. Pari cunctatione et modestia, quae tum in verborum modesto significatu, tum in singularum orationis partium dispositione cernitur, Cic. de officiis loquitur L. I. c. 1. §. 2. Nam philosophandi scientiam concedens multis, quod est orationis proprium, apte, distincte ornateque dicere, quoniam in eo studio aetatem consumsi, si id mihi assumo, videor id meo iure quodam modo vindicare.

ὅτι χαλεπὸν — ἡ μέθη ἐστίν. Adiectivum haud raro neutro genere poni sequente substantivo, ad quod pertinet, femini masculinive generis, satis hodie notum est. vid. Matth. Gr. plen. §. 437. p. 815. Sed non periude esse, utrum genus nominis in se suscipiat necne, adiectivum, Rückertus ad h. l. docuit. Puto autem, inquit, adiectiva subiecti genus tum sequi, quum res aliqua, qualis sit, quaeque attributa habeat, describatur, omnino quum de certa re certi quid pronuntietur; contra neutrum locum habere, quoties vel de certa re, cui generi adnumeranda sit, praedicetur, vel de re in universum cogitata aliquid pronuntietur. Equidem sic statuo: Adiectivum substantivi genus in se suscipiens substantivo subiungi ita, ut, quod singulae alicui rei conveniat, significet, contra neutro genere positum, substantivo non subiunctum esse, sed ad idem aequiparatum. cfr. Lach. p. 192. οὐκ ἄρα τήν γε τοιαύτην καρτερίαν ἀνδρίαν ὁμολογήσεις εἶναι, ἐπειδήπερ οὐ καλή ἐστιν, ἡ δὲ ἀνδρία καλόν ἐστιν. Adde Hipp. Mai. p. 288. B. Σήλεια ἵππος καλὴ οὐ καλόν; Ibid. p. 288. C. λύρα καλὴ οὐ καλόν; χύτρα καλὴ οὐ καλόν;

ἑκὼν εἶναι. Addito infinitivo hominis alicuius liberrima voluntas significatur ita, ut simul coerceri posse atque minui libertas illa indicetur. cfr. Phaedon. p. 80. E. ἐὰν μὲν καθαρὰ (sc. ἡ ψυχή.) ἀπαλλάττηται μηδὲν τοῦ σώματος ἐφέλκουσα ἅτε οὐδὲν κοινωνοῦσα αὐτῷ ἐν τῷ βίῳ ἑκοῦσα εἶναι; utpote quae nullam suscipiat, quoad eius fieri potest, quantum in eius potestate est, cum corpore commercium. Addendum hoc est atque bene tenendum, non adhiberi ἑκὼν

συμβουλεύσαιμι ἄλλως τε καὶ κραιπαλῶντα ἔτι ἐκ τῆς προτεραίας. Ἀλλὰ μὴν, ἔφη φάναι ὑπολαβόντα Φαῖδρον τὸν Μυρρινούσιον, ἔγωγέ σοι εἴωθα πείθεσθαι ἄλλως τε καὶ ἅττ' ἂν περὶ ἰατρικῆς λέγῃς· νῦν δ' αὖ βούλονται καὶ οἱ λοιποί. Ταῦτα δὴ ἀκούσαντας συγ- E

εἶναι nisi in iis enuntiationibus, quae actionem quandam contineant sive revera additam, sive mente supplendam. Idem cadit in omnes figuras dicendi, quae nostrae consimiles sunt, v. c. τὸ νῦν εἶναι, cfr. Lach. cap. 31. fin. τὸ δὲ νῦν εἶναι τὴν συνουσίαν διαλύσωμεν h. e. wir wollen aber für jetzt, d. h. was uns für jetzt nur zu thun übrig bleibt, uns trennen. Finitus nimirum dies erat, noctisque adventus in proximum diem differri disputationem iubebat; quare Socrates ἀλλὰ ποιήσω, inquit, ὦ Ἀνσίμαχε, ταῦτα, καὶ ἥξω παρὰ σὲ αὔριον, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ. Male autem Matth. in Gramm. plen. §. 546. p. 1071. huc trahit Plat. Protag. p. 317. A. ἐγὼ δὲ τούτοις ἅπασι κατὰ τοῦτο εἶναι οὐ ξυμφέρομαι, neque recte, opinor, Stallb. verba convertit in Protag. ed. p. 45.: mihi vero cum his omnibus, quantum quidem ad hoc attinet, non convenit. Κατὰ τοῦτο eodem prorsus modo h. l. positum est, quo in Apol. Socr. p. 17. B. legitur: εἰ μὲν γὰρ τοῦτο λέγουσιν, ὁμολογοίην ἂν ἔγωγε οὐ κατὰ τούτους εἶναι ῥήτωρ. Itaque certum esse reor, Protagoram dicere l. l.: mihi vero cum his omnibus hac ratione sophistae esse non conducit. Explicatius paullo infra p. 317. B. eandem sententiam Protagoras profert: ἐγὼ οὖν τούτων τὴν ἐναντίαν ἅπασαν ὁδὸν ἐλήλυθα, καὶ ὁμολογῶ τε σοφιστὴς εἶναι καὶ παιδεύειν ἀνθρώπους κ. τ. λ.

ἄλλως τε καὶ κραιπαλῶντα ἔτι. Exspectaveris κραιπαλῶντι. Infertur interdum post dativum casum accusativus augendae gravitatis caussa. Nam vis quaedam est in anomalia habetque, quod praeter exspectationem fit, proprium suum acumen. Ceterum non poni solet dativo praecedente accusativus, nisi infinitivus adsit ut nostro loco πιεῖν, cum quo arctius coniungatur. Similiter in Pl. Criton. p. 51. D. ὅμως προαγορεύομεν τῷ ἐξουσίαν πεποιηκέναι Ἀθηναίων τῷ βουλομένῳ ... ἐξεῖναι λαβόντα τὰ αὑτοῦ ἀπιέναι ὅποι ἂν βούληται. Lex nimirum Attica, quae cum gravitate h. l. laudatur — ἅπιθι λαβὼν τὰ σαυτοῦ κ. τ. λ. audisse videtur. Symp. p. 188. D. οὗτος (sc. ὁ Ἔρως) τὴν μεγίστην δύναμιν ἔχει καὶ πᾶσαν ἡμῖν εὐδαιμονίαν παρασκευάζει καὶ ἀλλήλοις δυναμένους ὁμιλεῖν καὶ φίλο εἶναι κ. τ. λ., ad quae verba vide annotationem.

ἔγωγε σοι εἴωθα πείθεσθαι. Interpunctionem post πείθεσθαι vulgo positam expungendam curavimus; verborum enim ἄλλως τε καί ea ratio est, ut antecedentia cum sequentibus arctissime coniungant. Eodem

χωρεῖν πάντας μὴ διὰ μέθης ποιήσασθαι τὴν ἐν τῷ παρόντι συνουσίαν, ἀλλ' οὕτω, πίνοντας πρὸς ἡδονήν.

Cap. V.

Ἐπειδὴ τοίνυν, φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον, τοῦτο μὲν δέδοκται, πίνειν ὅσον ἂν ἕκαστος βούληται, ἐπάναγκες

modo in superioribus comma delevimus post *συμβουλεύσαιμι* et post *πιεῖν*, ut ne esset, quod obstaret, quominus *κραιπαλῶντα* participium ad infinitivum praecedentem referatur. Ceterum recte Stallb. monet, *ἅττ' ἂν λέγῃς* cum gravitate dictum esse pro *ἐάν τι λέγῃς*.

νῦν δ' αὖ βούλονται καὶ οἱ λοιποί. Vulgo post *αὖ* legitur *εὖ*, idque probant codd. plerique. Pro *αὖ* non paucis in codicibus *ἂν* reperitur; tredecim codd. *βούλωνται* habent. Bastius cum intelligeret, *οἱ λοιποί* non de iis intelligi posse, qui assensum suum declarassent in praecedentibus, neque vero ad ceteros convivas relatum, commode cum insequentibus verbis conciliari: *ταῦτα δὴ ἀκούσαντας συγχωρεῖν πάντας κ. τ. λ.*, scribendum coniecit Spec. crit. p. 12.: *νῦν δ' ἂν εὖ βουλεύωνται καὶ οἱ λοιποί*, hoc ut esset: modo ceteri quoque bene sibi consulant. Eodem fere modo Ficinus in conv.: nunc similiter, modo ceteri quoque consentiant. Thiersch. in Spec. edit. Symp. Plat. p. 8. *νῦν δ' αὖ βούλοιντ' ἂν καὶ οἱ λοιποί* verbis locum sanare studuit. Astius *νῦν δ' αὐτὰ βούλονται καὶ οἱ λοιποί* exhibuit. Orell. ad Isocr. de Antidos. maluit p. 324.: *νῦν δ' εἰ βούλονται καὶ οἱ λοιποί*. Wyttenbach: *νῦν δ' ὅρα εἰ* vel *νῦν δ' αὖ εἰ βούλονται*, quod Reynders. in textum recepit. Rückertus Platonem scripsisse suspicatur: *καὶ νῦν δ' αὖ, ἐὰν βούλονται καὶ οἱ λοιποί*: Consuevi in omnibus tibi obtemperare, quae dicis de arte medica, et nunc quoque (sc. tibi obtemperabo) modo velint etiam reliqui. Stallb. verbis nihil mutatis nisi quod *εὖ* post *αὖ* positum omitteret, haec exquisita, inquit, brevitate dicta sunt hoc sensu: nunc vero rursus idem fiet, quando quidem etiam ceteri convivae volunt. Quam exquisitam hoc loco Stallb. laudat dicendi brevitatem, equidem licentiosam appellare malim atque insolentem. Sed pone, verba *νῦν δ' αὖ βούλονται* significare posse nunc vero rursus idem fiet, quando quidem — volunt, num verisimile est, Phaedrum dixisse: Soleo tibi credere cum alias, tum potissimum disserenti super rebus e medica arte depromtis, nunc vero rursum tibi credam? — Nihil coniectura opus est, ut rectissime Stallb. censet, neque quicquam praeter *εὖ* vulgo post *αὖ* positum expungendum. Indicat autem *αὖ* praegressae alicuius rei actionisve repetitionem, manifestoque declarat hoc loco, *βούλονται* per prolepsin pro *πείθονται* positum esse. Verba convertenda sunt: Nunc vero rursus etiam ce-

δὲ μηδὲν εἶναι, τὸ μετὰ τοῦτο εἰσηγοῦμαι τὴν μὲν ἄρτι εἰσελθοῦσαν αὐλητρίδα χαίρειν ἐᾶν, αὐλοῦσαν ἑαυτῇ ἢ, ἐὰν βούληται, ταῖς γυναιξὶ ταῖς ἔνδον, ἡμᾶς δὲ διὰ λόγων ἀλλήλοις συνεῖναι τὸ τήμερον. καὶ δι' οἵων λόγων, εἰ βούλεσθε, ἐθέλω ὑμῖν εἰσηγήσασθαι. Φάναι

teris (fidem habentibus tibi) libitum est (sc. quaerere potationis quandam moderationem.) Hoc dictum ut intelligatur, quam bene cum insequentibus verbis conveniat: Phaedrus verba *νῦν δ' αὖ βούλονται καὶ οἱ λοιποί* dixisse cogitandus est vultu ad convivas converso quasi rogiturus: Rectene loquor atque de sententia vestra?

μὴ διὰ μέθης. Nota hunc usum *διά* praepositionis. Optime Schleierm. convertit: Hierauf also wären alle übereingekommen, es bei ihrem diesmaligen Zusammensein nicht auf den Rausch anzulegen. Paullo infra p. 176. E. eodem modo *διὰ λόγων ἀλλήλοις συνεῖναι.* Apposite Stallb. laudat Plat. de Legg. I. p. 640. B. *ἔστι δέ γε τοιαύτη συνουσία, εἴπερ ἔσται διὰ μέθης, οὐκ ἀθόρυβος.* Plura exempla si quaeris huius dicendi usus, adi Matth. Gramm. plen. §. 580. c. p. 1149.

ἀλλ' οὕτω, πίνοντας πρὸς ἡδονήν. ἀλλ' οὕτω sc. *ποιήσασθαι.* Ceterum *οὕτω* accuratius definitur verbis insequentibus *πίνοντας πρὸς ἡδονήν.* Male Stallb. coniungenda censet *οὕτω πρὸς ἡδονήν*: nur so zum Vergnügen. cfr. Symp. p. 193. C. *ὅτι οὕτως ἂν ἡμῶν τὸ γένος εὐδαιμον γένοιτο, εἰ ἐκτελέσαιμεν τὸν ἔρωτα κ. τ. λ.* Adde p. 215. A. *Σωκράτη δ' ἐγὼ ἐπαινεῖν, ὦ ἄνδρες, οὕτως ἐπιχειρήσω, δι' εἰρώνων.* Exempla huius dicendi usus plurima reperiuntur, quibus possis adnumerare quale reperitur in Alcib. I. p. 105. cap. 4. *ὅτι αὐτοῦ σε δεῖ διανοστεύειν ἐν τῇ Εὐρώπῃ*, quo loco indefinitum *αὐτοῦ* praefigitur accuratiori indicio *ἐν τῇ Εὐρώπῃ.* Ad nostrum locum ut revertar, *πρὸς ἡδονήν* apprime respondet nostratium: nach Wohlgefallen. Probatur haec verbi notio verbis sequentibus: *πίνειν ὅσον ἂν ἕκαστος βούληται, ἐπάναγκες δὲ μηδὲν εἶναι.*

ἐπάναγκες δὲ μηδὲν εἶναι. Solebant regem (*συμποσίαρχον*) eligere convivae, qui bibendi leges daret, quibus convivae ad bibendum cogerentur. cfr. Symp. p. 213. E. *ἄρχοντα οὖν αἱροῦμαι τῆς πόσεως, ἕως ἂν ὑμεῖς ἱκανῶς πίητε, ἐμαυτόν.*

τὸ μετὰ τοῦτο εἰσηγοῦμαι. Τὸ μετὰ τοῦτο cum gravitate dictum significat: quod attinet ad id, quod post haec sequitur. Recte autem annotatum est a Rückerto: verba haec nunquam temporis solam consequentiam denotare, sed ubique internum aliquem nexum inter praecedentia et sequentia designare. *Εἰσηγοῦμαι* verbum quod

177 δὴ πάντας καὶ βούλεσθαι καὶ κελεύειν αὐτὸν εἰσηγεῖσθαι. Εἰπεῖν οὖν τὸν Ἐρυξίμαχον, ὅτι Ἡ μέν μοι ἀρχὴ τοῦ λόγου ἐστὶ κατὰ τὴν Εὐριπίδου Μελανίππην· οὐ γὰρ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλὰ Φαίδρου τοῦδε, ὃν μέλλω

attinet, Hesych. interpretatur *εἰσηγεῖσθαι· συμβουλεύειν* h. e. suadere, censere, aliquid faciendum esse. Apprime verbo respondere videtur nostratium: etwas zum Vorschlag bringen.

τὴν μὲν — αὐλητρίδα χαίρειν ἐᾶν. Tibicinam dimitti Eryximachus iubet, ut *διὰ λόγων ἀλλήλοις συνεῖναι* convivae possint. Notari autem h. l. Xenophontem, qui in convivio suo tibicinae locum dedisset, hominum quorundam hodie satis explosa opinio fuit, vid. Boeckh. de simultate, quae Platoni cum Xenophonte intercessisse dicitur p. 8. seqq. cfr. Protag. 347. C. *καὶ γὰρ δοκεῖ μοι τὸ περὶ ποιήσεως διαλέγεσθαι ὁμοιότατον εἶναι τοῖς συμποσίοις τοῖς τῶν φαύλων καὶ ἀγοραίων ἀνθρώπων. καὶ γὰρ οὗτοι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἀλλήλοις δι' ἑαυτῶν συνεῖναι ἐν τῷ πότῳ μηδὲ διὰ τῆς ἑαυτῶν φωνῆς καὶ τῶν λόγων τῶν ἑαυτῶν ὑπὸ ἀπαιδευσίας, τιμίας ποιοῦσι τὰς αὐλητρίδας, πολλοῦ μισθούμενοι ἀλλοτρίαν φωνὴν τὴν τῶν αὐλῶν, καὶ διὰ τῆς ἐκείνων φωνῆς ἀλλήλοις σύνεισιν. ὅπου δὲ καλοὶ κἀγαθοὶ συμπόται καὶ πεπαιδευμένοι εἰσίν, οὐκ ἂν ἴδοις οὔτ' αὐλητρίδας οὔτε ὀρχηστρίδας οὔτε ψαλτρίας, ἀλλ' αὐτοὺς αὐτοῖς ἱκανοὺς ὄντας συνεῖναι ἄνευ τῶν λήρων τε καὶ παιδιῶν τούτων διὰ τῆς αὐτῶν φωνῆς, λέγοντάς τε καὶ ἀκούοντας ἐν μέρει ἑαυτῶν κοσμίως, κἂν πάνυ πολὺν οἶνον πίωσιν.* Perscripsi hunc locum, quo non Platonis sententia Socrati adscripta contineri videtur, sed ipsius Socratis iudicium exprimi, ut clarius intelligatur, etiam in minutioribus rebus Platonem ad Socraticos mores scriptionem suam accommodavisse.

ταῖς γυναιξὶ ταῖς ἔνδον. cfr. Corn. Nep. praef. §. 7. Neque sedet (sc. mulier) nisi in interiore parte aedium, quae gynaeconitis appellatur. Ceterum ut paullo supra *διὰ μέθης*, ita nunc *διὰ λόγων* positum est adhaerente, ni fallor, notione temporis, quasi dicere voluerit Eryximachus: *διὰ λόγων διατρίβειν τὴν ἡμέραν.*

εἰ βούλεσθε, ἐθέλω. Differre inter se videntur haec verba eodem modo, quo inter se differunt verba *δεῖ* et *χρή*. Nimirum eam voluntatem *ἐθέλειν* verbum denotat, quae consilio nititur atque intelligentia, *βούλεσθαι* contra adhiberi solet, ubi aliquis impetu quodam animi fortuito abripitur. cf. 176. D. *αὐλοῦσαν ἑαυτῇ, ἢ, ἐὰν βούληται, ταῖς γυναιξίν κ. τ. λ.* h. e., oder wenn sie Lust hat. Adde p. 179. B. *καὶ μὴν ὑπεραποθνήσκειν γε μόνοι ἐθέλουσιν οἱ ἐρῶντες.* Symp. p. 190. A. *ἐπορεύετο δὲ ὀρθὸν, ὥσπερ νῦν, ὁποτέρωσε βουληθείη* h. e. nach welcher Seite es ihn hintrieb, or Lust hatte. Igitur con-

λέγειν. Φαῖδρος γὰρ ἑκάστοτε πρός με ἀγανακτῶν λέγει· Οὐ δεινόν, φησιν, ὦ Ἐρυξίμαχε, ἄλλοις μέν τισι θεῶν ὕμνους καὶ παιῶνας εἶναι ὑπὸ τῶν ποιητῶν πεποιημένους, τῷ δὲ Ἔρωτι, τηλικούτῳ ὄντι καὶ τοσούτῳ

vertenda sunt verba nostra: Mit welchen Reden wir nun den Tag hinbringen wollen, bin ich, so ihr Lust habt, euch vorzuschlagen entschlossen. Prorsus eodem modo Symp. p. 199. A. *ἀλλὰ τά γε ἀληθῆ, εἰ βούλεσθε, ἐθέλω εἰπεῖν κατ' ἐμαυτόν.*

φάναι δὴ πάντας seqq. h. e. Es hätten nun alle ja gesagt und sie wollten es und hätten in ihn gedrungen, er möchte ihnen die Eröffnung machen. Coacervatis verborum infinitivis satis vivide turba describitur convivarum strepenti clamore sermonum materiam exigentium.

κατὰ τὴν Εὐριπίδου Μελανίππην. Versus Euripideus est:

οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα,

ad quem alludens Eryximachus dicit *οὐ γὰρ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλὰ Φαίδρου τοῦδε.* cfr. Alcib. I. p. 113. C. *τὸ τοῦ Εὐριπίδου ἄρα ξυμβαίνει, ὦ Ἀλκιβιάδη, σοῦ τάδε κινδυνεύειν, ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ ἀκηκοέναι, οὐδ' ἐγὼ εἰμὶ ὁ ταῦτα λέγων, ἀλλὰ σύ.* Adde Apol. Socr. p. 20. E. *καί μοι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ θορυβήσητε, μηδὲ ἂν δόξω τι ὑμῖν μέγα λέγειν, οὐ γὰρ ἐμὸν ἐρῶ τὸν λόγον κ. τ. λ.* Ad amovendam dictorum invidiam hoc Euripidis versu veteres usos esse saepenumero, et ab interpretibus passim annotatum est et exempla docent, quorum ex numero Apol. Socr. p. 20. E. Nostro loco Eryximachus versum Euripideum laudat, non quo dicti magnificentiam excuset, aut sententiae insolentiam, quibus invidia auditorum interdum excitatur, sed suum cuique tribuendi studio. Initium orationis, inquit, ad Euripidis Melanippen accommodandum est, nam non mea sunt, quae dicturus sum, sed Phaedrus, qui hic assidet, eadem excogitavit.

ὕμνους καὶ παιῶνας. *Παιᾶνας* codd. nonnulli habent et schol. Verba schol. laudata p. 35. in hunc modum restituenda sunt fortasse: *παιῶνας· ἢ τοὺς λεγομένους παιᾶνας, ὕμνους εἰς Ἀπόλλωνα ἐπὶ καταπαύσει λοιμοῦ. [ἢ Παιήονα τὸν τῶν θεῶν ἰατρόν·] ἢ παιῶνας ὡς νῦν, ᾠδὰς ἐπὶ εὐτυχίᾳ καὶ νίκῃ, διὰ τοῦ ω̄, ἐξ οὗ καὶ παιωνίζειν.* Verba *ἢ Παιήονα τὸν τῶν θεῶν ἰατρόν* uncis inclusimus, quod aut ab aliena manu addita sunt, aut casu quodam a sede sua in alienam translata.

τηλικούτῳ ὄντι καὶ τοσούτῳ θεῷ. Ficinus habet: tantam talemve deum. Ast. verba convertit talem tantumque. Stallb. tam multorum bonorum auctori et tam potenti. Exhibet in conversione Schleierm.: dem Eros aber, einem so grossen und herrlichen Gotte. Optime Rückert. *τηλικοῦτος* essa tam vetustus annotavit. Addit idem, Eryximachum querelam

B θεῷ, μηδὲ ἕνα πώποτε τοσούτων γεγονότων ποιητῶν πεποιηκέναι μηδὲν ἐγκώμιον; εἰ δὲ βούλει αὖ σκέψασθαι τοὺς χρηστοὺς σοφιστάς, Ἡρακλέους μὲν καὶ ἄλλων

Phaedri referre, qui in oratione sua hoc ipso nomine vel maximo honore dignum amorem praedicet, quod omnium deorum sit vetustissimus. Hoc igitur ei indignum videri, quod Hercules quidem, recens donatus immortalitate, laudatores repererit, Amor autem, omnibus ipse prior, suis laudibus careat.

μηδὲν ἐγκώμιον. Valckenar. Diatr. in Eurip. Reliqq. p. 157. scribendum coniecit *μηδὲ ἐγκώμιον*, quam scripturam ut ardori loquentis apprime convenientem probaremus, si *ἐγκώμιον* verbum latiore potestate careret. Complectitur autem in se *ὕμνους καὶ παιῶνας*, ut Ilgen. ad Scolia p. XXXVII. docuit. Queritur igitur Phaedrus, quod, cum in ceteros eosdemque Erote multo inferiores deos poëtae hymnos composuissent et carmina pro salute et felicitate suscepta, e tanto eorum numero ne unus quidem in Erotem carmen conscripserit.

εἰ δὲ βούλει αὖ σκέψασθαι — συγγράφειν. Ficinus habet: atqui, si vis, inquit, o Eryximache, quaerere, invenies profecto Sophistas disertos soluta oratione Herculem aliosque laudasse, quemadmodum peritissimus Prodicus, quamquam hoc minus alicui mirum videri debet, sed etc. Hac conversione motus Stallb. Platonem scripsisse censet: *εὑρήσεις Ἡρακλέους μὲν καὶ ἄλλων — ξυγγράφειν* (sc. *αὐτούς*.) Dubito, num recte. Nam illud invenies additamentum est, ut videtur, Ficini, qui concitatioris hominis verba apta brevitate reddere desperaret, Rückert. interpunctione post *σοφιστάς* deleta et posito post *σκέψασθαι* commate sensum verborum ait esse: porro optimos sophistas. Etenim formula, inquit, *εἰ δὲ βούλει*, cui plerumque non additur infinitivus, quem h. l. appositum videmus, ita adhiberi solet, ut novum inducat vel exemplum vel argumentum. Accusat. *τοὺς σοφιστάς* propter hanc, quam indicavimus, formulae vim non putem obiecti casum esse ad *σκέψασθαι*, quamquam supplendus hic ipse erit ad hunc infiuit., sed subiecti ad seq. *συγγράφειν*. Inde patet, usque ad *συγγράφειν* omnia pendere e verbis *οὐ δεινόν*. — Displicet haec interpretatio tribus de caussis. Primum *εἰ δὲ βούλει* nusquam reperitur cum infinitivis verborum coniunctum, ut novum exemplum commemorari denotet; deinde mireris post *σκέψασθαι* interpunctionem, qua efficiatur, ut *τοὺς χρηστοὺς σοφιστάς* noncum *σκέψασθαι* coniungatur, ad quod verba illa supplenda sint tamen. Postremo verba *τοὺς χρηστοὺς — σοφιστάς* e praecedente *οὐ δεινόν* apta tortuosam atque hiulcam sententiam efficiunt. Si quid video, Phaedrus dicturus erat: *εἰ δὲ βούλει αὖ σκέψασθαι τοὺς χρηστοὺς σοφιστάς, Ἡρακλέους μέν καὶ ἄλλων ἐπαίνους* (sc. *αὐτοὺς*) *καταλογάδην συγγράφειν, ὧς-*

καταλογάδην συγγράφειν, ὥσπερ ὁ βέλτιστος Πρόδικος — καὶ τοῦτο μὲν ἧττον καὶ θαυμαστόν — ἀλλ' ἔγωγε ἤδη τινὶ ἐνέτυχον βιβλίῳ ἀνδρὸς σοφοῦ, ἐν ᾧ ἐνῆσαν ἄλες

περὶ ὁ βέλτιστος Πρόδικος, Ἔρωτος δὲ οὔ, τοῦτ' οὐ θαυμαστώτατον; Facit nobiscum in hac re Ficinus, qui paullo infra addit in conversione: cui non gravissimum videatur? — Sed cum nondum ad finem enuntiationis pervenisset loquendo Phaedrus, in mentem ipsi venit talis quaedam laudatio, qua minus etiam mira Herculis aliorumque encomium iudicari debeat. Igitur suppressis verbis Ἔρωτι δὲ οὔ, τοῦτ' οὐ θαυμαστώτατον, statim pergit: καὶ τοῦτο μὲν ἧττον καὶ θαυμαστόν, ἀλλ' ἔγωγε κ. τ. λ.

τοὺς χρηστούς. Ironice hoc dictum esse, ut mox ὁ βέλτιστος Πρόδικος, Stallb. docet. Schleierm. verba convertit: und willst du dich auch unter den edlen Sophisten umsehen, dass sie auf den Herakles und Andere in ungebundener Rede Lobschriften verfertigen, wie der vortreffliche Prodicus. Rückert. ad h. l.: χρηστοί, inquit, sunt boni, optimi, die guten. Adhibetur enim haec vox in derisione. Τοὺς χρηστοὺς σοφιστάς non Socratis verba sunt Sophistis infestissimi, sed Phaedri, hominis a studio sophistarum non alieni, ut laudatio Erotis docet sophistica arte composita p. 178. seqq. Vehementius autem quam in poëtas, Phaedrus in sophistas invehitur, utpote qui, cum sint rerum utilium laudatores strenui, inprimis Erotem laudare debuerint. Sententia est totius loci: Ist es nicht schrecklich, dass andere Götter von den Dichtern gefeiert werden, dem Eros aber, dem ältesten und segenreichsten Gotte auch von keinem der vielen Dichter ein Lied dargebracht worden ist? Willst du nun aber die praktischen Sophisten ins Auge fassen: dass sie über Hercules und andere Lobschriften abfassen, wie der tüchtigste unter ihnen, Prodicus — und das ist weniger noch zu bewundern, — aber mir kam sogar einmal ein Buch zu Händen, in dem der Nutzen des Salzes auf bewundernswerthe Art erhoben war.

καὶ τοῦτο μὲν ἧττον καὶ θαυμαστόν. Unus cod. Vindob. et Vatican. liber alterum hoc καί omittunt probantibus Bastio atque Thierschio. Sed recte servant illud ceteri codices. Pertinet autem ad ἧττον, ut sensus hic sit: atque hoc minus etiam mirum est, quam hoc, quod in librum quendam incidi etc. Nec mirum est ἧττον praemitti voculae, quum τόνωσιν habeat. Quamquam non in promtu sunt alia huius collocationis exempla, Stallb.

ἐν ᾧ ἐνῆσαν ἄλες. Apte comparari iubet Stallb. Isocr. Helen. Laud. p. 304. τῶν μὲν γὰρ τοὺς βουβυλιοὺς καὶ τοὺς ἅλας καὶ τὰ τοιαῦτα βουληθέντων ἐπαινεῖν οὐδεὶς πώποτε λόγων ἠπόρησεν. Cic. Brut. §. 47. Singularum rerum laudationes vituperationesque conscripsit, quod iudicaret hoc ora-

C ἔπαινον θαυμάσιον ἔχοντες πρὸς ὠφέλειαν· καὶ ἄλλα τοιαῦτα συχνὰ ἴδοις ἂν ἐγκεκωμιασμένα. τὸ οὖν τοιούτων μὲν πέρι πολλὴν σπουδὴν ποιήσασθαι, Ἔρωτα δὲ μηδένα πω ἀνθρώπων τετολμηκέναι εἰς ταυτηνὶ τὴν ἡμέ-

toris esse proprium, rem augere posse laudando vituperandoque rursus affligere. Vid. Wolf. Prolegg. ad Demosth. Lept. p. XXXV. Restat, ut indicemus, cur Prodicus Ceus hoc loco *βέλτιστος* audiat. Multam operam posuisse perhibetur in verborum discrimine explicando, quae *διαίρεσις τῶν ὀνομάτων* vocatur Protag. p. 358. A. Hoc studium acerrime perstringitur Prot. 337. A., B. et C., laudatur Plat. Lach. p. 197. §. 26. Haec *διαίρεσις* quamquam summopere a Prodico exculta, tamen Phaedro tanti esse non potuit, ut *βέλτιστον* Prodicum appellandum esse putaret. Satis notum est, Prodicum lucri caussa Epicharmi versum in ore gessisse: *ἃ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει. δός τι καὶ λαβέ τι.* vid. Axioch. 366. C. Sed ne hoc quidem satis caussae est, cur *βέλτιστος* appelletur. Videtur potius, ut *χρηστός*, ita *βέλτιστος* de eo valere, qui rerum laudem non nisi ex earum utilitate exaptat. Prodicus autem ne a diis quidem rationem utilitatis cohibere solebat, ut videre licet e dicto eius servato apud Sext. Empir. adv. Mathem. 9. 18. *ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ποταμοὺς καὶ κρήνας καὶ καθόλου πάντα τὰ ὠφελοῦντα τὸν βίον ἡμῶν οἱ παλαιοὶ θεοὺς ἐνόμισαν διὰ τὴν ἀπ' αὐτῶν ὠφέλειαν, καθάπερ οἱ Αἰγύπτιοι τὸν Νεῖλον, καὶ διὰ τοῦτο τὸν μὲν ἄρτον Δήμητραν νομισθῆναι τὸν δὲ οἶνον Διόνυσον καὶ τὸ δὲ ὕδωρ Ποσειδῶνα, τὸ δὲ πῦρ Ἥφαιστον καὶ εἶκε τῶν εὐχρηστόντων ἅπαντα.* Adde Cic. de N. D. I, 42. „Quid Prodicus Ceus, qui ea, quae prodessent hominum vitae, deorum in numero habita esse dixit, quam tandem religionem reliquit?» Iam quod Prodicus fecit, ut in deorum laudatione non deos, sed rerum utilitatem laudaret divino nomine insignitam, idem fere in Erotis encomio a Phaedro factum. Non in indolem inquirit atque in naturam dei, sed rerum, quarum auctor Eros esse perhibetur, utilitatem exponit; quo maiorem illam videt, eo maiore honore deum exornat nullo veritatis respectu habito. Non mirum igitur, si Prodicum maxime laudandum Phaedrus censuit, ad cuius exemplar ipse laudationem Erotis composuit. Ceterum quod Herculis laudationem attinet, Rückertum audi ad h. l. annotantem: Herculis laudationem scripserat (sc. Prodicus) in libro, cui *ὧραι* titulus, ex quo notissimam de Hercule in trivio fabulam mutuatus est Xenoph. Mem. II., 20., Prodici quippe admirator usque adeo, ut, quum in Boeotia vinctus esset, quo tempore ibi sophista versabatur, vade dato ad audiendum eum e carcere prodiret auctore Philostr. vit. soph. I, 12.

τὸ οὖν τοιοῦτον μὲν seqq. Vulgo post *ὑμνῆσαι* comma positum reperitur, punctum post *θεούς*, Wyttenbach.

ραν ἀξίως ὑμνῆσαι — ἀλλ' οὕτως ἠμέληται τοσοῦτος Θεός! Ταῦτα δή μοι δοκεῖ εὖ λέγειν Φαῖδρος. ἐγὼ οὖν ἐπιθυμῶ ἅμα μὲν τούτῳ ἔρανον εἰσενεγκεῖν καὶ χαρίσασθαι, ἅμα δὲ ἐν τῷ παρόντι πρέπον μοι δοκεῖ

Bibl. Crit. T. I. Vol. III. p. 10. ὅτι ante οὕτως inferciendum censuit; Stephanus coniecit ἀλλ' οὕτως ἠμελῆσθαι τοσοῦτον Θεόν. Non mirum, homines doctos in verborum structura admodum haesisse, in qua componenda ipse, qui loquitur, impeditum se atque implicitum sentiebat. Addita οὖν particula manifesto indicatur, verba superioribus annectenda esse; sed quoniam omissa sunt illic, e quibus haec exaptari potuissent, τοῦτ' οὐ θαυμαστώτατον; factum est, ut quaedam structurae ambiguitas oriretur, et dicenti, et audienti molestissima. Ex hac structurae difficultate ut se extricaret Eryximachus, dissecto inceptae structurae filo pro infinitivo indicativum posuit. Hinc bene habet exclamandi signum, quod post Θεός positum est ab interpretibus, minus probem post ὑμνῆσαι. Verba convertenda sunt: Dass, sage ich, an solche Dinge viele Mühe verschwendet wird, den Eros aber keiner noch würdig zu feiern versucht hat, sondern so vernachlässigt wird ein so segenreicher Gott!

ἀξίως ὑμνῆσαι. Wolfius ad verba τῷ δὲ Ἔρωτι — μηδὲν ἐγκώμιον annotavit: Man muss annehmen, und dies scheint mir das wahrste, dass Platon vorsätzlich seinen Phaedrus etwas sagen lässt, das nicht gegründet war. Viro doctissimo concedimus, Eroti laudatores vix deesse potuisse; sed cavendum est, ne Phaedro aliquid imputemus, quod nec cogitavit nec dixit. Negat tantummodo repertum esse adhuc, qui laudem deo dignam ediderit, non negat, prorsus neglectum iacere atque contemtum a poëtis sophistisque deum. Iam quid sit laudem deo dignam edere s. ἀξίως ὑμνῆσαι (τὸν Θεόν), infra paullo explicabitur.

ἔρανον εἰσενεγκεῖν h. e. symbolam dare. Non caret lepore in symposio philosophico haec dictio, de cuius tropico usu conferri iubet Stall. Casaub. ad Theophr. Charact. c. XV.

κοσμῆσαι τὸν Θεόν. Minus quaerendum h. l. est, quid omnino κοσμεῖν significet et ἀξίως ὑμνεῖν, quod paullo supra legitur, quam qua significatione haec verba adhibuerit Phaedrus. Socratem ipsum interpretem sume p. 198. E. τὸ δὲ ἄρα (sc. τὸ ἐγκωμιάζειν) οὐ τοῦτο ἦν τὸ καλῶς ἐπαινεῖν ὁτιοῦν, ἀλλὰ τὸ ὡς μέγιστα ἀναπιθέναι τῷ πράγματι καὶ ὡς κάλλιστα ἐάν τε ᾖ οὕτως ἔχοντα ἐάν τε μή· εἰ δὲ ψευδῆ, οὐδὲν ἂρ' ἦν πρᾶγμα κ. τ. λ. Atque eodem fere modo ipse Eryximachus p. 177. D. δοκεῖ γάρ μοι, inquit, χρῆναι ἕκαστον ἡμῶν λόγον εἰπεῖν ἔπαινον Ἔρωτος — ὡς ἂν δύνηται κάλλιστον.

ἡμῖν ἐν λόγοις. Wolf. convertit: eine reichhaltige, weit-

εἶναι ἡμῖν τοῖς παροῦσι κοσμῆσαι τὸν θεόν. εἰ οὖν
D ξυνδοκεῖ καὶ ὑμῖν, γένοιτ' ἂν ἡμῖν ἐν λόγοις ἱκανὴ
διατριβή. δοκεῖ γάρ μοι χρῆναι ἕκαστον ἡμῶν λόγον
εἰπεῖν ἔπαινον Ἔρωτος ἐπὶ δεξιὰ ὡς ἂν δύνηται κάλ-
λιστον, ἄρχειν δὲ Φαῖδρον πρῶτον, ἐπειδὴ καὶ πρῶτος
κατάκειται καὶ ἔστιν ἅμα πατὴρ τοῦ λόγου. Οὐδείς
σοι, ὦ Ἐρυξίμαχε, φάναι τὸν Σωκράτη, ἐναντία ψηφιεῖ-

läuftige Materie zum Reden. ἡμῖν ἐν λόγοις idem fere est, atque ἡμετέροις ἐν λόγοις. Sensus est: Wenn nun auch euch wirklich so dünkt, so hätten wir in unsern Reden, sattsame Unterhaltung. De structura huius enuntiati vide ad p. 176. C. Minus probabilis Stallb. ratio explicandi est haec: εἰ οὖν ξυνδοκεῖ καὶ ὑμῖν, οὕτω ποιῶμεν· γένοιτο γὰρ ἂν ἡμῖν ἐν λόγοις ἱκανὴ διατριβή.

ἐπὶ δεξιά. Sic Bekk. Stallb. alii; Rückertus veterum editionum lectionem ἐπιδέξια in textum recepit usu Homerico nixus, quem Plato haud raro imitatus sit. Vid. Buttm. Lexil. p. 173. seqq. Fortasse recte habet ἐπιδέξια, ubi narratur, quo ordine aliquid factum sit; contra quo ordine aliquid fieri debeat, ubi indicatur, rectius ἐπὶ δεξιά exhibetur, v. c. in Plat. de rep. IV. p. 420. E. καὶ τοὺς κεραμέας κατακλίναντας ἐπιδέξια πρὸς τὸ πῦρ διαπίνοντάς τε καὶ εὐωχουμένους κ. τ. λ. De χρῆναι verbi potestate: es müsse wollen, vide annot. ad p. 176. E.

πατὴρ τοῦ λόγου. Πατήρ vocis insolentiam Stallbaum, leniri posse arbitratus est addito exemplo Phaedri p. 257. B. Φαῖδρός τε καὶ ἐγὼ Λυσίαν τὸν τοῦ λόγου πατέρα αἰτιώμενος. Fortasse Eryximachus rursus ad Euripideum illum versum respexit οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα, atque a se quidem profectum sermonem negat: patrem eius Phaedrum esse contendit.

ἢ τὰ ἐρωτικά. De his verbis vide Commentat. de Plat. Symp. Certissimum autem esse existimo, Platonem his verbis lectoris animum ad futuram Socratis orationem tanquam ad caput libelli dirigere voluisse. Ceterum ne mireris, cur, cum Socrates τὰ ἐρωτικὰ ἐπίστασθαι dicatur, Aristophanes Bacchi Venerisque cultor nominetur, Agatho et Pausanias indicio addito nullo ad Erotis laudem celebrandam promti perhibeantur: Schol. habet s. v. Ἀγάθωνος .... τραγῳδι ... ἐπὶ μαλακίᾳ...τάδε. ἦν δ' οὗτος ... παῖς, Ἀθηναῖος .... παιδικὰ Παυσανίου τοῦ τραγικοῦ, κ. τ. λ. Qui mutuo amore se complectebantur, iis nihil iucundius contingere potuisse consentaneum est, quam laudationem Erotis. Non commemoratur autem h. l. Pausaniae et Agathonis amor mutuus disertis verbis, quod tum temporis notissimus erat.

οὐδὲ μὴν Ἀριστοφάνης. οὐδὲ μήν illatum post οὔτε ap-

ται. οὔτε γὰρ ἄν που ἐγὼ ἀποφήσαιμι, ὃς οὐδὲν φημι ἄλλο ἐπίστασθαι ἢ τὰ ἐρωτικὰ, οὔτε που Ἀγάθων καὶ Παυσανίας, οὐδὲ μὴν Ἀριστοφάνης, ᾧ περὶ Διόνυσον καὶ Ἀφροδίτην πᾶσα ἡ διατριβὴ, οὐδὲ ἄλλος οὐδεὶς τουτωνὶ ὧν ἐγὼ ὁρῶ. καί τοι οὐκ ἐξ ἴσου γίγνεται ἡμῖν τοῖς ὑστάτοις κατακειμένοις· ἀλλ' ἐὰν οἱ πρόσθεν ἱκανῶς καὶ καλῶς εἴπωσιν, ἐξαρκέσει ἡμῖν. ἀλλὰ τύχῃ

II

prime respondet Latinorum neque vero etiam, quibus verbis res quaedam induci solet, quae maioris momenti est, quam res paullo ante per simplex neque commemorata. Igitur cum gravitate Aristophanes totus perhibetur cum Baccho et Venere occupatus esse. De Baccho liquet, nam res scenica, inquit Stallb., Baccho erat sacra. vid. Casaub. de Satyr. poësi p. 9. ed. Ramb. Venerem autem commemoratam h. l. censet Rückertus, quod plenae sint veneris Aristophanis comoediae. Wolfius ad h. l. annotat: In wiefern er mit der Venus zu thun gehabt habe, bezieht sich vielleicht auf einen Umstand, der der Gesellschaft bekannt sein konnte, für uns aber verloren gegangen ist, vielleicht auf die Sitten des Dichters. Aliter nobis videtur de hoc loco statuendum esse, quamquam in huiusmodi tenebris quis clare videre se audeat dicere? Haud raro Socrates nomina propria facili quadam litterarum mutatione corrumpere solebat atque ita immutare, ut nomen existeret, quod sive laudem sive vituperium exprimeret. Exemplo est p. 198. C., quo loco Gorgiae Gorgusque nomina inter se conferuntur lepidissime. Adhibita accentus mutatione in Ἀγάθων et ἀγαθῶν nominibus ludit p. 174. B. Quid, si etiam hoc loco in Aristophanis nomine lusit? Significat Ἀριστοφάνης eum, qui optimum prodit. Optimum autem, veteri proverbio, vinum et venus est, quod Graece audit: ἄριστον Διόνυσος καὶ Ἀφροδίτη.

καί τοι οὐκ ἐξ ἴσου — ἀλλ'. Magnopere se torquent in huius loci explicatione, qui καί τοι coniunctim exhibuerunt. Ut gravior esset τοί part. affirmatio, vocula ex scriptoris sententia initio enuntiationis ponenda erat. Id quoniam vetant fieri linguae leges, καί expletivum praepositum est, de quo p. 6. diximus. Latine reddenda sunt verba: Pol non aequa conditione, qui ultimi consedimus, utimur. Quae sequitur ἀλλά particula, ita commode explicatur, ut omissum cogitetur, quod facillime suppleri potest: ἡμεῖς οὖν. οὐκ ἐροῦμεν, ἀλλ' ἐὰν — ἐξαρκέσει ἡμῖν. Locus nostro simillimus est Parmenid. p. 128. C. καί τοι ὥσπερ γε αἱ Λάκαιναι σκύλακες εὖ μεταθεῖς τε καὶ ἰχνεύεις τὰ λεχθέντα. ἀλλὰ πρῶτον μέν σε τοῦτο λανθάνει, ὅτι κ. τ. λ., quo loco ante ἀλλά facillime suppletur οὐχ εὑρεῖς δὲ τὴν ἀλήθειαν.

ἀγαθῇ καταρχέτω Φαῖδρος καὶ ἐγκωμιαζέτω τὸν Ἔρωτα. Ταῦτα δὴ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἆρα ξυνέφασάν τε καὶ
178 *ἐκέλευον ἅπερ ὁ Σωκράτης. πάντων μὲν οὖν ἃ ἕκαστος εἶπεν, οὔτε πάνυ ὁ Ἀριστόδημος ἐμέμνητο οὔτ' αὖ ἐγὼ ἃ ἐκεῖνος ἔλεγε πάντα. ἃ δὲ μάλιστα καὶ ὧν ἔδοξέ μοι ἀξιομνημονεύτων εἶναι, τούτων ὑμῖν ἐρῶ ἑκάστου τὸν λόγον.*

ἡμῖν τοῖς ὑστάτοις κατακειμένοις. Dictum supra est p. 175. C. *τὸν οὖν Ἀγάθωνα, τυγχάνειν γὰρ ἔσχατον κατακείμενον, μόνον· Δεῦρ' ἔφη, φάναι, ὦ Σώκρατες, παρ' ἐμὲ κατάκεισο.* Sunt igitur *οἱ ὕστατοι κατακείμενοι* Socrates et Agatho.

τυχῇ ἀγαθῇ. Formula erat, qua feliciter succlamare Graeci solebant iis, qui aut navem conscendebant, aut ad bellum proficiscebantur, aut aliud negotium suscipiebant, cuius incertus eventus esset. cfr. Criton. p. 43. D. *ἀλλ', ὦ Κρίτων, τυχῇ ἀγαθῇ.*

πάντες ἆρα ξυνέφασάν. Wyttenb. scribendum conjecit *ἅμα* pro *ἆρα*, qua conjectura efficitur, ut omnes uno ore consensisse dicantur. Hoc consentaneum est convivas fecisse. Sed quoniam non sine turba et clamore hoc fieri poterat: ut quietius convivae egisse viderentur, *ἆρα* non *ἅμα* Plato scripsit. De huius particulae significatu vide Reisigii annot. ad Oed. Col. Enarr. p. CCVIII. Ortum *ἆρα* est ab *ἄρω*, soletque adhiberi, ubi ab argumentorum enarratione oratio ad finem tendit, h. e. ad conclusionem. Et cum singulos convivas Socrates nominasset ita, ut simul, cur ad laudem Erotis praedicandam parati essent, causam adderet: omnes igitur consensisse perhibentur. Minus apte Schleierm. in conversione: Hiermit nun stimmten dann auch die Uebrigen alle überein.

οὔτε πάνυ ὁ Ἀριστόδημος. De horum verborum fine vide quae dicta sunt in Commentat. de Plat. Sympos.. Minus placet, quod Stallb. attulit ad ad hunc locum: Caute, inquit, haec interposuit, ne legentes in eam inciderent opinionem, ut has orationes revera habitas, non ab ipso cuiusque ingenio convenienter fictas esse putarent.

ἀξιομνημονεύτων εἶναι. Codd. plerique *ἀξιομνημόνευτον*; Bodl. omisso *εἶναι* habet *ἀξιομνημόνευτον*; in Paris. uno, Vindob. duobus paucisque aliis *ἀξιομνημόνευτα* extat, quod Bekk. in textum recepit, quem Stallb. Rückert. alii secuti sunt. Videlicet docti viri negant, *ἀξιομνημονεύτους* oratores vocari posse, atque non nisi orationes illo epitheto recte insigniri. Aliter mobis de hoc loco statuendum videtur. Verba *τούτων ὑμῖν ἐρῶ ἑκάστου τὸν λόγον* ad praecedentia referuntur *ὧν ἔδοξέ μοι ἀξιομνημονεύτων εἶναι*: verba *ἃ δὲ μάλιστα* nihil habent, quod ipsis

Cap. VI.

Πρῶτον μὲν γαρ, ὥςπερ λέγω, ἔφη Φαῖδρον ἀρξάμενον ἐνθένδε ποθὲν λέγειν, ὅτι μέγας θεὸς εἴη ὁ Ἔρως καὶ θαυμαστὸς ἐν ἀνθρώποις τε καὶ θεοῖς, πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλῃ, οὐχ ἥκιστα δὲ κατὰ τὴν γένεσιν. τὸ γὰρ ἐν τοῖς πρεσβύτατον εἶναι τὸν θεὸν, τίμιον, ἡ δ' ὅς· τεκμή- B

respondeat. Igitur dubitari nequit de *καί* voculae potestate. *Καί* nimirum auget corrigendo significatque atque potius. Exempla si requiris huius usus, vide Stallb. ad Apol. Socr. p. 23. A. Convertenda autem verba sunt: Was mir nun am meisten — oder besser, welche Redner mir am wichtigsten und merkwürdigsten zu sein schienen, deren Reden will ich euch einzeln darstellen. Proprie dicendum erat *οἳ ἔδοξάν μοι μάλιστα ἀξιομνημόνευτοι εἶναι, τούτων* .... Genitivi e praecedente *ἅ* exaptata sunt, quod *καί* addito quoniam paene evanescit, infra positum habes *τούτων ὑμῖν ἐρῶ ἑκάστου τὸν λόγον*. Ceterum ex his verbis iudicari licet de Apollodori ingenio, qui orationes non tam ex orationum rationibus, quam ex auctoritate et celebritate oratorum iudicabat. Simili ratione paullo infra p. 180. C. non orationum, sed oratorum oblitus esse dicitur Apollodorus his verbis: *Φαῖδρον μὲν τοιοῦτόν τινα λόγον ἔφη εἰπεῖν, μετὰ δὲ Φαῖδρον ἄλλους τινὰς*, (h. e. oratores non orationes,) *εἶναι, ὧν οὐ πάνυ διεμνημόνευεν.*

πρῶτον μὲν γάρ. Phaedrus demonstrare studet, Erotem deum antiquissimum et honoratissimum esse, atque summorum bonorum, virtutis atque felicitatis benignissimum auctorem. Vide Comment. de Plat. Sympos. Ceterum de Phaedro, Pythoclis filio, quem Socratis aequalem fuisse negat Athenaeus XI. p. 505. F., et qui in Protag. p. 315. C. inter Calliae convivas memoratur, rectissime Stallb. „Erat inquit, homo mollis ac delicatus, *σοφὸς τὰ ἐρωτικά* vid. Phaedr. p. 227. A. Sectatus autem rhetores Siculos, inprimis Tisiam et Lysiam, mirifice sibi placebat in oratione comenda et calamistris ornanda, vid. Phaedr. p. 227., p. 273., al. Itaque oratio, quam Plato hic ab eo habitam facit, habet nescio quid fucati coloris et ornamenti, ut facile appareat, hominis ingenium et mores ut ceterorum convivarum, a Platone ad ipsam veritatem esse expressos.

τὸ γὰρ ἐν τοῖς πρεσβύτατον. Sic optimi codd. Legebatur olim *ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις* sequente *εἶναι τῶν θεῶν*. Non dubium est, quin dixerint antiquitus Graeci *ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις πρεσβύτατον* et *ἐν ταῖς πρεσβυτάταις πρεσβυτάτην*; sed usu loquendi factum paullatim est, ut non solum *ἐν τοῖς πρεσβύτατος* diceretur, sed

ριον δὲ τούτου· γονῆς γὰρ Ἔρωτος οὔτ' εἰσὶν οὔτε λέγονται ὑπ' οὐδενὸς οὔτε ἰδιώτου οὔτε ποιητοῦ, ἀλλ' Ἡσίοδος πρῶτον μὲν χάος γενέσθαι φησὶν,

αὐτὰρ ἔπειτα

etiam ἐν τοῖς πρεσβυτάτῃ. Videlicet ea amplitudine verbo ἐν τοῖς esse voluerunt, ut quae generis discrimen non suscipiant, quasi dicas, omnium rerum, quae cogitari possint, antiquissimum, maximum, pulcherrimum. Exemplum huius structurae est p. 173. B. παραγεγόνει δ' ἐν τῇ συνουσίᾳ Σωκράτους ἐραστὴς ὢν ἐν τοῖς μάλιστα τῶν τότε. Adde Symp. p. 178. C. ἐν τοῖς πρεσβύτατος εἶναι.

τίμιον, ἢ δ' ὅς. In uno Vindob. exstat εἶδος pro ἢ δ' ὅς, ex qua scriptura, dupliciter posita τίμιον vocis syllaba finali, τίμιον ὄνειδος effinxit Creuzerus ad Plotin. de Pulcritud. p. 146. Consentire videtur nobiscum vir doctissimus, τίμιον verbum hoc loco admodum frigere, neque ullo modo praecedentibus dei epithetis θαυμαστὸς et μέγας respondere. Exspectaveris potius superlativum, qui exstat apud Aristot. Metaph. 1. 3. τιμιώτατον γὰρ τὸ πρεσβύτατον. Non mutandum est ἢ δ' ὅς, quibus verbis ipsissima Phaedri verba premi manifesto indicatur. Phaedrum autem dixisse reor: τὸ γὰρ ἐν τοῖς πρεσβύτατον εἶναι τὸν θεὸν οὐ τίμιον. Addita negatione et interrogatione instituta efficitur, ut' orationis vigore vis superlativi compensetur. Ceterum eo facilius scribae passi sunt negationem a praecedentis verbi syllaba finali absorberi, quo minus intelligerent, interrogandi signo forte, ut fit, oblitterato, qui possit non honorifica esse laus antiquitatis.

τεκμήριον δὲ τούτου. Haec verba si abessent, a nemine desiderarentur, et facilius suaviusque flumen orationis procederet. Cui enim non arrideat enuntiatorum iunctura haec: τὸ γὰρ ἐν τοῖς πρεσβύτατον εἶναι τὸν θεὸν οὐ τίμιον; ἢ δ' ὅς, γονῆς δὲ Ἔρωτος κ.τ.λ. Cave tamen otiosum additamentum τεκμήριον δὲ τούτου verba censeas. Nimirum orationis continuitatem ita intercidunt h. l., ut gravior fiat causae commemoratio; simulque indicant, quoniam oratorum, ut videtur, propria sunt, Phaedri orationem verbo tenus referri. Huius rei, h. e. accuratissimae repetionis, indicium sunt etiam ἢ δ' ὅς verba, quae Apollodorus posuit, ut clarius indicetur, initium orationis non nisi Phaedri sententias, Aristodemi, non ipsius Phaedri verbis descriptas (ἀρξάμενον ἐνθένδε ποθέν) continere, nunc autem ita pergi in repetenda oratione Phaedri, ut etiam ipsa eius verba repetantur. Ceterum perraro τεκμήριον δέ, μαρτύριον δέ, similia ponuntur, quin in subsequentibus γάρ part. reperiatur, v. c. Plat. de Legg. VII. p. 821. E. τεκμήριον δέ, ἐγὼ τούτων οὔτε νέος οὔτε πάλαι ἀκήκοα ὀφῶν.

οὔτ' εἰσὶν οὔτε λέγονται, H. e. neque sunt revera parentes Erotis, neque esse a

Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί,
Ἠδ' Ἔρος.

Φησὶ μετὰ τὸ χάος δύο τούτω γενέσθαι, γῆν τε καὶ Ἔρωτα. Παρμενίδης δὲ τὴν Γένεσιν λέγει,

quoquam perhibentur. Non esse revera parentes Erotis, non probatur; non dici a quoquam ita tantummodo confirmatum habes, ut allatis versibus quibusdam, quid Hesiodus et Parmenides de Erotis ortu tradiderint, edoceare. Notabis igitur, quam Plato carpit, levitatem argumentandi.

οὔτε ἰδιώτου. Ἰδιώτης latissimi significatus verbum est, quod plerumque ex opposito accuratius definitur. Igitur non placet Ficini conversio: Id autem ex eo constat, quod parentes Erotis a nullo vel poëta vel alio quovis descripti sunt. Nec prosarium scriptorem cum Stallb. interpretari velim *ἰδιώτης* vocem. Antiquiores enim philosophi, ut Parmenidis exemplo docemur, prosa oratione non usi sunt, cfr. Olympiod. ad Phaedon. p. 65. B. *ποιητὰς λέγει* (sc. *ὁ Πλάτων*) *Παρμενίδην, Ἐμπεδοκλέα, Ἐπίχαρμον. οὗτοι γὰρ κ. τ. λ.* Consentaneum est autem, philosophos et poëtas ibi tangi, non poëtas et prosarios scriptores, ubi in Erotis originem inquiritur. Convertit Schleierm.: von irgend einem Dichter oder andern Erzähler. Exempla si quaeris *ἰδιώτης* vocis ex opposito explicandae, legitur infra p. 178. D. *οὔτε πόλιν οὔτε ἰδιώτην* h. e. weder ein ganzer Staat noch ein einzelner Bürger. Prot. p. 322. C. *εἰς ἔχων ἰατρικὴν πολλοῖς ἱκανὸς ἰδιώταις κ. τ. λ.*

φησὶ μετὰ τὸ χάος — *καὶ Ἔρωτα.* Haec verba quoniam cum antecedentibus nullo modo consociari possunt, Heindorf., quem Schleierm. secutus est, post *Ἡσίοδος* pronomen relativum *ὅς* ponendum censuit, Wolfius *φησὶ δή* scribendum existimavit. Heynius, Astius, alii, verba glossema censent, quod iudicium Rückertus probaret, si Socratis haec verba essent, non Phaedri hominis inepti. (?) Sed ipsum audi Rückertum: In Phaedri, inquit, oratione nihil decerno, *quae tota tam inepta est, ut si tollere velis omnia, quae displiceant, haud scio, an nullum versiculum sis incolumem habiturus.* (!?) — Plato poëtarum versus laudare solet duplici modo. Aut nudos versus affert, aut commemorat aliquid, quod idem in sequentibus versibus contineatur iisque comprobatur. Atque huius quidem rationis exemplum occurrit p. 195. D. *Ὅμηρος γὰρ Ἄτην θεόν τέ φησιν εἶναι καὶ ἁπαλήν· τοὺς γοῦν πόδας αὐτῆς ἁπαλοὺς εἶναι, λέγων*

Τῆς μέν θ' ἁπαλοὶ πόδες· οὐ γὰρ ἐπ' οὔδεος
Πίλναται, ἀλλ' ἄρα ἥ γε καθ' ἀνδρῶν κράατα βαίνει.

Prioris rationis exemplum est p. 197. C. Nusquam, quantum scio, poëtarum versus laudat ita, ut prolatis ipsis eorum prosariam explicationem addat. Fortasse cum Rückerto foedidam quandam Phaedri sedulitatem Platonem notaturum fuisse contendis. Audio,

Πρώτιστον μὲν Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων.

C *Ἡσιόδῳ δὲ καὶ Ἀκουσίλεως ὁμολογεῖ. οὕτω πολλαχόθεν*

neque probo tamen. Nam hoc certe negari nequit, Phaedrum recte loqui potuisse, ut non credibile sit, eundem hoc loco balbutientium instar locutum esse. Scribendum videtur esse:

ἀλλ' Ἡσίοδος πρῶτον μὲν χάος φησὶ γενέσθαι
αὐτὰρ ἔπειτα φησὶ
γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
ἠδ' Ἔρος.

Repetitum *φησίν* est, quo magis pateret, ab obliqua oratione ad ipsa poëtae verba transiri. Factum autem videtur esse casu quodam, ut *φησίν* a sede sua in eo loco, quo id codd. exhibent, collocaretur, ubi ansam dedit nescio cui sciolo Hesiodeos versus prosaria oratione explicandi. De *φησί* verba ipsa poëtae indicante cfr. p. 177. A. *Φαῖδρος γὰρ ἐκάστοτε πρός με ἀγανακτῶν λέγει· οὐ δεινόν, φησιν κ.τ.λ.* Adde p. 202. C. *καὶ ἐγὼ εἶπον, πῶς τοῦτο, ἔφην, λέγεις.* Alcib. II, p. 142. c. 8. *λέγει δέ πως ὠδί· Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλά, φησι, καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις ἄμμι δίδου, τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλάξειν κελεύει.*

Παρμενίδης δὲ — πάντων. Haec quoque verba sunt, qui expungenda censeant. Omisit ea cum superioribus *φησὶ μετὰ τὸ χάος δύο τούτω γενέσθαι, γῆν τε καὶ Ἔρωτα*, Stob. in Eclog. phys. I. p. 154. Verba sanissima esse iam colligere possis e praecedentibus verbis *οὐδὲ ἰδιώτου οὔτε ποιητοῦ*, quibus commemoratis et poëtarum et philosophorum certe unum exemplum laudari debebat; si Hesiodum solum Phaedrus laudare volebat, philosophorum mentionem facere non debebat. Verba sanissima esse etiam e rectius explicato *Γενέσεως* verbo patebit. Sic statuo: Duae sunt in Mythologia Graecorum Veneres, quarum altera maior, altera minor aetate. Atque minor quidem dea, *Ἀφροδίτης* nomine insignita, a poëtis celebrabatur, a populo colebatur. Maior natu dea, quam numen rectius voces, iis tantummodo nota erat, qui omne studium in cognoscendis rerum causis ponebant, h. e. viris philosophicis. Factum autem videtur philosophorum inter se dissentientium industria, ut plus minus divinae dignitatis dea maior natu particeps haberetur, et cum vario modo spectaretur, ne certo quidem nomine insigniretur. *Γένεσιν* eam vocarunt, et *Φιλίαν*, et *Χάος*; neque, qui fons est magnae confusionis, ab *Ἀφροδίτης* nomine abstinuerunt, quin maiori illi deae interdum attribuerent. Sic Plutarch. Erot. p. 756. F. *Ἀφροδίτην* posuit pro *Γενέσει*, sed addita *ἔργων* voce, qua nominis mutatio satis excusatur: *διὸ Παρμενίδης μὲν ἀποφαίνει τὸν Ἔρωτα τῶν Ἀφροδίτης ἔργων πρεσβύτατον ἐν τῇ κοσμογραφίᾳ γράφων· πρώτιστον μὲν Ἔρωτα κ. τ. λ. Γένεσιν* autem Parmenidei versus subiectum esse, etiam Aristotelis verbis probatur Metaph. 1. 4. *καὶ γὰρ οὗτος* (sc. *Παρμε-*

ὁμολογεῖται ὁ Ἔρως ἐν τοῖς πρεσβύτατος εἶναι. πρεσβύτατος δὲ ὢν μεγίστων ἀγαθῶν ἡμῖν αἴτιός ἐστιν. οὐ

νίδης) καταδεικνύων τὴν τοῦ παντὸς γένεσιν· πρώτιστον μέν, φησίν, Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων. Notasset enim, si revera abesset, subiecti absentiam philosophus. Satis notus autem Graecismus est, quo dicitur τὴν Γένεσιν λέγει· πρώτιστον κ. τ. λ. pro λέγει· πρώτιστον μὲν ἡ Γένεσις Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων. Iam patere opinor, Hesiodeos versus cum Parmenidis testimonio optime convenire. Nam quod Χάος apud illum est, Γένεσις Parmenidi vocatur. Igitur nullo modo probanda est ea explicandi ratio, qua Phaedrus callide dicitur subiectum versiculi reticuisse, ne quod testimonium pro sua sententia afferat, quod idem contra ipsum testari nimis manifestum sit. Verendum nimirum erat, ne quis convivarum, qui Parmenidis versum memoria teneret, erroris atque fraudis loquentem accusaret, aut, si non teneret, e vestigio subiectum rogaret. Ceterum quod terram simul Hesiodus commemorat, (videlicet ut esset, quo incedere Eros posset), id ei non officit, qui deorum antiquissimum Erotem probaturus est. Addere placet Simplicii ad Arist. Phys. p. 9. Γενέσεως definitionem. Indicat nimirum, Parmenidem habuisse θεῶν αἰτίαν δαίμονα ἐν μέσῳ πάντων, ἣ πάντα κυβερνᾷ, quam Ἀνάγκην s. Δίκην κληδοῦχον Stallb. minus accommodate interpretatur.

καὶ Ἀκουσίλεως ὁμολογεῖ. Suidas habet: Ἀκουσίλαος, Κάβα υἱός, Ἀργεῖος ἀπὸ Κερκάδος πόλεως, οὔσης Αὐλίδος πλησίον, ἱστορικὸς πρεσβύτατος· ἔγραφε δὲ γενεαλογίας ἐκ δέλτων χαλκῶν, ἃς λόγος εὑρεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ ὀρύξαντά τινα τόπον τῆς οἰκίας αὐτοῦ. Hinc de Clem. Alex. testimonio iudicabis, qui Strom. VI. p. 629. A. Acusilaum nihil nisi Theogoniam Hesiodeam in prosam orationem convertisse docet. Phaedrum Acusilai auctoritate temere usum esse contendit Stallb. Habet, inquit, hominis oratio, ut iam supra dictum est, nonnihil sophistici acuminis et tumoris. — Aliter nos, atque fecit Stallb., de Acusilai testimonio iudicamus. Videtur Acusilaus Argivus non Hesiodi solum mythos collegisse atque in prosam orationem convertisse, sed etiam aliorum poëtarum narrationes addidisse, ut fecisse constat omnes eos, qui Logographorum nomine insigniuntur. In tanta autem, quanta erat antiquitatis farrago mythorum, critica abhibita sedulo caverunt, ne discordia et inter se pugnantia colligerent. Fieri igitur poterat, ut Acusilaus interdum ab Hesiodo discreparet; igitur illius testimonio Phaedrus uti potuit satis commode. cfr. Otfried Müller in den Prolegg. zu einer wissenschaftlichen Mythologie p. 13.: Indessen hatten sie (die Logographen) zugleich die Absicht, die Mythen zu ordnen und in Zusammenhang zu bringen, worin ihnen auch schon die kyklischen und genealogischen Epiker vorangegangen waren. Bei diesem

γὰρ ἔγωγ' ἔχω εἰπεῖν ὅ τι μεῖζόν ἐστιν ἀγαθὸν [illegible]ύθυς νέῳ ὄντι ἢ ἐραστὴς χρηστὸς καὶ ἐραστῇ παιδικά. ὁ γὰρ

Ordnen mussten natürlich oft Mythen vorgezogen und aufgenommen, andere zurückgestellt und übergangen, es musste eine gewisse Kritik geübt werden. —

οὕτω πολλαχόθεν ὁμολογεῖται. Parmenidis versum delere dubitarunt interpretes non pauci ideo, quod ridiculum esset, solo Hesiodi et Acusilai testimonio laudato ita pergi: οὕτω πολλαχόθεν ὁμολογεῖται. Haec verba num excusabiliora censes testimoniis allatis tribus? Speciosius quam verius annotat ad h. l. Wolf.: Er braucht, wiewohl er nur drei Gewährsmänner angeführt hat, πολλαχόθεν, weil ein jeder von diesen das Haupt einer Sekte war, zu deren Grundsätzen sich eine Menge anderer bekannten. Quid tandem? Num ad Phaedri confugiendum est *sophisticum illum tumorem?* Non placet. Οὕτω seiungendum est a πολλαχόθεν verbo, non arctius cum eodem coniungendum, quod interpretes ad unum omnes fecisse video. Οὕτω est, ut alias saepissime, hac, qua dixi, ratione, hoc modo. Schleierm. verba convertit: Von so vielen Seiten her wird dem Eros zugestanden, unter die ältesten zu gehören. Phaedri haec potius mens est: Auf diese Weise wird noch von vielen andern zugestanden, dass Eros der allerälteste ist. Οὕτω vocis sic positae si exempla quaeris, cf. Plat. Menex. p. 240. A., ubi commemorata Persarum regum felicitate haec leguntur: αἱ δὲ γνῶμαι δεδουλωμέναι ἁπάντων ἀνθρώπων ἦσαν· οὕτω πολλὰ καὶ μεγάλα καὶ μάχιμα γένη καταδεδουλωμένη ἦν ἡ Περσῶν ἀρχή, h. e. hac ratione factum est, ut multae et magnae atque fortissimae olim nationes Persarum potestati subiicerentur. Adde Symp. p. 188. D. οὕτω πολλὴν καὶ μεγάλην, μᾶλλον δὲ πᾶσαν δύναμιν ἔχει ξυλλήβδην μὲν ὁ πᾶς Ἔρως, quo loco e sententiarum nexu patet, οὕτω esse hac ratione, hoc modo.

πρεσβύτατος δὲ ὢν μεγίστων ἀγαθῶν ἡμῖν αἴτιός ἐστιν. Ficini, ut videtur, horum verborum conversione motus: Cum vero talis sit, maximorum bonorum nobis est causa, Bastius scribendum coniecit: πρὸς δὲ τούτῳ τῶν μεγίστων κ. τ. λ. Frustra. Transitur his verbis ab altera orationis parte ad alteram, h. e. ab aetatis ad beneficiorum commemorationem. Non omni ex parte Graecis verbis respondet conversio Stallb.: Quemadmodum autem est deorum antiquissimus, ita idem nobis est auctor maximorum bonorum. Est enim, quam ille non reddidit convertendo, species argumentationis verbis admixta, quam sophistarum sectatores captare solebant.

οὐ γὰρ ἔγωγ' — καὶ ἐραστῇ παιδικά. Rückertus ad h. l. annotat: Non accurate haec disposita sunt; quum enim esset dicendum: nullum est maius bonum homini,

χρὴ ἀνθρώποις ἡγεῖσθαι παντὸς τοῦ βίου τοῖς μέλλουσι καλῶς βιώσεσθαι, τοῦτο οὔτε ξυγγένεια οἷά τε ἐμποιεῖν

quam a prima iuventute probus amator, et postea amanti puer similis, sic eloquutus est, quasi utrumque ad verba *εὐθὺς νέῳ ὄντι* esset referendum. Quod fieri non potest, nec voluit cogitari orator. Notandum hoc duxi, sicut alia multa in hac oratione, quo magis fiat perspicuum, quam multis ea vitiis laboret in omnibus, quae ad sententias earumque cohaerentiam pertinent. Quod quum perspectum fuerit, qua cautione in textu talium locorum castigando utendum sit, plane intelligetur. — Cur de uno eodemque homine accipienda sint hoc loco, non de duobus hominibus mutuo amore se amplectentibus, *νέος* et *ἐραστής* verba, equidem caussam non video. Rückerto non rectius Schleierm. verba interpretatus est: Denn ich meines Theiles weiss nicht zu sagen, was ein grösseres Gut wäre für einen Jüngling, als gleich ein wohlmeinender Liebhaber oder (*καὶ*) dem Liebhaber ein Liebling.

Ad *παιδικά* repetendum interpretes censent *χρηστά*. Minus apte, ut videtur. Nam nihil melius esse iuveni quam probum amatorem, Phaedrus ita profert, ut iuveni opus esse indicet homine aliquo, cuius praeceptis et exemplo melior fiat. Non potest autem is, qui melior reddendus est, eius, qui meliorem reddit, h. q. amatoris epitheto ornari. Si igitur *χρηστός* nomen repetendum est, ad *ἐραστῇ* referendum est, non ad *παιδικά*. Ceterum Rückerto assentimur de structurae molestia querenti, qua et ad amatorem et ad amasium verba non referri non possint: *εὐθὺς νέῳ ὄντι*, de lectionis veritate non assentimur; sedulo enim cavendum est, ut nimio studio servandae alicuius lectionis ne iniusti simus atque vitia alicui imputemus, qui nulla commisit. Ne multis, scripsisse Plato videtur: *οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔχω εἰπεῖν, ὅτι μεῖζόν ἐστιν ἀγαθὸν εὐθὺς νέῳ ὄντι, ἢ ἐραστὴς χρηστὸς, καὶ ἐραστῇ*, (sc. *χρηστῷ*) *ἢ παιδικά*. Sententia verborum haec est: Denn ich kenne kein Gut, das einem gleich von den frühesten Jahren an dienlicher wäre, als ein verständiger Liebhaber, und das diesem (dem verständigen Liebhaber) dienlicher wäre, als ein Liebling.

ἀνθρώποις ἡγεῖσθαι. De *ἡγεῖσθαι* verbi structura vide sis Indices. Ceterum interpositis verbis pluribus a verbo, ad quod pertinet, seiunctum est *τοῖς μέλλουσι καλῶς βιώσεσθαι*, ut vis maior esset enuntiati. Sensus est: denn was den Menschen ein Leitstern sein muss des ganzen Lebens, nämlich denen, welche recht zu leben wünschen, cfr. p. 198. E. *τὸ δὲ ἄρα, ὡς ἔοικεν, οὐ τοῦτο ἦν τὸ καλῶς ἐπαινεῖν ὁτιοῦν κ. τ. λ.*, ad quem locum vid. ann. ad p. 202. C. *ἢ τολμήσαις ἄν τινα μὴ φάναι καλόν τε καὶ εὐδαίμονα θεῶν εἶναι;*

τοῦτο οὔτε ξυγγένεια κ. τ. λ. Pro *ξυγγένεια* Wyttenb. Epist. crit. p. 9. *εὐγένεια*

D οὕτω καλῶς οὔτε τιμαὶ οὔτε πλοῦτος οὔτ' ἄλλο οὐδὲν ὡς ἔρως. λέγω δὲ δὴ τί τοῦτο; τὴν ἐπὶ μὲν τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνην, ἐπὶ δὲ τοῖς καλοῖς φιλοτιμίαν. οὐ γὰρ ἔστιν ἄνευ τούτων οὔτε πόλιν οὔτε ἰδιώτην μεγάλα καὶ καλὰ ἔργα ἐξεργάζεσθαι. φημὶ τοίνυν ἐγὼ ἄνδρα ὅστις ἐρᾷ,

scribendum coniecit, quod fuerunt, quibus magnopere placeret. Stallb. ξυγγένειαν gratiam esse contendit et auctoritatem, qua quis propter hominum potentium affinitatem apud alios valeat. Rectioris explicationis gloriolam mihi praereptam vides a Rückerto, qui ξυγγένειαν de ipsis necessariis accipit, de eorum disciplina, maxime autem de pudore, quo horum cogitatio iuvenem afficiat. Dicit enim, Rückertus ait, in sequentibus, nec matris nec patris tantopere, si quid peccet, pudere, quam eius, quem amet, pariterque amatum amatoris. Conferri iubet praeterea Legg. I. p. 627. C. νικώντων μὲν τῶν πονηρῶν ἥ τε οἰκία καὶ ἡ ξυγγένεια αὕτη πᾶσα ἧττων ἑαυτῆς λέγοιτ' ἄν. V. p. 320. B. πόλιν τε καὶ φίλους καὶ ξυγγένειαν. Adde Alcib. I. p. 105. cap. V. καὶ οὔτ' ἐπίτροπος οὔτε συγγενὴς οὔτε ἄλλος οὐδεὶς ἱκανὸς παραδοῦναι τὴν δύναμιν κ. τ. λ. Restat, ut de verbis dicamus οὕτω καλῶς, quae a viris quibusdam impugnata sunt ac permutata. Reyndersius nimirum pro οὕτω καλῶς scribendum censuit οὔτε κάλλος infarcto ante ἐμποιεῖν verbo οὕτως. Iacobsius legendum proposuit: ἐμποιεῖν οὕτως, οὔτε κάλλος κ. τ. λ. Οὕτω καλῶς verba Phaedrus addidit, ut indicaret, aliquid conferre ad corrigendos mores tum parentum admonitiones tum honorum divitiarumque futuram possessionem: sed his maiorem esse atque validiorem amorem. Igitur mutationi non locus est, neque satisfacit Stallb. dicens: quamquam pulcritudinis mentio in talibus frequens est, tamen non ita necessaria videtur, ut libris invitis aliquid inferciendum sit, praesertim quum addantur haec: οὔτ' ἄλλο οὐδέν, quibus verbis cetera, quae vulgo bona habentur, significari manifestum est. — Verbis οὔτ' ἄλλο οὐδέν amicorum favor, gloriolae dulcedo, alia hoc genus subintelligi possunt, pulcritudo non potest. Patet enim, non nisi de bonis sermonem esse, quae recto vitae modo servantur augenturque, cadunt malo. Pulcritudo autem non metuendum est, ne malefactis imminuatur; igitur ea non movetur, qui pulcher est et malus, malos mores ut corrigat. Igitur ab hoc loco pulcritudinis commemoratio alienissima est. Bene Ficinus: haec autem nobis neque genus neque divitiae neque honores praestare citius ac melius quam amor possunt.

λέγω δὲ δὴ τί τοῦτο; Scriptum est in aliquot codicibus: λέγω δὲ δή τι τοῦτο, quod Bastius recepit. Iniuria. Sententia enim foret nostro loco minime conveniens: Num est aliquid id, quod dico?

εἴ τι αἰσχρὸν ποιῶν κατάδηλος γίγνοιτο ἢ πάσχων ὑπό του, δι' ἀνανδρίαν μὴ ἀμυνόμενος, οὔτ' ἂν ὑπὸ πατρὸς ὀφθέντα οὕτως ἀλγῆσαι οὔτε ὑπὸ ἑταίρων οὔτε ὑπ' ἄλλου οὐδενὸς ὡς ὑπὸ παιδικῶν. ταὐτὸν δὲ τοῦτο καὶ E *τὸν ἐρώμενον ὁρῶμεν, ὅτι διαφερόντως τοὺς ἐραστὰς*

aut demto interrogandi signo: Est autem revera aliquid, quod dico. Sexcenties apud Platonem reperies mediae orationi interrogationes interseminatas, quibus efficitur, ut ad rem, quae proferatur, lectores attentiores reddantur. Vid. Ast. ad Plat. de legg. p. 29. Heusd. spec. crit. p. 87. cfr. Sympos. p. 206. E. *πάνυ μὲν οὖν, ἔφη· τί δὴ οὖν τῆς γεννήσεως;* Ceterum Stallb. haec verba explicat: *τί δὲ δὴ τοῦτό ἐστιν, ὃ λέγω.* Commodior videtur explicatio haec, ut, cum primitus dicatur *λέγω δὴ τοῦτο*, interposito interrogandi verbo *τί*, verba illa immutata maneant *λέγω δὴ — τί — τοῦτο.* Ad huius dictionis exemplar verba Phaedon. p. 73. C. emendanda sunt: *ἆρ' οὖν καὶ τόδε ὁμολογοῦμεν, ὅταν ἐπιστήμη παραγίγνηται τρόπῳ τοιούτῳ, ἀνάμνησιν εἶναι; λέγω δὲ τινα τρόπον τοῦτον.* In codd. aliquot bonae notae *τίνα* pro *τινα* reperitur. Stallb. scribendum vidit esse *λέγω δὲ τίνα τρόπον; τοῦτον.*, neque tamen ipse sibi satisfecit. In verbis, quae interrogationi praecedunt, cave credas, *τρόπον* verbum ita positum esse, ut quod in sequente interrogatione explicandum proponatur. Scripsisset enim Plato, hoc si efficere voluisset, *λέγω δὲ τρόπον τίνα τοῦτον;* Scripsisse videtur autem: *λέγω δὲ τίνα τρόπον τοῦτο;* sc. *τὸ ἀνάμνησιν εἶναι τὸ ἐπιστήμην παραγίγνεσθαι.*

φημὶ τοίνυν ἐγώ. h. e. Meine Meinung ist also nun. Quae brevius ante dicta erant, ea nunc a Phaedro referuntur explicatius. In sequentibus cum Astio et Rückerto comma ponendum curavimus post *ὑπό του*, ut *δι' ἀνανδρίαν* artius cum *μὴ ἀμυνόμενος* coniungendum esse indicetur. Verba *οὔτ' ἂν ὑπὸ πατρὸς ὀφθέντα* Rückerti explicationem *ἐυγγένειαν* praecedentis confirmant.

μὴ ἀμυνόμενος. Nam viri fortis esse putabatur iniuriam acceptam ulcisci et punire. Stallb.

ταὐτὸν δὲ τοῦτο. Duplicem structuram haec verba admittunt. Aut enim absolute posita cogitari possunt, aut ab insequente *ὁρῶμεν* apta. Prior explicandi ratio rectior. Sed audi Stallb. annotantem ad hunc locum: In his, inquit, *ταὐτὸν τοῦτο* absolute positum est. Cf. Phileb. p. 37. D. *μῶν οὐκ ὀρθὴν μὲν δόξαν ἐροῦμεν, ἂν ὀρθότητα ἴσχῃ, ταὐτὸν δὲ ἡδονῇ;* ubi *ταὐτὸν δέ* absolute accipiendum: pariterque voluptatem. Gratyl. p. 404. E. *ταὐτὸν δὲ καὶ περὶ τὸν Ἀπόλλω.* Protagor. p. 344. D. *καὶ γεωργὸν καλεπὴ ὥρα ἐπελθοῦσα ἀμήχανον ἂν ᾖ καὶ ἰατρὸν ταὐτὰ ταῦτα.* Menon. p. 90. D.

αἰσχύνεται, ὅταν ὀφθῇ ἐν αἰσχρῷ τινι ὤν. εἰ οὖν μηχανή τις γένοιτο, ὥστε πόλιν γενέσθαι ἢ στρατόπεδον ἐραστῶν τε καὶ παιδικῶν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ἄμεινον οἰκήσειαν τὴν ἑαυτῶν ἢ ἀπεχόμενοι πάντων τῶν αἰσχρῶν
179 καὶ φιλοτιμούμενοι πρὸς ἀλλήλους. καὶ μαχόμενοί γ' ἂν

οὐκοῦν καὶ περὶ αὐλήσεως καὶ τῶν ἄλλων ταὐτὰ ταῦτα πολλὴ ἄνοιά ἐστιν, βουλομένους κ.τ.λ. Demosth. Midian. p. 526. extr. ed. Reisk. ἔπειθ' ὁ πληγεὶς ἐκεῖνος ὑπὸ τοῦ Πολυζήλου ταὐτὸ τοῦτο ἰδίᾳ διαλυσάμενος — οὐδ' εἰσήγαγε τὸν Πολύζηλον. Loquendi genus tum alibi, tum hoc loco viros doctos fefellit.

ἐν αἰσχρῷ τινι ὤν. Ἐν α. τ. εἶναι est defixum esse in re turpi, versunken sein im Bösen, im Argen sein; hoc dicendi genus breviloquentia quaedam est, supplendumque mente verbum est, quod cum ἐν praepositione commode consocietur. Pro ἐν αἰσχρῷ τινι ὤν primitus dixisse videntur Graeci ἐν αἰσχρῷ τινι κείμενος, ut ἐν βορβόρῳ κείσεται legitur Pl. Phaed. p. 69. C. De similibus dicendi formis: ἐν οἴνῳ εἶναι, ἐν τῇ τέχνῃ εἶναι, ἐν ποιήσει γίγνεσθαι al. vide Matth. Gramm. plen. §. 577, p. 1140.

εἰ οὖν μηχανή τις γένοιτο. Sensus est: Wenn es sich nun machen liesse, dass ein Staat entstünde oder eine Kriegsgesellenschaft aus Liebhabern und Lieblingen, so könnten sie ihren Staat nicht besser verwalten, als wenn sie sich alles Hässlichen enthielten und einer den andern zum Besten aufmunterte. His verbis aliquid inesse videtur, quod minus cum sententiae ratione conveniat. Etenim civitatem non melius administrari posse, quam si a turpibus abstineant cives, bonis studeant, hoc non tam in amantes et amasios cadit, quam in homines universos. Debebat potius ita loqui Phaedrus: neminem, si civitas existeret amantium, melius civitatem administraturum esse, quam amantes. Non dubium est, quin vitium verba contraxerint, quod ubi lateat, quis audeat, codicibus tacentibus, fidenter dicere? Videtur nobis ἄμεινον vox tanquam scioli additamentum expungenda esse, qua deleta verba convertenda sint: Wenn nun ein Staat von Liebenden und Geliebten entstünde: so könnten diese denselben gar nicht anders verwalten, als so, dass sie das Hässliche verabscheueten und das Gute mit gemeinsamer Anstrengung zu vollbringen suchten. Iam admireris licet mutui amoris utilitatem. Ut enim nunc in civitatibus multa pessime geruntur, turpia laudantur, honesta expelluntur, ita in civitate ex amantibus composita Eros efficeret, ut cives ne possent quidem male aliquid agere, sed ut optime h. e. malarum rerum fuga, bonarum studio, civitatem administrarent.

μετ' ἀλλήλων οἱ τοιοῦτοι νικῷεν ἄν, ὀλίγοι ὄντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντας ἀνθρώπους. ἐρῶν γὰρ ἀνὴρ ὑπὸ παιδικῶν ὀφθῆναι ἢ λιπὼν τάξιν ἢ ὅπλα ἀποβαλὼν ἧττον ἂν δήπου δέξαιτο ἢ ὑπὸ πάντων τῶν ἄλλων, καὶ πρὸ τούτου τεθνάναι ἂν πολλάκις ἕλοιτο· καὶ μὴν ἐγ-

καὶ μαχόμενοί γ'. Haec propter antecedens ἢ στρατόπεδον adiiciuntur, quo effectum etiam est, ut in praecedentibus additum habeas τὴν ἑαυτῶν; nam verbis his non opus erat, si alio loco posuisset aut prorsus omisisset ἢ στρατόπεδον verba scriptor. Ceterum certam quandam ἑταιρίαν Phaedrum in mente habuisse, v. c. sacram Thebanorum cohortem, haud credibile est propterea, quod antecedit εἰ οὖν μηχανή τις γένοιτο. Significant autem haec verba, poni, aliquid fieri posse, quod revera aut nequeat fieri aut quod adhuc factum non sit

ὡς ἔπος εἰπεῖν. Phaedrus ne nimius in laudando videatur esse dicens, paucos facile superaturos esse homines omnes, ὡς ἔπος εἰπεῖν addit, quibus verbis vis iudicii paullisper imminutur. Pertinent autem non solum ad πάντας ἀνθρώπους, ut Stallb. iudicantam video, sed etiam ad ὀλίγους, ut alteri verbo addatur aliquid, alteri dematur. Vide quae de ὡς ἔπος εἰπεῖν verbis annotata sunt ad p. 215. D.

λιπὼν — ἀποβαλών. Nam λειποταξία turpissima habebatur. Lex Attica, cuius meminit Lysias Or. κατὰ Φίλωνος δοκιμασίας T. V. p. 887. ed. Reisk. et Demosth. adv. Neaer. T. II. p. 1353. τὸν λιπόντα τὴν τάξιν ἀπέχεσθαι ἀγορᾶς μήτε στεφανοῦσθαι μήτ' εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ. Nec minor erat infamia eorum, qui arma turpiter abiecissent: de qua re fuse disputavit Klotz. ad Tyrt. 1, 10, 27. cfr. de Rep. V. p. 468. B., de Legg. XII. p. 945. Stallb. Adde Arist. de Morib. V. 8. προστάττει ὁ νόμος, καὶ τὰ τοῦ ἀνδρείου ἔργα ποιεῖν, οἷον μὴ λείπειν τὴν τάξιν, μηδὲ φεύγειν, μηδὲ ῥίπτειν τὰ ὅπλα.

ἢ ὑπὸ πάντων τῶν ἄλλων. Πάντες οἱ ἄλλοι inprimis parentes sunt, fratres, amici, vide ann. ad p. 178. C. τοῦτο οὔτε ξυγγένεια οἷά τε ἐμποιεῖν οὕτω καλῶς οὔτε τιμαὶ οὔτε πλοῦτος — ὡς ἔρως. — Πρὸ τούτου sc. πρὸ τοῦ ὀφθῆναι ὑπὸ παιδικῶν.

τεθνάναι ἂν πολλάκις. Schleierm. convertit: und dafür würde er lieber oftmals sterben wollen. Graeci ut nos: und dafür würde er lieber hundert Mal todt sein wollen. Videlicet adeo invisum omnibus est τὸ ἀποθνήσκειν, ut pro eo Graeci τεθνάναι dixerint, nostrates dicant todt sein. Huius temporis usus ita invaluit, ut id adhiberent Graeci etiam, ubi proprie praesens tempus ponendum erat. Sic Criton. init. legitur: ἢ τὸ πλοῖον ἀφῖκται, οὗ δεῖ ἀφικομένου τεθνάναι με. Vide Stallb. annot. ad Apol. Socr. p.

καταλιπεῖν γε τὰ παιδικὰ ἢ μὴ βοηθῆσαι κινδυνεύοντι — οὐδεὶς οὕτω κακὸς, ὄντινα οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Ἔρως ἔνθεον ποιήσειε πρὸς ἀρετὴν, ὥστε ὅμοιον εἶναι τῷ
B ἀρίστῳ φύσει. καὶ ἀτεχνῶς, ὃ ἔφη Ὅμηρος, μένος ἐμπνεῦσαι ἐνίοις τῶν ἡρώων τὸν θεὸν, τοῦτο ὁ Ἔρως τοῖς ἐρῶσι παρέχει γιγνόμενον παρ' αὐτοῦ.

80. B. Igitur non assentiendum Buttmanno in Gramm. plen. §. 114. p. 151. „Das Streben nach Nachdruck hat den Perfektbegriff als entschiedener und gewisser lautend an die Stelle des Praesens gebracht.“

καὶ μὴν ἐγκαταλιπεῖν γε. Non sine magna animi commotione haec a Phaedro proferuntur, qui vix cogitari nedum fieri posse contendit, ut amator aut deserat amasium, aut periclitanti auxilium non ferat. Hac commotione animi, quam indignationem vocare possis, factum est, ut aposiopesis orta sit, quam oculis legentium addita lineola indicavimus. Non aliter Astius in annot. ad Convers. Symposii p. 279.: Der Text ist unverderbt; καὶ μὴν — γέ ist ja auch, d. h. in diesem Zusammenhange vollends, und die abgebrochene Rede, die mit einem allgemeinen Satze endet (οὐδεὶς οὕτω κακὸς κ. τ. λ.) charakterisirt treffend den Phaedros als leidenschaftlichen Erotiker, den der Gedanke, dass der Liebhaber den Geliebten verlassen und ihm in der Gefahr nicht beistehen sollte, empört und fast ausser sich setzt. Ceterum καὶ μὴν — γέ particulas Astius, ut modo indicavimus, vollends, Schleierm. gar, converterunt. Apta nobis visa est ad Phaedri exprimendum ardorem utriusque vocis coniunctio, ut verba convertenda sint: Vollends gar den Liebling im Stiche lassen, oder ihm nicht beispringen in der Noth. — cfr. Symp. p. 196. C. καὶ μὴν εἴς γε ἀνδρείαν Ἔρωτι οὐδὲ Ἄρης ἀντίσταται. Alia ratio est particularum p. 202. B. καὶ μὴν, ἦν δ' ἐγὼ, ὁμολογεῖταί γε παρὰ πάντων μέγας θεὸς εἶναι, ad quae verba vide annot.

κινδυνεύοντι sc. αὐτῷ. Nimirum παιδικά verbum non nisi unum amasium significat. Laudat Rückert. Phaedr. p. 239. A. οὔτε δὴ κρεῖττω οὔτε ἰσούμενον ἐκὼν ἐραστὴς παιδικὰ ἀνέξεται, ἧττω δὲ καὶ ὑποδεέστερον ἀεὶ ἀπεργάσεται. Phaedr. p. 240. A. ἔτι τοίνυν ἄγαμον, ἄπαιδα, ἄοικον ὅτι πλεῖστον χρόνον παιδικὰ ἐραστὴς εὔξαιτο ἂν γενέσθαι. Vide sis de generis mutatione Theaet. p. 146. B. ἀλλὰ τῶν μειρακίων τινὰ κέλευέ σοι ἀποκρίνεσθαι. Prot. 315. D. τὴν δ' οὖν ἰδέαν πάνυ καλός, ubi μειράκιον praecedit.

αὐτὸς ὁ Ἔρως. Phaedrus neminem adeo mala indole censet esse, quin ab ipso Erote ad virtutem propelli possit. Quaeritur, quid sibi velit αὐτός pronomen hoc loco? Fischerus commode explicari censet, si opposita existimentur praecepta virtutis, leges, educatio atque quae

Cap. VII.

Καὶ μὴν ὑπεραποθνήσκειν γε μόνοι ἐθέλουσιν οἱ ἐρῶντες, οὐ μόνον ὅτι ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες.

praeterea ad virtutem adducere possint. Hac explicandi ratione num minus otiosum pronomen censes? Stallbaumio visum est ita frigere, ut corruptum censeret atque in οὕτως immutandum; verba convertit idem: Nemo adeo malus est, quem Amor non possit tanto incendere virtutis studio, ut vel optimo nihil cedat. Sed ipsi huic sententiae inest, quod admodum displiceat, Amatorem amasium periclitantem deserere posse Phaedrus praefracte negavit. Eius rei argumentum num credibile est eundem Phaedrum hoc addidisse: Nemo adeo malus est, quem non possit Amor tanto incendere virtutis studio, ut vel optimo nihil cedat? Dicendum potius erat: neminem adeo malum esse, quem Amor non revera incendat. Nihil mutandum est, et omnia bene habent. Abstractum pro concreto positum est, h. e., dei nomen pro re, cui ille praepositus est. Sensus est verborum: Nemo, qui amat, adeo mala indole praeditus est, quin ipso amore suo fortissimus fiat atque iis simillimus, qui optima indole gaudent fortissimique sunt non amore, sed natura ad virtutem ducente. Annotat Rückertus ad h. l.: αὐτὸς ὁ Ἔρως, ipse Amor, h. e, hoc ipsum, quod amat, etiamsi sit alioquin ignavus. Virum doctiss. in huius loci rectiore explicatione nobiscum consentire magno cum gaudio vidimus. Ceterum monemur hoc loco de verbis Alcib. II. p. 138. B.: Οὐκοῦν δοκεῖ σοι πολλῆς προμηθείας γε προσδεῖσθαι, ὅπως μὴ λήσει τις αὐτὸν εὐχόμενος μεγάλα κακὰ, δοκῶν δ' ἀγαθά; οἱ δὲ θεοὶ τύχωσιν ἐν ταύτῃ ὄντες τῇ ἕξει, ἐν ᾗ διδόασιν αὐτοὶ ἃ τις εὐχόμενος τυγχάνει; Frustra Buttm. ad h. l. libenter, inquit, carerem voce αὐτοί. — Sensus est: Nonne igitur magna cautione tibi opus esse videtur, ne forte aliquis bona precari opinatus, maxima mala sibi expetat? diique ita morati sint, ut qui ipsi, h. e., nullis precibus moti, faciles, mittant, quod quis sibi expetat?

ὃ ἔφη Ὅμηρος. Laudavit Fisch. ad h. l. Hom. Il. κ. 482. τῷ δ' ἔμπνευσε μένος γλαυκῶπις Ἀθήνη. et Il. ο, 262. ὡς εἰπὼν ἔμπνευσε μένος μέγα ποιμένι λαῶν. In sequentibus Orell. ad Isocr. Or. περὶ ἀντιδ. p. 325. ob praecedens ἐνίοις τῶν ἡρώων scribendum coniecit τοῖς ἐρῶσί πᾶσί παρέχει. Frustra. Non enim quaeritur, utrum omnibus an paucis quibusdam hoc praestet Eros, ut fortes fiant, sed de ratione agitur, qua ad virtutem amantes impellantur. Neque verum est, omnes amatores ad virtutem impelli Amore. Nam etiam ii amant, qui natura fortissimi sunt,

τούτου δὲ καὶ ἡ Πελίου θυγάτηρ Ἄλκηστις ἱκανὴν μαρ-

ut illo Erotis impetu facile indigeant.

γιγνόμενον παρ' αὐτοῦ. Omisit haec verba Schleierm. in conversione: Ja gewiss was Homeros sagt, dass einige der Helden ein Gott mit Muth beseelte, das leistet Eros den Liebenden. Neque aliter Ficinus: hoc Amor amantibus efficit. Verba non otiosa sunt, indicant enim, eam vim esse atque potestatem αὐτοῦ τοῦ ἔρωτος, ut ignavos virtute augeat. Pertinent autem ad praecedens τοῦτο, a qua voce scriptor eadem seiunxit, ut eorum vim augeret, vid. ad. p. 178. C. ὁ γὰρ χρὴ ἀνθρώποις ἡγεῖσθαι παντὸς τοῦ βίου τοῖς μέλλουσι καλῶς βιώσεσθαι. Adde Pl. Cratyl. p. 423. fin. εἴ τις αὐτὸ τοῦτο μιμεῖσθαι δύναιτο, ἑκάστου τὴν οὐσίαν h. e. wenn jemand es selbst nachahmen könnte, ich meine, die Wesenheit von iedem. Convertenda verba nostra sunt: Das gewährt Eros den Liebenden, und zwar unmittelbar aus sich.

καὶ μὴν ὑπεραποθνήσκειν γε. De καὶ μὴν — γέ particularum potestate supra dictum est ad p. 64. Solent eaedem adhiberi, ubi commemoratur, quod aut praeter exspectationem accidit, aut quod fidem superat hominum, aut in rebus summae gravitatis. Apprime igitur commotiori animo conveniunt Phaedri, qui has maluit, quam consequentiae particulas adhibere, quarum usum orationis conformatio flagitare videtur. Debebat nimirum Phaedrus, laudata Erotis vi, sic pergere proprie: Hinc fieri solet plerumque, ut soli amantes ...

ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες. Hanc lectionem, quam verissimam ducimus, Clark. exhibet aliique codd. non pauci. Satis notum est, Graecos substantivis duobus, quae pariter definita atque per οὐ μόνον — ἀλλὰ καὶ, οὐχ ὅτι — ἀλλὰ καὶ sim. coniuncta sunt, aut addere articulum duplicem, aut demere. Sic in Protag. p. 342. D. legitur: εἰσὶ δὲ ἐν ταύταις ταῖς πόλεσιν οὐ μόνον ἄνδρες ἐπὶ παιδεύσει μέγα φρονοῦντες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες h. e. ut viri, ita mulieres .... scribere etiam potuisset Plato nullo sententiae discrimine οὐ μόνον οἱ ἄνδρες — ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες. Xenoph. Mem. II. 9. 8. οὐχ ὅτι μόνος ὁ Κρίτων ἐν ἡσυχίᾳ ἦν, ἀλλὰ καὶ οἱ φίλοι αὐτοῦ. Ad huiusmodi exempla H. Stephanus respiciens, cum legeret ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες, nostrum locum hoc modo emendandum censuit: οὐ μόνον οἱ ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες, qua coniectura sanissimus locus corrumpitur manifesto. Sive addis sive demis in huiusmodi locutionibus duplicem articulum, eiusdem dignitatis, pretii, ponderis substantiva esse indicantur, quae per οὐ μόνον, οὐχ ὅτι — ἀλλὰ καί coniunguntur. Sed quoniam feminae viris multo debiliores sunt, Phaedrus, quo gravius vim Erotis extolleret, feminarum nomen pondere praevalere hic voluit ita, ut non viri solum, sed quod mirere magis, feminae quoque dicantur voluntariam mortem oppetere. Hoc efficitur addito αἱ articulo. Eodem fere modo alteri substan-

τυρίαν παρέχεται ὑπὲρ τοῦδε τοῦ λόγου εἰς τοὺς Ἕλ-

tivo articulus additus est, omissus in altero Alcib. I. p. 104. B. cap. IV. *ἐὰν δ' ἐνθάδε μέγιστος ᾖς, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν· καὶ οὐ μόνον ἐν Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις, ὅσοι ἐν τῇ αὐτῇ ἡμῖν οἰκοῦσιν ἠπείρῳ.* Amplissimas terras barbaros habitare, satis notum erat eo tempore, quo Alcib. I. conscriptus est. Ut igitur regnandi cupido, qua Alcibiades teneretur, validius emineret, praecedentibus *ἐν Ἕλλησιν* verbis barbarorum nomini articulum scriptor adiunxit. Sensus est: Wenn du aber in Attica der grösste wärest, meintest du es auch unter den übrigen Griechen zu werden, und nicht allein unter Griechen, sondern was noch viel mehr sagen will, auch unter den Barbaren, so viel deren mit uns dasselbe Festland bewohnen. Adde Aelian. Var. H. II, 41. p. 181. ed. Abr. Gronov. *Κλειὼ, φασὶν, εἰς ἅμιλλαν ἰοῦσα οὐ γυναιξὶ μόναις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀνδράσι τοῖς συμπόταις δεινοτάτη πιεῖν ἦν καὶ ἐκράτει πάντων* h. e. Kleio, wird erzählt, konnte ausserordentlich trinken und wetteiferte hierin nicht blos mit Weibern, sondern, was weit mehr sagen will, mit Männern, die mit ihr dem Zechen ergeben waren, und übertraf sie.

τούτου — ὑπὲρ τοῦδε τοῦ λόγου. Schleierm. convertit: und dessen giebt uns schon Alkestis, die Tochter des Pelias, hinlänglichen Beweis für diese Wahrheit ... Recte V. D. verba servavit, quae frustra sunt, qui expungenda censent, Heind. ad Protag. p. 471. locum sic interpretatur: ut huic dicto fidem faciam. Heindorfio Stallbaumius assentitur. Rückertus ad h. l. Nos sic, inquit, statuimus, si Socratis haec oratio esset, intolerabile hoc additamentum nobis appariturum; quum Phaedri sit, ineptum quidem esse et languidissimum, attamen consulto posse a Platone adiectum esse.— Si scriptum exstaret *τοῦτο δὲ καὶ ἡ Πελίου θυγάτηρ κ. τ. λ.*, sedulo interpretes tantum non omnes annotarent: inceptae structurae Phaedrum oblitum esse; huiusmodi confusionis exempla plura reperiri; Platonem h. l. satis eleganter non praemeditatae orationis indicium edidisse. Ac possit sane commodius *τοῦτο* explicari, quam *τούτου*: sed etiam *τούτου* bene habet. Revocandum nimirum hoc dicendi genus est ad oratorum consuetudinem post apodosin praegressam protasin repetendi. Vide quae annotata sunt ad p. 186. B. Ut v. c. in Apol. Socr. p. 20. C. dicitur: *οὐ γὰρ δήπου σοῦγε οὐδὲν τῶν ἄλλων — περιττότερον πραγματευομένου, ἔπειτα τοσαύτη φήμη τε καὶ λόγος γέγονεν, εἰ μή τι ἔπραττες ἀλλοῖον ἢ οἱ πολλοί*, ita nostro loco quidni liceat oratori *τούτου* praecedens verbis interpositis pluribus ita repetere, ut simul accuratius definiat auctiusque exponat? Verba convertenda sunt: Hiervon giebt auch des Pelias Tocher, Alkestis, einen hinlänglichen Beweis über das eben Gesagte. Ceterum non nisi oratoribus, quorum interdum oratio altius exsurgit, neque vulgaribus prosae dictionis re-

ληνας; ἐθελήσασα μόνη ὑπὲρ τοῦ αὑτῆς ἀνδρὸς ἀπο-
C *θανεῖν, ὄντων αὐτῷ πατρός τε καὶ μητρός· οὓς ἐκείνη τοσοῦτον ὑπερεβάλετο τῇ φιλίᾳ διὰ τὸν Ἔρωτα, ὥστε ἀποδεῖξαι αὐτοὺς ἀλλοτρίους ὄντας τῷ υἱεῖ καὶ ὀνό-*

gulis tenetur, hoc loquendi genus largiendum, a ceteris scriptoribus prorsus seiungendum est.

Ἄλκηστις. Schol. ad h. l. *ἡ περὶ τῆς Ἀλκήστιδος ὑπόθεσις τοιαύτη τίς ἐστιν· Ἀπόλλων ᾐτήσατο παρὰ τῶν Μοιρῶν, ὅπως ὁ Ἄδμητος τελευτᾶν μέλλων παράσχῃ τὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἑκόντα τεθνηξόμενον, ἵνα ἴσον τῷ προτέρῳ χρόνον ζήσῃ· καὶ δὴ Ἄλκηστις ἡ γυνὴ τοῦ Ἀδμήτου ἐπέδωκεν ἑαυτήν, οὐδετέρου τῶν γονέων θελήσαντος ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἀποθανεῖν.* Stallbaumius laudat Senec. ad Helv. c. 17. Nobilitatur carminibus omnium, quae se pro coniuge vicariam dedit.

εἰς τοὺς Ἕλληνας. Vulgo ad sequentia haec verba trahuntur. Male. Pertinent ad praecedens *μαρτυρίαν*. Ceterum non assentimur Stallbaumio ad h. l. annotanti: Neque vero *εἰς* pro *ἐν* dictum putari debet, sed cum vi pro dativo positum est, ut Latine reddi possit coram. — Nimirum *εἰς* praepositio quoniam motum indicat ad finem quendam, cum verbo transitivo primitus coniuncta, id agit, ut h. l. actionem simul involvat eius, qui clarus esse dicitur. Sic *ἐπίσημος εἰς δῆμον* eum denotat, qui se clarum insignemque coram populo fecit, contra *ἐπίσημος ἐν δήμῳ* is est, quem clarum populus existimat atque laude dignum. Hinc intelliges, h. l. de actione Alcestis sermonem esse, quae non tam populi laudibus inclaruerit, quam voluntaria morte immortale virtutis testimonium ipsa populo dederit. Exempla si quaeris huius usus, e Stallbaumii penu depromam haec Menex. p 239. A, *πολλὰ δὲ καὶ καλὰ ἔργα ἀπεφήναντο εἰς πάντας ἀνθρώπους καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ*, ad quem locum vid. Engelh. annot. ed. p. 260. Protag. p. 312. A, *σὺ δὲ — οὐκ ἂν αἰσχύνοιο εἰς τοὺς Ἕλληνας αὑτὸν σοφιστὴν παρέχων;* Gorg. p. 526. C. *εἰς δὲ καὶ πάνυ ἐλλόγιμος γέγονε καὶ εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου*, quo loco *γέγονε* cum *εἰς* praepositione coniunctum est eodem modo, quo *διά* praepositio cum *συνεῖναι* verbo coniungitur p. 176. D. *ἡμᾶς δὲ διὰ λόγων ἀλλήλοις συνεῖναι* pro *ἡμᾶς δὲ διὰ λόγων διατριβὴν ποιεῖσθαι*. vid. ad p. 43. annot.

ἐθελήσασα μόνη. De *ἐθέλειν* potestate verbi dictum supra est ad p. 44. De re ipsa cf. Eurip. Alc. v. 15.

πάντας δ' ἐλέγξας καὶ διεξελθὼν φίλους
πατέρα γεραιὰν θ' ἣ σφ' ἔτικτε μητέρα,
οὐχ εὗρε πλὴν γυναικός, ἥτις ἤθελε
θανεῖν πρὸ κείνου.

τῇ φιλίᾳ διὰ Ἔρωτα. Perperam minuscula littera exhiberi solet *ἔρωτα*. Hoc enim amantibus Eros praebet idque

ματι μόνον προσήκοντας. καὶ τοῦτ' ἐργασαμένη τὸ ἔργον οὕτω καλὸν ἔδοξεν ἐργάσασθαι οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ θεοῖς, ὥστε πολλῶν πολλὰ καὶ καλὰ ἐργασαμένων εὐαριθμήτοις δή τισιν ἔδοσαν τοῦτο γέρας οἱ

quidem ex se profectum, ut soli mortalium alter pro altero voluntariam mortem oppetant, quod neque ἐυγγένεια efficere potest, ut Admeti exemplo docemur, neque honos et divitiae, quarum summam facultatem regi fuisse, quis negabit? Restat, ut de *φιλίᾳ* dicamus, quae vox non nisi feminis convenit et amasiis. *Ἐρᾶν* dicuntur omnes non feminae, sed viri, qui amant. Feminae contra, ut alias, ita in amore viris debiliores habitae, et amasii, aetate iuniores, quam amatores, *φιλοῦσι* tantummodo, capi se ac teneri patiuntur. Sic Antig. Sophocl. v. 523.

οὔ τοι συνέχθειν ἀλλὰ συμφιλεῖν ἔφυν·

Amasii *φιλίας* si requiris exemplum, p. 182. C. legitur *ὁ γὰρ Ἁρμοδίου φιλία βέβαιος γενομένη κατέλυσεν αὐτῶν τὴν ἀρχήν.* Adde p. 183. C. *καὶ τὸ ἐρᾶν καὶ τὸ φίλους γίγνεσθαι τοῖς ἐραστοῖς.* Amatoris esse τὸ *ἐρᾶν* patet e verbis p. 180. A. *Αἰσχύλος δὲ φλυαρεῖ φάσκων Ἀχιλλέα Πατρόκλου ἐρᾶν, ὃς ἦν καλλίων κ. τ. λ.*

ὥστε ἀποδεῖξαι αὐτοὺς ἀλλοτρίους. Ut ostenderet, illos a filio alienos esse et nomine tantum cognatos, h. e. ut efficeret, ut illi videntur tantum esse cognati, facta comparatione eius amoris, quem ipse illi probavisset, et cognatorum, qui noluissent pro eo mori. Stallb. Iuvat laudare Scolion incerti auctoris, quod in Iacobsii Anthol. Gr. T. I. p. 90. reperitur et quo iuvenis admonetur, ut non nisi forti amatori sese tradat:

Ἀδμήτου λόγον, ὦ 'ταῖρε, μαθὼν
[τοὺς] ἀγαθοὺς φίλει, [τῶν] δειλῶν δ' ἀπέχου
γνοὺς ὅτι δειλοῖς ὀλίγη χάρις.

τοῦτο γέρας. Articulum addiderunt Fischerus, Wolfius, Astius. Frustra. Τοῦτο subiectum est, *γέρας* praedicatum. cfr. Apol. Socrat. p. 18. A. *δικαστοῦ μὲν γὰρ αὕτη ἀρετή, ῥήτορος δὲ τἀληθῆ λέγειν.* Plat. de Legg. p. 683. B. *νῦν δὲ δὴ τετάρτη τις ἡμῖν αὕτη πόλις, εἰ δὲ βούλεσθε, ἔθνος ἥκει κατοικιζόμενον.* Ib. VIII. p. 829. D. *τοῦτο ἀποδιδόντων αὐτοῖς γέρας.* de rep. I. p. 331. D. *οὐκ ἄρα οὗτος ὅρος ἐστὶ δικαιοσύνης κ. τ. λ.*

ὥστε πολλῶν πολλὰ κ. τ. λ. Rursum habes oratoriae dictionis exemplum, quod ad prosae orationis leges h. e. ad logicen examinatum summopere displiceat. Scriptam enim exspectaveris: Atque hoc facinus cum patrasset, adeo pulcrum visum est non solum hominibus, sed etiam diis, ut, quod alias non nisi paucissimis, qui praeclaras res gessissent, tribuerent honoris loco, idem admirationem commoti facinoris huic concederent. Sed si sententiae

θεοὶ, ἐξ Ἅιδου πάλιν ἀνεῖναι τὴν ψυχὴν, ἄλλα τὴν ἐκεί-
D νης ἀνεῖσαν ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ. οὕτω καὶ θεοὶ τὴν
περὶ τὸν Ἔρωτα σπουδήν τε καὶ ἀρετὴν μάλιστα τιμῶσιν.

exprimendae ratio, quae Phaedro placuit, cum logicis regulis minus convenit, habet contra, e rhetorica arte rem si iudicas, quo se vehementer commendet auditoribus. Cave igitur, hoc loco quicquam mutandum censeas. Pro *εἰργασμένων*, quae vulgata lectio est, codd. melioris notae *ἐργασαμένων* habent, quod a Bekkero, Stallbaumio, aliis receptum est. Recte. Aoristicum enim tempus perfecto tempore multo aptius hoc loco.

ἀλλὰ τὴν ἐκείνης ἀνεῖσαν. Vulgo post *ἀλλά* legebatur *καί*, quam voculam ex XXII. codd. auctoritate recentiores editores omiserunt. Addidit autem eandem aliquis olim, ut loco mederetur, quem nos quoque corruptissimum censemus. Quid enim? Censent dixisse Phaedrum: Deos paucas quasdam animas ex Orco remisisse honoris loco, sed Alcestidem remisisse cum admiratione facinoris? Quid differunt inter se honoris loco et cum admiratione facinoris, remisisse et remisisse? Neque satisfacit Stallb. ad h. l. annotans: *Pondus huic sententiae addunt verba ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ, ut tota verborum comprehensio possit explicari sic:* Hoc facinus eius diis adeo probatum est, ut cum non nisi paucis quibusdam ex inferis redire concesserint, huic non solum tribuerint hoc beneficium, sed cum admiratione tantae animi magnitudinis concesserint. E duplice vitio locus laborat, sed facillima mutatione utrumque emendatur. Alterum vitium in *ἀνεῖναι* latet, pro quo *ἀνιέναι* scribendum est. Sensus est: Paucas animas pauci sunt dii ex Orco redire, sed Alcestidem ex Orco remiserunt. Alterum in *ἀγασθέντες* participio reperitur, quod, verissime annotante Ruhnkenio ad Tim. L. V. Pl. p. 9. si nostrum locum excipias, nusquam apud Platonem cum dativo coniunctum reperitur. Scriptum antiquitus erat *ἀνεῖσαναναγκασθέντες*. Syllaba ultima *ἀνεῖσαν* verbi cum sequens *αν* absorbuisset, editum esse videtur: *ἀνεῖσαν ἀγκασθέντες*, ex quo enatum est *ἀνεῖσαν ἀγασθέντες*. Haud absimili ratione Phaedon. p. 78. A. cum scripsisset Plato *ὅτι ἂν εὐκαιρότερον ἀναλίσκοιτε*, scribarum incuria exhibitum est *ἀνεγκαιρότερον* et *ἀναγκαιρότερον*. Serior manus at nostro loco *κ*, in hac forma *ρ* expunxit, habentque Bas. 2. Bodl. Tub. Venet. *ἀναγκαιότερον*. Ad nostrum locum ut revertar, sensus est verborum: Wenigen, die viel Schönes vollbracht hatten, gestatteten die Götter, um sie zu ehren, das, dass sie wieder ins Leben zurückkehren konnten, aber diese sendeten sie, gezwungen durch ihre herrliche That, an das Licht zurück. Ἀναγκασθέντες confirmari videtur schol. verbis: Ἡρακλέους ἐπιδημήσαντος ἐν

Ὀρφέα δὲ τὸν Οἰάγρου ἀτελῆ ἀπέπεμψαν ἐξ Ἅιδου, φάσμα δείξαντες τῆς γυναικὸς, ἐφ' ἣν ἦκεν, αὐτὴν δὲ οὐ δόντες, ὅτι μαλθακίζεσθαι ἐδόκει, ἅτε ὢν κιθαρῳδὸς,

τῇ Θετταλίᾳ διασώζεται βιασάμενον τοὺς χθονίους θεοὺς καὶ ἀφελομένου τὴν γυναῖκα. Nimirum Phaedrus hunc mythum pro consilii sui ratione interpretatus est ita, ut Alcestidis virtutem cum Herculea virtute compararet, alteramque alteri substitueret.

οὕτω καὶ θεοί. Convertit Schleierm.: So wollen auch die Götter den Eifer und die Tüchtigkeit in der Liebe vorzüglich ehren. Hoc foret *οὕτω καὶ οἱ θεοί*, sed nusquam articulus reperitur. Sensus est potius: Sic etiam ipsi dii summo honore virile studium amantium dignum censent.

Ὀρφέα δὲ τὸν Οἰάγρου. Stallb. annotat ad h. l.: Etiam in hac narratione de Orpheo quaedam insunt a vulgari fabula discrepantia, quae Phaedrus aut ipse pro consilii sui ratione immutavit aut repetiit ab iis, qui rem ita memoriae tradiderant, ut facile omnia possent accommodari praesenti disputationi. —

μάλιστα τιμῶσιν. nam, ut cum Terentio loquar, quod habuerunt summum, pretium persolverunt illi.

φάσμα δείξαντες τῆς γυναικός. Ovid. Metamorph. X. 50.

Hanc simul et legem Rhodopeïus accipit heros
Ne flectat retro sua lumina, donec Avernas
Exierit valles, aut irrita dona futura
Carpitur acclivus per muta silentia trames,
Arduus, obscurus, caligine densus opaca
Nec procul abfuerunt telluris margine summae.
Hic, ne deficeret, metuens, avidusque videndi
Flexit amans oculos: et protinus illa relapsa est
Brachiaque intendens, prendique et prendere captans
Nil nisi cedentes infelix arripit auras.

ἐφ' ἣν ἦκεν. Abest a codicibus longe plurimis, quod vulgo legitur *ἐκών* post *ἐφ' ἣν* positum. Qui factum sit, ut in textum irrepserit hoc verbum, aliis indagandum relinquo.

ἅτε ὢν κιθαρῳδός. Cithara non paucarum chordarum instrumentum nativa hormoniarum varietate aures audientium permulcere quidem putabatur, sed animorum robur paullatim infringere atque quasi colliquefacere. Igitur quod de arte tibicinum dicitur in Plat. Gorg. p. 501. E. *τὴν ἡδονὴν — μόνον διώκειν, ἄλλο δ' οὐδὲν φροντίζειν*, idem in citharam cadit. Qua cum usus esset in Orco Orpheus, Nasone teste Metamorph. 10, 41.

Exsangues flebant animae, nec Tantalus undam
Captavit refugam, stupuitque Ixionis orbis,
Nec carpsere iecur volucres, urnisque vacarunt
Belides, inque tuo sedisti, Sisyphe, saxo.

καὶ οὐ τολμᾶν ἕνεκα τοῦ Ἔρωτος ἀποθνήσκειν, ὥσπερ Ἄλκηστις, ἀλλὰ διαμηχανᾶσθαι ζῶν εἰσιέναι εἰς Ἅιδου. τοιγάρτοι διὰ ταῦτα δίκην αὐτῷ ἐπέθεσαν, καὶ ἐποίησαν τὸν θάνατον αὐτοῦ ὑπὸ γυναικῶν γενέσθαι, οὐχ ὥσπερ

Tum primum lacrymis victarum carmine fama est
Eumenidum maduisse genas, nec regia coniux
Sustinet oranti, nec qui regit ima, negare.

Igitur non mirum, μαλθακίζεσθαι visum esse eum, qui citharae adhibitis sonis alios delenire maluit, quam ipse fortis animi specimen edere atque ἕνεκα τοῦ Ἔρωτος mortem oppetere. Ceterum maiuscula littera Erotis nomen scribendum curavimus, nam ut supra p. 179. A. ὄντινα οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Ἔρως ἔνθεον ποιήσειε κ. τ. λ. abstractum pro concreto positum est, ita non intelligitur, cur non idem in nostrum etiam locum cadat.

εἰσιέναι εἰς Ἅιδου. Quoniam qui in Orcum se conferunt, e superiore loco in inferiorem descendunt, pro εἰσιέναι positum exspectaveris eundi verbum cum κατά praepositione coniunctum. Sed minus h. l.[1] regionis ratio habetur, quam versus proficiscuntur, qui Orcum appetunt, quam rei, quacum veteres Orcum comparare solebant. Petita nimirum a sepulcris imagine, quae aedes sunt mortuorum, ἐν Ἅιδου sc. δόμοις et εἰς Ἅιδου sc. δόμους dixerunt. Aedium autem notioni εἰσιέναι et ἐξιέναι verba apprime conveniunt. Igitur nostro loco nulla ratione habita regionis subterraneae εἰσιέναι dicitur εἰς Ἅιδου sc. δόμους. Simili ratione paullo supra legitur ἀτελῆ ἀπέπεμψαν ἐξ Ἅιδου sc. δόμων; contra p. 179. C. ἐξ Ἅιδου ἀνιέναι reperitur et ἀνεῖσαν sc. ἐξ Ἅιδου. Adde Plat. de rep. I. p. 327. κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ, et paullo infra προσευξάμενοι — ἀπῇμεν πρὸς τὸ ἄστυ.

τοιγάρτοι διὰ ταῦτα. Haec verba ita posita sunt, ut sive τοιγάρτοι sive διὰ ταῦτα omiseris, sententiae ratio prorsus non mutetur. Cave tamen prorsus otiosum alterutrum verbum existimes. Nimirum Graeci accuratiori alicuius rei indicio praemittere amant verbum latioris significationis, tum orationem ut expleant grata quadam ubertate verborum, tum, ut adsit, cui facilius sequentia annectantur. Verba convertenda sunt: Daher legten sie ihm denn also wegen dieser Schwäche eine Strafe auf. Idem dicendi genus paullo infra reperitur p. 184. A. οὕτω δὴ ὑπὸ ταύτης τῆς αἰτίας.

καὶ ἐποίησαν τὸν θάνατον. Nota vim τόν articuli, de qua supra dictum est ad p. 12. οὕτω δὴ ἰόντες ἅμα τοὺς λόγους περὶ αὐτῶν ἐποιούμεθα. Noluit dicere Phaedrus, deos morte poëtam puniisse, sed tantummodo effecisse, ut eo tempore, quo tempore Orpheo moriendum esset, poëta a mulieribus interficeretur. Rectissime Schleierm.: Deshalb haben sie ihm Strafe aufgelegt, und veranstaltet, dass sein Tod durch Weiber er-

Ἀχιλλέα τὸν τῆς Θέτιδος υἱὸν ἐτίμησαν καὶ εἰς μακάρων E
νήσους ἀπέπεμψαν, ὅτι πεπυσμένος παρὰ τῆς μητρὸς, ὡς ἀποθανοῖτο ἀποκτείνας Ἕκτορα, μὴ ποιήσας δὲ τοῦτο οἴκαδ' ἐλθὼν γηραιὸς τελευτήσοι, ἐτόλμησεν ἑλέσθαι

folgte. Adde Symp. p. 195. E. *ἐν γὰρ ἥδεσιν τὴν οἴκησιν ἵδρυται.*

οὐχ ὥσπερ Ἀχιλλέα — ἐτίμησαν. Hanc breviloquentiam, quam vernaculo sermone assequimur, Schleiermach. aspernatus est in conversione: Deshalb auch haben sie ihm Strafe aufgelegt — nicht ihn, wie den Achilleus, den Sohn der Thetis, geehrt und in der Seligen Inseln geschickt. Recte Stallb. orationem hoc modo explendam esse censuit: *ἀλλ' οὐκ ἐτίμησαν αὐτὸν ὥσπερ Ἀχιλλέα, ὃν καὶ εἰς μακάρων νήσους ἀπέπεμψαν, ὅτι κ. τ. λ.* Legitur paullo infra p. 189. C. *ἐμοὶ δοκοῦσιν ἄνθρωποι — θυσίας ἂν ποιεῖν μεγίστας, οὐχ ὥσπερ νῦν τούτων οὐδὲν γίγνεται περὶ αὐτόν.* Exempla plura huius structurae Stallb. collegit ad h. l., Heind. ad Gorg. p. 592. A. et ad Protag. p. 341. A.

εἰς μακάρων νήσους. De insulis beatorum vide Hesiod. *Ἔργ. καὶ Ἡ.* v. 170.

καὶ τοὶ μὲν ναίουσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες
ἐν μακάρων νήσοισι παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην
ὄλβιοι ἥρωες, τοῖσι μελιηδέα καρπὸν
τρὶς ἔτεος θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα

Multi fuerunt, qui in insulis beatorum Achillem versari narrarent. Aliter Hom. Od. XI, 487., ubi Ulysi felicitatem Pelidae praedicanti respondet Achilles:

μὴ δή μοι θάνατόν γε παραύδα, φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ,
βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ
ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη
ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισι ἀνάσσειν.

Ad hos versus aetate Phaedri haud dubie notissimos ille nunc non respexit, sed aliorum testimonia praetulit, quae rem suam melius probarent.

πεπυσμένος παρὰ τῆς μητρός. Haec cum Homero conveniunt, vel ex eodem potius depromta sunt; cfr. Il. XVIII. v. 94.

ὠκύμορος δή μοι, τέκος, ἔσσεαι.
οἵ' ἀγορεύεις
αὐτίκα γάρ τοι ἔπειτα μετ' Ἕκτορα πότμος ἑτοῖμος.

μὴ ποιήσας δὲ τοῦτο. Haec est lectio vulgata, quam ex VIII. codicum auctoritate in *μὴ ἀποκτείνας δὲ τοῦτον* immutarunt Bekkerus, Astius, Stallbaumius. Hoc certum est, verisimilius esse, ad explicandum *μὴ ποιήσας δὲ τοῦτο* margini adscriptum, post in textum receptum esse *μὴ ἀποκτείνας δὲ τοῦτον*, quam vice versa ad hoc explicandum glossema fuisse *μὴ ποιήσας δὲ τοῦτο.* Fidenter igitur vulgatam lectionem in textum recepimus.

βοηθήσας τῷ ἐραστῇ Πατρόκλῳ καὶ τιμωρη-

180 βοηθήσας τῷ ἐραστῇ Πατρόκλῳ καὶ τιμωρήσας οὐ μόνον ὑπεραποθανεῖν, ἀλλὰ [καὶ] ἐπαποθανεῖν τετελευτηκότι. ὅθεν δὴ καὶ ὑπεραγασθέντες οἱ θεοὶ διαφερόντως

σας. Wolfius ad h. l. annotavit: Es kann βοηθήσας nicht von einer wirklichen Hülfe in der Schlacht verstanden werden: denn da Patroclus umkam, war sein Freund noch nicht wieder im Schlachtfelde, und er erfuhr die Nachricht davon erst durch den Antilochus. Recte. Καί igitur ante τιμωρήσας explicativum est, cuius exemplum paullo supra reperitur p. 179. D. τοιγάρτοι διὰ ταῦτα δίκην αὐτῷ ἐπέθεσαν καὶ ἐποίησαν κ. τ. λ. Adde p. 179. E. οὐχ ὥσπερ Ἀχιλλέα τὸν τῆς Θέτιδος υἱὸν ἐτίμησαν καὶ εἰς μακάρων νήσους ἀπέπεμψαν. Nostra vertenda sunt: indem er dem Patroclus beistand, d. h. ihn rächte. Argutius quam verius de his verbis Rückertus iudicavit. Consulto Phaedrum βοηθεῖν verbo usum esse censens. Quum enim, inquit, non tulisset opem Achilles, quamvis prope abesset a certaminis loco, ne quid probri inde videretur in eum, quem laudaret, redundare, abducendi erant ab hac cogitatione quantum fieri posset auditores, id quod hoc ipso verbo factum esse puto.

ἀλλὰ καὶ ἐπαποθανεῖν. Vitii aliquid haec verba contraxerunt καί addito, quod nullo modo explicari potest. Ὑπεραποθανεῖν adhibetur, ubi aliquis pro aliquo eoque vivente moritur, ut Alceste mortua esse dicitur pro Admeto p. 179. C. ἐθελήσασα μόνη ὑπὲρ τοῦ αὐτῆς ἀνδρὸς, ἀποθανεῖν. Ἐπαποθανεῖν est: mori pro aliquo, qui iam mortuus est. Ficinus verba convertit: nec pro illo mori solum, sed et peremto illo interfici. — Igitur utrumque fecit, et mortuus est pro Patroclo superstite Achilles, et mortuo illo morti se dedicavit. Phaedrum aliud quid dicere voluisse certissimum est. Expungendum est καί, quod uncis includendum curavimus nimiae audaciae crimen fugientes. Est autem οὐ μόνον — ἀλλά eius, qui alterum membrum orationis, quod per οὐ μόνον commemoratur, negat, alterum probat se ipsum corrigendo. Sensus est: non dicam ὑπεραποθανεῖν, sed potius ἐπαποθανεῖν. Vide p. 11. de οὐ μέντοι — ἀλλά et οὐ μέντοι — ἀλλὰ καί ... cfr. Alcib. II. p. 142. A. οἱ δὲ ἄριστα δοκοῦντες αὐτῶν πράττειν, διὰ πολλῶν κινδύνων ἐλθόντες καὶ φόβων, οὐ μόνον ἐν ταύτῃ τῇ στρατηγίᾳ, ἀλλ', ἐπεὶ εἰς τὴν ἑαυτῶν κατῆλθον, ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν πολιορκούμενοι πολιορκίαν οὐδὲν ἐλάττω τῆς ὑπὸ τῶν πολεμίων διετέλεσαν, ὥστε κ. τ. λ.

ὅθεν δὴ καὶ — ἐποιεῖτο. Haec verba si abessent, nemo opinor desideraret. Nihil enim continent aliud, quam praecedentium verborum meram repetitionem. Sed de industria haec repetiit orator, ut quanti a diis aestimetur virtus amatoris, clarius eluceret. Eadem de caussa, atque ut exemplo demonstretur,

αὐτον ἐτίμησαν, ὅτι τον ἐραστην οὕτω περὶ πολλοῦ ἐποιεῖτο. Αἰσχύλος δὲ φλυαρεῖ φάσκων Ἀχιλλέα Πατρόκλου ἐρᾶν, ὃς ἦν καλλίων οὐ μόνον Πατρόκλου, ἀλλὰ

amasiorum quam amatorum virtutem maioris aestimari, paullo infra dicitur p. 180. B.: διὰ ταῦτα καὶ τὸν Ἀχιλλέα τῆς Ἀλκήστιδος μᾶλλον ἐτίμησαν, εἰς μακάρων νήσους ἀποπέμψαντες.

οὕτω περὶ πολλοῦ. Dupliciter οὕτω vocula in huiusmodi enuntiatis adhiberi solet, atque aut praefigi praepositioni aut eidem postponi. Non perinde est, utram sedem occupet. Praepositioni ubi praemittitur, aut ad praecedens dictum respici significat, quod eandem rem, quae nunc commemoretur, enarratam contineat, aut hominum opinionem tangit memoriamve auditorum, qui bene teneant id, de quo nunc agatur. Sic nostro loco οὕτω περὶ πολλοῦ explicandum est: quod amatorem, ut supra dictum est, tanti fecisset. Adde Plat. de rep. III. p. 391. D. μὴ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, μήτε τάδε πειθώμεθα, μήτ' ἐῶμεν λέγειν, ὡς Θησεὺς Ποσειδῶνος υἱὸς Πειρίθους τε Διὸς ὥρμησαν οὕτως ἐπὶ δεινὰς ἁρπαγὰς κ. τ. λ., quo loco οὕτως manifesto significat: ut hominum opinio est, ut vulgo putant. Minus recte igitur Stallbaumius ad h. l. annotasse videtur: οὕτως ἐπὶ δεινὰς ἁρπαγάς h. e. ἐφ' οὕτω δεινὰς ἁρπαγάς. Non aliter explicandus est locus Xenoph. Cyrop. II. 2. 13. fin. ὅμως οὕτως ἐν πολλῇ ἀτιμίᾳ ἡμᾶς ἔχεις, ubi οὕτως convertendum est: ita, ut nunc facis, ut facientem te videmus, cet. Contra praepositioni postposita οὕτως vocula proximum verbum ita extollit, ut additamento opus sit, quo illud accuratius definiatur.

Αἰσχύλος δὲ φλυαρεῖ. Phaedri oratio ad eum finem tendit, ut Achillis allato exemplo probetur, deos amasii amore magis delectari, quam amatoris fide. Factum autem tragicorum fabulis erat, ut homines illo tempore Achillem amatorem non amasium Patrocli putarent. Priusquam igitur eo, quo tendebat, Phaedri oratio pervenire poterat, illa hominum opinio corrigenda erat et emendanda. Hinc verba Αἰσχύλος δὲ — Ὅμηρος necessaria ad rem censenda sunt, frustraque fuerunt, qui ea expungenda censuerunt, Valckenarius ad Euripidis Rell. p. 13., Wolfius, Beckius, alii.

καὶ ἔτι ἀγένειος. Pulcherrimum omnium Achillem fuisse discas ex Iliad. β, 673.

Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε
τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

Patroclo iuniorem verba indicant Iliad. λ, 787.

τέκνον ἐμὸν, γενεῇ μὲν ὑπέρτερός ἐσσιν Ἀχιλλεύς,
πρεσβύτερος δὲ σύ ἐσσι.

Adde Od. λ, 469.

Αἴαντος θ', ὃς ἄριστος ἔην εἶδός τε δέμας τε
τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

Imberbem adhuc fuisse nusquam apud Homerum indicatum repe-

καὶ τῶν ἡρώων ἁπάντων, καὶ ἔτι ἀγένειος, ἔπειτα νεώτερος πολὺ, ὥς φησιν Ὅμηρος. ἀλλὰ γὰρ τῷ ὄντι μάλιστα μὲν ταύτην τὴν ἀρετὴν οἱ θεοὶ τιμῶσι τὴν περὶ
B τὸν Ἔρωτα, μᾶλλον μέντοι θαυμάζουσι καὶ ἄγανται καὶ

ries. Hinc factum est, opinor, ut Rückertus lectionem vulgatam revocaret atque in textum reciperet ἀλλ' ἄρα καί. *Colligebatur enim*, inquit, *magis ex Homero, omnium pulcherrimum Achillem fuisse* (atque adhuc imberbem) *quam ut disertis verbis ab eo dictum esset.* Sed facile ἄρα voce caremus, quam optimae notae libri non agnoscunt. Efficitur enim verbis ὥς φησιν Ὅμηρος, quae cum praecedentibus ἔπειτα νεώτερος πολύ arctius coniungenda sunt, ut Phaedrus non nisi de aetate Achillis poëtae testimonio usus esse videatur, pulcrum autem imberbemque eum vocet ex artificum statuis iudicium capiens. Hae statuae imberbem, ut constat, Achillem repraesentabant, barbatos heroes ceteros, v. c. Hectorem, Agamemnonem, Ulixem, alios. Ceterum ne otiosa verba censeas καὶ ἔτι ἀγένειος: amasius non nisi imberbis pulcher habebatur. Verba convertenda sunt: Aeschylus aber faselt, wenn er sagt, dass Achilles der Liebhaber des Patroclus sei. Er war nicht blos schöner, als Patroclus, sondern auch schöner, als alle Helden, und noch bartlos, dann um vieles jünger, wie Homer es ausdrücklich bezeugt.

ἀλλὰ γὰρ τῷ ὄντι. Rectissime Stallb. monet, verbis deletis Αἰσχύλος δὲ — Ὅμηρος, non ἀλλὰ γάρ, sed καὶ γάρ ponendum fuisse. Indicatur autem ἀλλὰ γάρ particulis, Aeschylum ne ita quidem Homericam narrationem pervertisse, ut Achillis laudem augeret facinusque eius clarius redderet. Nam deos laudare quidem et admirari virtutem amatorum, magis tamen admirari et laudare amasios, qui pro amatoribus mortem voluntariam oppetierint.

τὴν περὶ τὸν Ἔρωτα. Haud raro accuratiores definitiones verborum a verbis, quae definiunt, seiunguntur plurimis interpositis verbis augendae gravitatis caussa. Vide quae ad p. 66. annotata sunt. Convertenda verba sunt: Die Götter ehren diese Mannhaftigkeit ganz ausserordentlich, ich meine die, welche der Liebhaber zu haben pflegt; cf. Plat. Hipp. M. p. 294. A. ἡμεῖς γάρ που ἐκεῖνο ἐζητοῦμεν, ᾧ πάντα τὰ καλὰ πράγματα καλά ἐστιν, ὥσπερ ᾧ πάντα τὰ μεγάλα ἐστὶ μεγάλα, τῷ ὑπερέχοντι.

θαυμάζουσι καὶ ἄγανται καὶ εὖ ποιοῦσιν sc. ταύτην τὴν ἀρετὴν τὴν περὶ τὸν Ἔρωτα. Ceterum ἄγασθαι ita a θαυμάζειν verbo differt, ut admirationem cum laude coniunctam exprimat. Bene Schleiermacherus in conversione verba reddidit weit mehr jedoch bewundern und loben und vergelten sie es ...

ἀγαπᾷ. Quoniam in supe-

εὖ ποιοῦσιν, ὅταν ὁ ἐρώμενος τὸν ἐραστὴν ἀγαπᾷ ἢ ὅταν ὁ ἐραστὴς τὰ παιδικά. θειότερον γὰρ ἐραστὴς παιδικῶν· ἔνθεος γάρ ἐστι. διὰ ταῦτα καὶ τὸν Ἀχιλλέα τῆς Ἀλκήστιδος μᾶλλον ἐτίμησαν, εἰς μακάρων νήσους ἀπο-

rioribus de significatu verborum diximus ἐρᾶν et φιλεῖν, iam videamus etiam de notione ἀγαπᾶν verbi. Mediae est autem, quod vocant, significationis verbum, maiorem quam φιλεῖν, minorem, quam ἐρᾶν potestatem habens. Hinc raro adhibetur, ubi de vero amore sermo est. Legitur autem apud Xenoph. Mem. I, 5. 4. τὰς πόρνας ἀγαπῶντα μᾶλλον ἢ τοὺς ἑταίρους. Plat. Dion. 4. p. 175. ἐφιλήσατε αὐτὸν ὡς πατέρα καὶ ἠγαπήσατε ὡς εὐεργήτην. Symp. p. 181. C. τὸ φύσει ἐρρωμενέστερον καὶ νοῦν μᾶλλον ἔχον ἀγαπῶντες. Videtur ἀγαπᾶν verbum circumscriptum esse in Simonidis dicto, quod legitur Plat. Protag. p. 345. D. πάντας δὲ ἐπαινημι καὶ φιλέω ἑκὼν ὅστις ἔρδῃ μηδὲν αἰσχρον. Nostro loco Phaedrus hoc verbo usus est, quia neque φιλεῖν neque ἐρᾶν ad utrumque enuntiati membrum h. e. ad amatorem et ad amasium referri poterat.

θειότερον γὰρ ἐραστὴς παιδικῶν. De neutro genere θειότερον verbi vide quae annotata sunt ad p. 176. D. ὅτι χαλεπὸν τοῖς ἀνθρώποις ἡ μέθη ἐστίν. Sententiam quod attinet, cfr. p. 179. A. οὐδεὶς οὕτω κακὸς, ὅντινα οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Ἔρως ἔνθεον ποιήσειε πρὸς ἀρετὴν, ὥσθ' ὅμοιον εἶναι τῷ ἀρίστῳ φύσει, quae verba in amatores tantummodo, non item in amasios dicuntur. Ceterum otium nobis fecit Rückerti annotatio ad h. l., ed. p. 46.: *Phaedrus sic est ratiocinatus: qui amat, non suo, sed divino impulsu agit, est enim ἔνθεος; contra qui amatur, eo caret. Iam qui alieno et quidem divino impulsu agit, ei facilius est, magna perpetrare, praesertim amanti, qui non potest non subvenire amato, quam ei, qui huiusmodi incitamento caret. Atqui quo difficilius cuique est praeclare agere, eo maior virtus est, si fecerit; igitur qui non amat, maiore dignus est admiratione, quam qui amat. Sola enim caritate facit id, quod amatorem ut faciat, vis divina impellit.* —

τὸν Ἀχιλλέα τῆς Ἀλκήστιδος. Interdum ipsas feminas Erotis auxilio gaudere, cap. VII. initio Phaedrus docuit. Recte igitur scripsisse nobis videmur p. 179. C. οὗς ἐκείνη τοσοῦτον ὑπερεβάλετο τῇ φιλίᾳ διὰ τὸν Ἔρωτα, ὥστε κ. τ. λ. Alcestis enim et ipsa ἔνθεος. Minoris autem a diis Alcestis habebatur, quam Achilles, nam illa Erote ad mortem ducente mortua est, hic pietate erga Patroclum motus, mortem oppetiit.

οὕτω δὴ ἔγωγε. Aliquot codd. habent οὕτω δὴ καὶ ἔγωγε Male. In sequentibus ter positum est καί, ut epitheta Erotis, quae dei laudem efficiunt, significantius extollantur. Comparari potest cum nostris verbis p. 180. B. μᾶλλον μέντοι θαυμάζουσι

πέμψαντες. οὕτω δὴ ἔγωγέ φημι Ἔρωτα θεῶν καὶ πρεσβύτατον καὶ τιμιώτατον καὶ κυριώτατον εἶναι εἰς ἀρετῆς καὶ εὐδαιμονίας κτῆσιν ἀνθρώποις καὶ ζῶσι καὶ τελευτήσασιν.

καὶ ἄγανται καὶ εὖ ποιοῦσιν. Sensus est: Hac igitur, qua dixi, ratione equidem contendo, Erotem et antiquissimum deorum esse et honoratissimum et ad virtutis felicitatisque assequendam frugem et viventibus et mortuis auctorem potentissimum. Sed ipsa haec verba mirum est, quam male cum praecedentibus conveniant. Etenim Phaedrus cum dixisset: maioris aestimandam esse virtutem eorum, qui nullo Erotis auxilio adiuti fortes se praebuerint, quam quorum virtus non nisi divino quodam instinctu quasi excanduerit, num recte ita perrexit: *οὕτω δὴ ἔγωγέ φημι Ἔρωτα θεῶν καὶ πρεσβύτατον — καὶ κυριώτατον εἶναι εἰς ἀρετῆς κτῆσιν κ. τ. λ. τοιοῦτόν τινα λόγον.* Vide ann. ad p. 15. Sequentia verba *ἄλλους τινὰς εἶναι* convertenda sunt: nach Phaedrus wären einige andere an der Reihe gewesen. Pactum nimirum erat, ut eodem ordine, quo sederent, convivae placita sua proferrent. cfr. p. 177. D. *δοκεῖ μοι χρῆναι ἕκαστον λόγον εἰπεῖν ἔπαινον Ἔρωτος ἐπὶ δεξιὰ — ἄρχειν δὲ Φαῖδρον πρῶτον.* Sed non verisimile est, inter Phaedrum Pausaniamque locum habuisse omnes eos, quorum orationes ab Aristodemo praetermissae sunt, vel quas Apollodorus, quippe memoria non dignas, oblitus erat. (cfr. p. 178. A. *πάντων μὲν οὖν, ἃ ἕκαστος εἶπεν, οὔτε πάνυ ὁ Ἀριστόδημος ἐμέμνητο, οὔτ' αὖ ἐγώ, ἃ ἐκεῖνος ἔλεγε, πάντα*). Igitur Rückertus in uberiore expositione convivii p. 261. *quaesivi*, inquit, *doctus videlicet nihil negligere in Platonis libris, in quibus haud raro res gravissimae ad perspiciendum scriptionis consilium ex istiusmodi minutis vestigiis eruendae sunt, cur hoc loco omissionem Aristodemus indicasset, ceteris reticuisset. Et olim quidem mihi visus sum reperisse, aliter tum etiam statuens de ipsis orationibus, in quibus temporis quendam ordinem observari putabam, quo singulae, quarum placita proferret, sectae sese excepissent philosophorum. Post, mutata sententia rursus eo deductus sum, ut nescirem.* Commode possis hac ratione hanc rem tibi explicare, ut Aristodemus quidem, qui Symposio interfuit, accurate locos indicaverit, quibus locis et aliorum et suam ipsius orationem omiserit, ut Apollodorus autem satis habuerit memoriae mandare, quid convivae dixissent, non item mente tenuerit, quo loco quorum orationes ab Aristodemo non repeterentur. Ut tamen aliquo modo commemorandarum orationum paucitatem excusaret, Phaedri relata oratione alios quosdam fuisse universim narrat, quorum orationes Aristodemus non retulerit. De sua ipsius memoria tacet, quamquam paullo supra p. 178. A. in minutis rebus debiliorem confessus.

Cap. VIII.

Φαῖδρον μὲν τοιοῦτόν τινα λόγον ἔφη εἰπεῖν, μετὰ C *δὲ Φαῖδρον ἄλλους τινὰς εἶναι, ὧν οὐ πάνυ διεμνημό-*

ὧν οὐ πάνυ διεμνημόνευεν. Comparari cum his potest Plat. Lach. p. 189. C. *ἐὰν δὲ μεταξὺ ἄλλοι λόγοι γένωνται, οὐ πάνυ μέμνημαι*, ad quem locum Engelhardtus de *οὐ πάνυ* vocularum potestate disserens h. e., inquit, plane non recordor. Sic *οὐ πάνυ* saepissime; cfr. Theaet. p. 156. C., Phaedr. p. 228. E., al., nec non in responsis, v. c. Xenoph. Mem. S. III. f, 12. Eodem modo latinum non sane saepe idem significat, quod *οὐ πάνυ* i. e. plane non, de quo vide Heindorfium ad Horat. sat. II. 3. 138., p. 304. *Οὐ πάνυ τι* autem non satis, non sane multum explicandum esse videtur, cfr. Lucian. Contempl. I, p. 506. *εἰπέ μοι, σίδηρος δὲ φύεται ἐν Λυδίᾳ; οὐ πάνυ τι* i. e. non sane multum. Plat. Eutyphr. init. *οὐδ' αὐτὸς πάνυ τι γιγνώσκω, ὦ Εὐθύφρον, τὸν ἄνδρα* i. e. neque ipse hominem satis novi. — Pronomen indefinitum quod attinet, certum equidem esse reor, τι in huiusmodi enuntiatis non ad *οὐ πάνυ* pertinere, sed ad verbum finitum. Quis enim neget, ut ad Eutyphronis locum modo laudatum revertar, Graece dici *γιγνώσκεις τι τὸν ἄνδρα*, ut rectius Platonis verba convertenda sint: ne ipse quidem magnopere usquam hominem novi. Luciani verba *οὐ πάνυ τι* converterim: non sane usquam sc. reperitur. Rectissime autem Stallbaumius in annotat. ad verba Apol. Socr. p. 41. D. p. 95. ed.: *διὰ τοῦτο καὶ ἐμὲ οὐδαμοῦ ἀπέτρεψε τὸ σημεῖον, καὶ ἔγωγε τοῖς καταψηφισαμένοις μου καὶ τοῖς κατηγόροις οὐ πάνυ χαλεπαίνω* h. e. haud sane, non magnopere, nicht eben, qua formula nos quoque cum *εἰρωνείᾳ* loquentes gravius negare solemus. — Haec, quam Stallbaumius laudat, *οὐ πάνυ* vocularum notio apprime ad nostrum locum quadrat. Apollodorus nimirum alios quosdam fuisse narrat, qui Erotis laudationem edidissent, factum autem esse illarum laudationum mediocritate, ut earum non magnopere recordaretur. Earum autem prorsus oblitum ne fingere quidem tibi Aristodemum possis, qui Phaedri, Pausaniae, aliorum orationes memoriter recitarit. Restat, ut dicamus de Lachetis loco supra laudato, qui sane docere videtur, *οὐ πάνυ* significare prorsus non. Verba sunt haec: *ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ ἐπιλανθάνομαι ἤδη τὰ πολλὰ διὰ τὴν ἡλικίαν ὧν ἂν διανοηθῶ ἐρέσθαι, καὶ αὖ ἃ ἂν ἀκούσω. ἐὰν δὲ μεταξὺ ἄλλοι λόγοι γένωνται, οὐ πάνυ μέμνημαι.* Nonne frigidissimam conversionem censes hanc: Ich pflege nämlich Alters halber immer das meiste zu vergessen, was ich im Sinne habe, sie zu fragen, und so auch, was ich höre (h. e., was sie antworten). Fallen aber noch andere Erörterungen dazwischen, so erinnere ich mich

νευεν· οὗς παρεὶς τὸν Παυσανίου λόγον διηγεῖτο. εἰπεῖν δ' αὐτὸν, ὅτι
Οὐ καλῶς μοι δοκεῖ, ὦ Φαῖδρε, προβεβλῆσθαι ἡμῖν ὁ

nicht eben leicht des Vorigen? Multo aptius lectores censebunt Lysimachi verba converti: Fallen aber noch andere Erörterungen dazwischen, so ist es mit meinem Gedächtniss gänzlich aus. Sed neque haec conversio recta est, neque omni ex parte Platonis verba recte exhibentur. Maior interpunctio post *ἀκούσω* poni solet, pro qua si comma posueris, optime sibi respondentia verba habebis *ἐπιλανθάνομαι τὰ πολλὰ* et *οὐ πάνυ μέμνημαι*. Lysimachi sententia haec est: Denn ich vergesse Alters halber das Meiste von dem, was ich im Sinne habe sie zu fragen, und erinnere mich wiederum nicht an das, was ich höre, d. h. was sie auf meine Fragen antworten, besonders wenn anderweitige Gespräche dazwischen fallen.

τὸν Παυσανίου λόγον. Phaedrum, qui *πατὴρ τοῦ λόγου* vocatur p. 177. D., Pausanias vituperat, quod nihil accuratiore definitione usus Erotem laudandum proposuerit. Etenim ut duplicem Aphroditen, ita Erotem duplicem esse, ut Phaedrus, si recte atque ordine habendarum orationum materiam edere voluisset, ante indicasset, uter Eros laudandus sit. His praemissis Pausanias in utriusque dei naturam inquirit, ac Pandemum quidem h. e. vulgarem minus laudabilem iudicat, contra summis laudibus extollendum Uranium existimat. Idem iudicium optimarum civitatium legibus, quae sint de amore, probari censet. Athenienses enim et Lacedaemonios Erotem per se spectatum neque laudandum censere neque contemnendum, sed accurate semper cognoscere studere, virtutis an voluptatis studio amator amasium amet, amasius amatori se tradat, atque eum solum amorem admittere et probare et laudare, qui homines ad virtutem impellet. De Pausania paucissima sunt, quae scimus. Amatorem Agathonis fuisse Pausaniam e Protag. p. 315. E. colligas. Adde Xenoph. Symp. c. VIII. §. 32. Scholiasta, cuius verba laudavimus p. 50., Agathonem amasium fuisse tradit Pausaniae tragici. Aelian. Var. Hist. II. cap. 21. narrat, Pausaniam una cum Agathone apud Archelaum regem vixisse: *εἰς Ἀρχελάου ποτὲ ἀφίκοντο ὅ τε ἐραστὴς καὶ ὁ ἐρώμενος οὗτοι;* de quo diverticulo vide annot. p. 8. Dixit autem Aelianus l. l. *εἰς Ἀρχελάου* eodem dicendi compendio, quo *εἰς Ἅιδου* dici solet, quae ratio dicendi Aristophanis aetate fortasse usitatissima ansam dedit comico diverticulum illud eludendi Ran. v. 83. Ceterum non minus, quam Agathonem, Pausaniam mollitiei atque luxuriae deditum fuisse, ex eius apud Archelaum tyrannum diverticulo coniicere possis.

τὸ ἁπλῶς οὕτω κ. τ. λ. h. e. definitione addita nulla, tam simpliciter, sine ulla explicatione accuratiore. Quaeritur, stru-

λόγος, τὸ ἁπλῶς οὕτω παρηγγέλθαι ἐγκωμιάζειν Ἔρωτα! εἰ μὲν γὰρ εἷς ἦν ὁ Ἔρως, καλῶς ἂν εἶχε. νῦν δὲ — οὐ γὰρ ἔστιν εἷς. μὴ ὄντος δὲ ἑνὸς, ὀρθότερόν ἐστι

cturam verborum quod attinet, utrum nominativo an accusativo casu posita haec verba rectius accipiantur. Ut verba vulgo exhibentur, nihil certius esse reor, quam nominativum casum unice probari posse. Efficiunt enim τὸ ἁπλῶς οὕτως verba praecedentium verborum appositionem: Nicht gut scheint mir, o Phaedrus, die Aufgabe gestellt zu sein, nämlich so schlechthin aufzugeben, den Eros zu loben. Neque probaverim accusativum casum, qui Rückerto placet. Caussam enim, inquit, proponit, cur non recte proposita dicendi materia sit, quatenus cet. Nimirum hac structurae ratione frigidiorem orationem effici censemus atque sedatiorem, quam quae Pausaniae, homini inprimis ἐρωτικῷ, conveniat. Fortasse hoc modo Pausaniae verba scribenda sunt, οὐ καλῶς μοι δοκεῖ, ὦ Φαῖδρε, προβεβλῆσθαι ἡμῖν ὁ λόγος· τὸ ἁπλῶς οὕτω παρηγγέλθαι ἐγκωμιάζειν Ἔρωτα! qua verborum distinctione quantopere vi augeatur totum enuntiatum, sponte apparet. Habes enim vituperationem Phaedri coniunctam illam cum indignatione summa, quam per me licet etiam irrisionem interpretari: Wie kann man nur so schlechthin die Aufgabe stellen, den Eros zu loben! Atque, si quid video, haec satis malitiose a Pausania proferuntur ita, ut ad praecedens Phaedri dictum comparentur p. 177. C. τὸ οὖν τοιοῦτον μὲν πέρι πολλὴν σπουδὴν ποιήσασθαι, Ἔρωτα δὲ μηδένα πω ἀνθρώπων τετολμηκέναι εἰς ταυτηνὶ τὴν ἡμέραν ἀξίως ὑμνῆσαι! Ceterum in aliquot codd. non malae notae οὕτως exhibetur, quam formam h. l. unice probamus. Sed fusius de οὕτω et οὕτως formis infra disputaturi sumus.

νῦν δὲ — οὐ γὰρ ἔστιν εἷς. Haec verba sunt, qui uno tenore pronuntianda censeant; v. c. Engelhardtus ad Apol. Socr. p. 88. B. p. 221. ita iudicat, ut nullam prorsus omissionem verborum Graecos sensisse statuat. Sed neque hoc iudicium probaverim, neque vero iis accesserim, qui νῦν δὲ — οὐ γάρ verba lineola apposita disiungunt, videlicet ut esset, quo legentium oculis *aposiopesis* indicaretur. Aposiopesis enim non nisi in iis locis reperitur, in quibus aliquis ita commoto animo loquitur, ut pauca verbis exprimat, cetera legentibus divinanda relinquat. Non igitur aposiopesin agnosces in verbis: Hoc vidi, neque vero illud, sed omissionem praecedentis verbi finiti, quod, quoniam facillime e praecedentibus suppletur, ne nimia abundantia oratio laboret, lectoribus supplendum relinquitur. Idem in nostrum locum cadit, ubi, cum praecedat καλῶς ἂν εἶχε, facillime post νῦν δέ suppletur οὐ καλῶς ἔχει. Iam quid differat aposiopesis ab omissione verborum, quam ellipsin vocari licet, statim apparet. Aposiopesis reticentia

D πρότερον προρρηθῆναι ὁποῖον δεῖ ἐπαινεῖν. ἐγὼ οὖν πειράσομαι τοῦτο ἐπανορθώσασθαι, πρῶτον μὲν Ἔρωτα

eorum est, quae aliquis additurus erat, sed propter animi commotionem disertis verbis non expressit; ellipsis contra elegantem verborum omissionem indicat, quae in praecedentibus leguntur, et quorum repetitio foedam quandam abundantiam dictionis efficeret. Ad nostrum locum ut revertar, lineolam post νῦν δέ verba ponendam curavimus, ut e praecedentibus verbis aliquid supplendum esse clarius iudicetur. Simillimus nostro loco est Lachetis p. 200. E. εἰ μὲν οὖν ἐν τοῖς διαλόγοις τοῖς ἄρτι ἐγὼ μὲν ἐφάνην εἰδώς, τῷδε δὲ μὴ εἰδότε, δίκαιον ἂν ἦ ἐμὲ μάλιστα ἐπὶ τοῦτο τὸ ἔργον παρακαλεῖν· νῦν δὲ — ὁμοίως γὰρ πάντες ἐν ἀπορίᾳ ἐγενόμεθα, quo loco post νῦν δέ supplendum esse ratio loci docet: οὐκ ἐφάνην εἰδώς.

πρότερον προρρηθῆναι. Haec verba ex abundantia quadam posita sunt, quam etiam Latini adamarunt dicentes: prius praefari. Simili modo supra p. 177. D. dicitur: ἄρχειν δὲ Φαῖδρον πρῶτον, neque nostrates ab huiusmodi dicendi genere abhorrent. Quem enim offendat conversio haec: Phaedrus habe zuerst den Anfang gemacht? Nostra verba Schleiermacherus convertit: dass zuvor bestimmt werde. Graecis verbis magis respondet: dass zuvor vorausbestimmt werde.

ὁποῖον δεῖ ἐπαινεῖν. Nondum licebat ὁπότερον dici, quia quot Amores essent, nondum erat definitum; accedit, quod, etiamsi esset, tamen non id quaerebatur potius, uter eorum laudandus esset, quam qualis esset is, quem laudari oporteret. Rükkert.

ἐπανορθώσασθαι. Huius verbi potestatem Ficini conversio non satis assequitur: hoc itaque emendare conabor. Ea nimirum ἐπί praepositionis cum verbis compositae vis est, ut aliquid post aliquid fieri significet, cfr. p. 180. A. ὅτι πεπυσμένος παρὰ τῆς μητρὸς ὡς ἀποθανοῖτο — ἐτόλμησεν — οὐ μόνον ὑπεραποθανεῖν ἀλλὰ ἐπαποθανεῖν, quo loco quid differant ἀποθανεῖσθαι et ἐπαποθανεῖν, sponte intelligitur. Addo Protag. p. 328. E. νῦν δὲ πέπεισμαι· πλὴν σμικρόν τί μοι ἐμποδών, ὃ δῆλον ὅτι Πρωταγόρας ῥᾳδίως ἐπεκδιδάξει, ἐπειδὴ καὶ τὰ πολλὰ ταῦτα ἐξεδίδαξεν. καὶ γὰρ εἰ μέν τις περὶ αὐτῶν συγγένοιτο ὁτῳοῦν τῶν δημηγόρων, τάχ' ἂν καὶ τοιούτους λόγους ἀκούσειεν ἢ Περικλέους ἢ ἄλλου τινὸς τῶν ἱκανῶν εἰπεῖν· εἰ δὲ ἐπανέροιτό τινά τι, ὥσπερ βιβλία οὐδὲν ἔχουσιν οὔτε ἀποκρίνασθαι οὔτε αὐτοὶ ἐρέσθαι, ἀλλ' ἐάν τις καὶ σμικρὸν ἐπερωτήσῃ τι τῶν ῥηθέντων, ὥσπερ τὰ χαλκεῖα πληγέντα μακρὸν ἦχεῖ καὶ ἀποτείνει, ἐὰν μὴ ἐπιλάβηταί τις, καὶ οἱ ῥήτορες οὕτω σμικρὰ ἐρωτηθέντες δολιχὸν κατατείνουσι τοῦ λόγου. Perscripsi totum hunc locum, ut lectores e vestigio de Stallbaumii sententia iudicare possent. *In his*, inquit, *vereor, ne vitium aliquod latcat. Quum enim* ἐπανε-

φράσαι ὃν δεῖ ἐπαινεῖν, ἔπειτα ἐπαινέσαι ἀξίως τοῦ θεοῦ. πάντες γὰρ ἴσμεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνευ Ἔρωτος

ρέσθαι sit interrogare aliquid praeter illa, quae ipsi oratores dixerunt, haud scio an deinde parum accurate dicatur ἐπερωτήσῃ. Equidem scriptum malim ἀνερωτήσῃ, h. e. interrogando denuo attingat. Quamquam codices veterem lectionem tuentur omnes. Nihil mutandum est, et omnia bene habent. Ἐπανερέσθαι est alicuius rei, de qua paullo ante dictum sit, caussam et rationem sciscitari. Ἐπερωτᾶν contra eius est, qui audita quadam oratione alicuius sententiae sive repetitionem sive enarrationem flagitat. Sensus verborum est: Jetzt aber glaube ich es. Nur eine Kleinigkeit ist mir noch im Wege, die Protagoras gewiss nachträglich recht gut beseitigen wird, da er über so Vieles mir Belehrung gab. Wenn freilich Jemand über denselben Gegenstand mit einem der gewöhnlichen Redner sich bespräche, so möchte er leicht solche Reden hören, sei es von Pericles oder von irgend einem andern, der zu reden versteht. Früge dagegen Jemand nachträglich nach Grund und Ursache irgend eines Satzes, so haben sie, wie die Bücher, keine Antwort und bleiben stumm; bäte Jemand aber um die Wiederholung nur eines kleinen Satzes, so sind diese Redner wie Erz, das lange klingt und tönt, wenn man es nicht anfasst, und geben in solcher Weise (vide ann. p. 58, nam ut illic οὕτω πολλαχόθεν, Protag. loco οὕτω σμικρά positum est) auf eine kleine Frage einen unendlichen Sermon. Ad nostrum locum ut revertar, verba convertenda sunt: ich will nun versuchen, diesen Fehler nachträglich zu berichtigen.

πρῶτον μὲν Ἔρωτα φράσαι. Ne quis forte καί particulam desideret, qua haec verba praecedentibus commodius annectantur: Solent Graeci, verissime notante Stallbaumio ad Apol. Socr. p. 22. A., eas sententias, quae aliis subiiciuntur explicationis caussa, ita addere, ut particularum et coniunctionum vincula omittant. Effici autem videtur hoc asyndeto, ut gravitate quadam oratio augeatur, quae addita καί particula prorsus evanescat. Hoc dicendi genus tam simplex est atque omnis expers artis, ut non mirum, idem iam apud Homerum reperiri. cf. Il. α, 304. seqq.

ὣς τὼ γ' ἀντιβίοισι μαχεσσαμένω ἐπέεσσιν
ἀνστήτην· λῦσαν δ' ἀγορὴν παρὰ νευσὶν Ἀχαιῶν.
Πηλείδης μὲν ἐπὶ κλισίας καὶ νῆας ἔβησαν
ἦϊε, σύν τε Μενοιτιάδῃ καὶ οἷς ἑτάροισιν·
Ἀτρείδης δ' ἄρα νῆα θοὴν ἅλαδε προέρυσσεν,
ἐς δ' ἐρέτας ἔκρινεν κ. τ. λ.

Adde Phaedon. p. 91. B. λογίζομαι γάρ, ὦ φίλε ἑταῖρε, καὶ θέασαι ὡς πλεονεκτικῶς· εἰ μὲν τυγχάνει ἀληθῆ ὄντα ἃ λέγω, καλῶς δὴ ἔχει τὸ πείσθῆναι· εἰ δὲ μηδέν ἐστι τελευτήσαντι, ἀλλ' οὖν τοῦτόν γε τὸν χρόνον αὐτὸν τὸν πρὸ τοῦ θανάτου ἧττον τοῖς πα-

Ἀφροδίτη. μιᾶς μὲν οὖν οὔσης εἰς ἂν ἦν Ἔρως· ἐπεὶ δὲ δὴ δύο ἐστὸν, δύο ἀνάγκη καὶ Ἔρωτε εἶναι. πῶς δ' οὐ

ροῦσιν ἀηδὴς ἔσομαι ὀδυρόμενος.

ἀξίως τοῦ θεοῦ. Haec verba vario modo interpretari licet. Possunt de elegantia laudationis intelligi, de sinceritate laudatoris, de laudationis veritate cett. Sed horum nihil Pausanias in mente habuisse videtur. Ἀξίως τοῦ θεοῦ esse: ita deum laudare, ut nihil omittas eorum, quae deo conveniant atque ad praedicandam eius laudem pertineant, verbis indicatur p. 180. E. ἃ δ' οὖν ἑκάτερος εἵληχε, πειρατέον εἰπεῖν.

πάντες γὰρ ἴσμεν. Omnes, inquit, scimus, Aphroditen non esse sine Erote. Sed quod omnes scire dicuntur, idem fieri interdum potest, ut scire se opinentur tantummodo, revera non sciant. Eandem igitur argumentandi sive levitatem sive audaciam habes hoc loco, qua Phaedrus in oratione sua usus est p. 178. B. γονῆς γὰρ Ἔρωτος οὔτ' εἰδὼν οὔτε λέγονται ὑπ' οὐδενὸς οὔτε ἰδιώτου οὔτε ποιητοῦ, ad quae verba vide ann. p. 55. Cur Aphrodite sine Erote non sit quaerentibus variae caussae se offerunt, quarum aut una vera est aut nulla. Eas nunc recensere eo facilius omittere possumus, quo minus ipse Pausanias de caussis rei cogitasse videtur, quam rem omnes compertam habere narrat. Ceterum ut πάντες γὰρ ἴσμεν κ. τ. λ. Pausanias dicit, ita Socrates dissimulato ingenii acumine p. 202. B. καὶ μὴν, inquit, ἥν δ' ἐγὼ, ὁμολογεῖται γε παρὰ πάντων μέγας θεὸς εἶναι.

μιᾶς μὲν οὖν οὔσης. Veteres editt. habent ταύτης δὲ μιᾶς μὲν οὔσης, quod fuerunt, qui probarent. Sed non dubium est, verissime notante Stallbaumio, quin id grammatico alicui debeatur. Bekkerus e codd. non paucis μιᾶς μὲν οὔσης edidit, quod sane habet, quo magnopere se commendet. Tantum enim ponderis enuntiationi, quae quasi fundamentum est totius disputationis, infert, quantum eidem apprime convenire videtur. Sed codd. optimorum auctoritas respicienda est, qui coniunctivam particulam exhibent. Probatur eadem nobis etiam propter duplicem relationem, quae hoc loco manifesta est, et de qua fusius disputavimus p. 22. et 23. Proprie dicendum erat: μιᾶς μὲν οὔσης, εἰς ἂν ἦν Ἔρως· δυοῖν δὲ δὴ ὄντοιν, δύο ἀνάγκη καὶ Ἔρωτε εἶναι, sed eandem enuntiationem etiam hoc modo cogitari Pausanias voluit, εἰ μὲν μία ἦν, εἷς ἂν ἦν Ἔρως· ἐπεὶ δὲ δὴ δύο ἐστὸν, δύο ἀνάγκη καὶ Ἔρωτε εἶναι. Duplicem hanc et nominum et particularum relationem mutuam indicare Pausanias tantummodo potuit, non item disertis verbis exprimere. Indicatur autem ea, μέν vocula ad prius nomen apposita, δέ autem cum posteriore particula coniuncta μιᾶς μὲν — ἐπεὶ δέ. Sed hac scribendi ratione repugnantia quaedam exoritur singularum orationis partium, quae addita alterutri sive nomini sive particulae οὖν particula mitigatur atque lenitur. — Rückertus ad h. l. ita disputat, ut Pausaniae

δύο τὼ θεά; ἡ μέν γέ που πρεσβυτέρα καὶ ἀμήτωρ, Οὐρανοῦ θυγάτηρ, ἣν δὴ καὶ Οὐρανίαν ἐπονομάζομεν·

verba corruptissima censeat atque non nisi verborum mutatione sananda. *Videtur enim*, inquit, *haec ipsa varietas, quod alii ταύτης δέ, alii οὖν addiderunt, argumento esse, antiquius hic vitium latere, quod variis modis sarcire studuerint librarii. Itaque in mentem mihi venit olim, essetne Platonis manus haec:* Ἀφροδίτη· ἧς μιᾶς μὲν οὔσης. *Cui si quando accidisset, ut negligens librarius pro* Ἀφροδίτη ἧς *scriberet* Ἀφροδίτης, *fieri postea non potuit, quin* ᾗ *abiiceretur, quo facto alias coniungendi verba rationes iniri oportebat, quarum ad nos duae pervenerunt.* — Perscripsi haec verba, ne deesset, quibus nostra displicerent, quo commodius Pausaniae verba explicarent.

πῶς δ' οὐ δύο τὼ θεά. Vulgo τὰ θεά; sed minus usitatum hoc apud Atticos ex praecepto Grammaticorum. Eodem modo reperitur τὼ ὀδὼ in Plat. Gorg. p. 524. A. Plura huius loquendi usus exempla Matth. congessit Gramm. ampl. §. 436. 1. p. 812. Ceterum haec interrogatio ex eo genere est, de quo diximus ad verba c. VI. p. 60. λέγω δὲ δὴ τί τοῦτο; Mediae orationi interrogationes immisceri haud raro, ut vigor orationis structurae mutatione augeatur, satis notum est. Hoc vigore, quem oratorium vocare licet, Pausanias ita utitur, ut argumentorum absentiam obtegat, quibus duplex deae numen probandum erat.

ἡ μέν γέ που πρεσβυτέρα. Rückerto γέ particula videtur non argumentationi, sed expositioni ante dictorum inservire. Frustra. Quod modo annotatum est ad praecedentem interrogationem, optime cum huius particulae vi, quae est vis argumentationis, convenit. Rectissime Buttmanni praeceptum ad Dem. Mid. p. 46. laudavit Stallbaum.: Quum quis uno argumento vel exemplo aliquid probat, potest hoc ut sufficiens afferre: quod fit particula γάρ; potest etiam significare, plura quidem posse desiderari, sed hoc unum satis grave esse: quod fit addito γέ, certe, saltem. Restat, ut de που particula dicamus, cuius potestatem non satis recte Rückertus interpretatus est. Annotat nimirum ad h. l.: *Addita part.* που *urbanitatis declaratio est, qua speciem exhibet qui dicit etiam de re certissima dubitationis atque ad lectoris assensum provocationis.* Non aliter Buttmannus de eadem vocula iudicat in Indic. ad Plat. Dial. IV. Berol. MDCCCXXII. Sed quam hi urbanitatem dicunt, equidem in Pausaniae oratione arrogantiam interpretari malim. Nimirum που vocula e dicendi genere οὔ τί που depromta est, atque in interrogatione positum significat, mirari atque indignari eum, qui interroget, si quis aliter atque ipse de aliqua re iudicaturus sit. Ἦ που vocula igitur non tam wol convertenda est, quam doch wol, doch sicher, doch gewiss. Usu loquendi factum paullatim est, ut που particula significet, notissimum aliquid esse ita, ut de eo dubitari nequeat. Sic in

ἡ δὲ νεωτέρα Διὸς καὶ Διώνης, ἣν δὴ Πάνδημον κα-
Ε λοῦμεν. ἀναγκαῖον δὴ καὶ Ἔρωτα τὸν μὲν τῇ ἑτέρᾳ
ξυνεργὸν Πάνδημον ὀρθῶς καλεῖσθαι, τὸν δὲ Οὐράνιον.

Alcib. I. p. 129. C. Ὁ δὲ χρώμενος καὶ ᾧ χρῆται οὐκ ἄλλο; — Πῶς λέγεις; — Ὥσπερ ὀκυτοτόμος τέμνει που τομεῖ καὶ σμίλῃ καὶ ἄλλοις ὀργάνοις. Adde Criton. p. 44. A. Πόθεν τοῦτο τεκμαίρῃ; — Ἐγώ σοι ἐρῶ. τῇ γάρ που ὑστεραίᾳ δεῖ με ἀποθνῄσκειν, ἢ ᾗ ἂν ἔλθοι τὸ πλοῖον h. e. den Tag darauf muss ich, wie du weisst, sterben, wenn das Schiff zurückgekommen sein wird.

καὶ Οὐρανίᾳ. De Venere Urania atque Vulgivaga secundum Platonis sententiam disputarunt Apulei. Apolog. p. 281. ed. Oudend., Io. Lydus de mensibus p. 89. seqq. Alios laudavit Astius ad h. l. Quòd autem illa dicitur ἀμήτωρ, pro magna deorum laude haberi solere, quod alterutro parente careant, docte demonstravit Wesseling. Observ. II, 10. p. 177. seqq. De Venere Vulgivaga ex Iove et Dione nata v. interpp. ad Cic. de Nat. Deor. III, 23. Elmenhorst. ad Apulei. p. 328. seqq. et quos laudat Bach. ad Xenoph. Symp. VIII. 19. Ceterum vix est, quod moneam, totum hoc argumentum a Pausania ita tractari, ut fabulas de Amore et Venere pro consilio suo mutaverit eique accommodaverit. Stallb.

ἐπαινεῖν μὲν οὖν δεῖ πάντας θεούς. Vario modo sollicitarunt haec verba interpretes. Bastius scribendum coniecit ἐπαινεῖν μέν οὐ δεῖ πάντα (sc. Ἔρωτα). Orellius ad Isocr. de Antidos. p. 326. ἐπαινεῖν μὲν — θεούς expungenda censuit. Rückertus Astio assentitur, qui vel superstitionis caussa vel propter metum verba addita esse iudicat, videlicet ne Pausanias deos contemnere videretur. Stallbaumius, ne Pausanias sibi contradicere videatur, facto inter ἐπαινεῖν et ἐγκωμιάζειν discrimine verba convertit: Omnes deos cum honoris significatione commemorare pietatis est; non autem omnes encomio digni haberi possunt. — Hanc verborum interpretationem cave probandam censeas. Non verum est enim, quod Stallbaumius inter ἐπαινεῖν et ἐγκωμιάζειν discrimen statuit, neque idem scriptorum locis probatur, cfr. Plat. Menex. p. 235. A. γοητεύουσιν ἡμῶν τὰς ψυχὰς καὶ τὴν πόλιν ἐγκωμιάζοντες κατὰ πάντας τρόπους καὶ τοὺς τετελευτηκότας ἐν τῷ πολέμῳ καὶ τοὺς προγόνους ἡμῶν ἅπαντας τοὺς ἔμπροσθεν καὶ αὐτοὺς ἡμᾶς τοὺς ἔτι ζῶντας ἐπαινοῦντες κ. τ. λ., ad quem locum Engelhardtus verissime annotavit p. 241. ed.: ἐπαινοῦντες nihil est nisi repetitio quaedam praecedentis ἐγκωμιάζοντες ob enuntiati longitudinem adiecta. Ficini conversio, ne verbo tenus quidem facta, audit: laudare quidem deos omnes decet, sed utriusque Amoris opera distinguenda Pausaniae mens haec est. Male

Ἐπαινεῖν μὲν οὖν δεῖ πάντας θεούς· ἃ δ' οὖν ἑκάτερος εἴληχε, πειρατέον εἰπεῖν.

Πᾶσα γὰρ πρᾶξις ὧδ' ἔχει· αὐτὴ ἐφ' αὑτῆς πραττ-

Phaedrus nihil definitione accuratiore usus Erotem laudandum proposuit. Duo enim sunt Erotes. Duo igitur (*οὖν*) nunc Erotes laudandi sunt, quoniam omnes dii, ut dii, non possunt non laudari. Ea laudatio ut recte fiat atque digne deis, quid utrique Eroti datum sit muneris, iam dicendum est. Pausanias igitur, quod in laudatione Erotis a Phaedro proposita duos Erotes commemoret, alterum *Οὐράνιον*, alterum *Πάνδημον*, eius rei excusationem petitum iri putat et a negligentia Phaedri, qui Erotem laudandum proposuerit dei naturam duplicem non respiciens, et a pietate quam diis omnibus mortales praestare debeant. Restat, ut de *οὖν* particula dicamus, quae h. l. dupliciter posita est. Prior part. continuandae orationi inservit, de alterius potestate dictum supra est p. 22. et p. 84.

αὐτὴ ἐφ' αὑτῆς πραττομένη. *Πραττομένη* participium adeo suspectum visum est hominibus quibusdam doctis, ut tanquam inutile additamentum expungendum censerent. Neque his assentimur, nec Stallbaumio credimus, quod annotat ad h. l.: Poterat omitti participium, fateor: et omisissent fortasse alii, qui non haberent Pausaniae ingenium. Ficinus in convers. participium non expressit, cuius tamen parva in huiusmodi rebus auctoritas. Quid? quod Gellius, verba graeca laudans N. A. XVII. 20. participium edidit, idem in latina conversione omisit. Participii vis haec est: *πᾶσα γὰρ πρᾶξις ὧδ' ἔχει· αὐτὴ ἐφ' αὑτῆς πρᾶξις οὖσα* ... h. e., Mit aller Handlung verhält es sich so: so fern sie an und für sich Handlung ist, ist sie weder gut noch schlecht. Haud raro Graeci scriptores verbis transitivis utuntur ita, ut addito obiecto nullo, non aliquam actionem denotent, sed meram verbi notionem exprimant. cfr. Symp. p. 184. B. *ἄν τ' εὐεργετούμενος εἰς χρήματα — μὴ καταφρονήσῃ* h. e., wenn er in Beziehung auf Geldgeschenke oder auf Beförderungen im Staatsdienste seine Verachtung nicht zeigt. Pl. Gorg. p. 489. D. *ἢ οἴει με λέγειν, ἐὰν συρφετὸς συλλεγῇ δούλων καὶ παντοδαπῶν ἀνθρώπων μηδενὸς ἀξίων πλὴν ἴσως τῷ σώματι ἰσχυρίσασθαι, καὶ οὗτοι φῶσιν, αὐτὰ ταῦτα εἶναι νώμιμα;* in his verbis, cum praegnantem, quam vocant, *φάναι* verbi significationem non perspicerent, Heindorfius, Buttmannus, Heusdius, ad coniecturas ingenii confugerunt. *καὶ οὗτοι φῶσιν* est: und (wenn) diese das Wort nehmen, ihre Stimme erheben. Protag. 334. D. *ὥσπερ οὖν ἂν εἰ ἐτύγχανον ὑπόκωφος ὤν, ᾧ ου ἂν χρῆναι, εἴπερ ἐμελλές μοι διαλέξεσθαι, μεῖζον φθέγγεσθαι ἢ πρὸς τοὺς ἄλλους,* ubi *μεῖζον* positum est pro *μᾶλ-*

181 τομένη οὔτε καλὴ οὔτε αἰσχρά. οἷον ὃ νῦν ἡμεῖς ποιοῦμεν, ἢ πίνειν ἢ ᾄδειν ἢ διαλέγεσθαι, οὐκ ἔστι τούτων αὐτὸ καθ' αὑτὸ καλὸν οὐδέν, ἀλλ' ἐν τῇ πράξει, ὡς ἂν πραχθῇ, τοιοῦτον ἀπέβη· καλῶς μὲν γὰρ πραττόμενον καὶ ὀρθῶς καλὸν γίγνεται, μὴ ὀρθῶς δὲ αἰσχρόν. οὕτω δὴ καὶ τὸ ἐρᾶν. καὶ ὁ Ἔρως οὐ πᾶς ἐστι καλὸς οὐδὲ ἄξιος ἐγκωμιάζεσθαι, ἀλλ' ὁ καλῶς προτρέπων ἐρᾶν.

λον, ut esset, quod verbis φθόγγον παρέχειν (h. e. φθέγγεσθαι) conueniret. Adde Apol. S. p. 30. D. — ἐὰν ἐμὲ ἀπακτείνητε — οὐκ ἐμὲ μείζω βλάψετε ἢ ὑμᾶς αὐτούς, quo loco ad utrumque dicendi genus respicitur. Hac significatione verborum praegnanti factum est, ut multa verba cum genitivo coniungi soleant, ubi quartum casum exspectaveris cfr. Protag. 351. E. πότερον οὖν, ἦν δ' ἐγώ, σὺ βούλει ἡγεμονεύειν (h. e. ἡγεμὼν εἶναι) τῆς σκέψεως, ἢ ἐγὼ ἡγῶμαι; Δίκαιος, ἔφη, σὺ ἡγεῖσθαι· σὺ γὰρ καὶ κατάρχεις τοῦ λόγου. Ne praeteritum pro κατάρχεις exigas, sensus est: du bist in auch der Urheber der Rede. Menex. p. 237. cap. 6. τῆς δ' εὐγενείας πρῶτον ὑπῆρξε τοῖσδε ἡ τῶν προγόνων γένεσις κ. τ. λ. h. e. war die Ursache. Adde e latinis scriptoribus, apud quos rarior hic usus, Plaut. Asin. v. 256. Both. Aetatem ego velim servire (h. e. servus esse), Libanium ut conveniam modo.

τοιοῦτον ἀπέβη. Tropum aliquem in mente Pausaniam habuisse, certum est. Fortasse proverbium erat, ad quem allusit: talem farinam prodire solere, qualis in mola parata sit.

οὕτω δὴ καὶ τὸ ἐρᾶν. Post ἐρᾶν nulla interpunctio reperitur neque in codicibus neque in libris editis; graviorem posuimus nos, qualem sententiarum ratio exigit. Pausaniae mens haec est: ut quaevis actio per se spectata neque turpis est nec pulchra: sola ratione agendi cognomentum accipit: ita nihil in se habet τὸ ἐρᾶν per se spectatum, quod vel vituperes vel laudes: ex sola amandi ratione iudicatur. Quod sequitur καὶ non mera copula est, sed fortiorem significatum habet, quo apud Latinos poni constat adhaerente consequentiae notione atque pro atque igitur. Verba convertenda sunt: So verhält es sich auch mit dem Lieben. Und ist also nicht jeder Eros schön und eines besonderen Lobes würdig, sondern nur der, welcher auf eine schöne Weise zur Liebe treibt.

ὡς ἀληθῶς πάνδημος. Quid sibi velit ὡς ἀληθῶς, a nemine demonstratum video. Significat autem, propria potestate adhiberi, h. e. adiectivum esse non nomen, πάνδημος. Recte igitur aliis in locis mihi videor

Cap. IX.

Ὁ μὲν οὖν τῆς Πανδήμου Ἀφροδίτης ὡς ἀληθῶς πάνδημός ἐστι καὶ ἐξεργάζεται ὅ τι ἂν τύχῃ· καὶ οὗτός B *ἐστιν, ὃν οἱ φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων ἐρῶσιν. ἐρῶσι δὲ οἱ τοιοῦτοι πρῶτον μὲν οὐχ ἧττον γυναικῶν ἢ παίδων, ἔπειτα ὧν καὶ ἐρῶσι, τῶν σωμάτων μᾶλλον ἢ τῶν*

maiuscula littera *Πάνδημος* scripsisse.

καὶ ἐξεργάζεται ὅ τι ἂν τύχῃ. Vett. edd. pro *τύχῃ* exhibent *τύχοι*, Male. Ad *τύχῃ* simplex verbum e praecedentibus repetendum est, non compositum *ἐξεργαζόμενος*, ut visum est Stallbaumio. Sensus est: und was irgend unter seine Hände kömmt, das benutzt er ohne weiteres für seinen Zweck. Huius structurae exempla permulta reperiuntur. cfr. Phaedon. p. 64. C. *σκέψαι δή, ὦ ἀγαθέ, ἐὰν ἄρα καὶ σοὶ ξυνδοκῇ, ἅπερ καὶ ἐμοὶ* (sc. *δοκεῖ*.) Pari modo affirmativum verbum repetendum est praecedente verbo negativo Platon. Gorg. 457. D. — *ἀλλ' ἐὰν περί του ἀμφισβητήσωσί καὶ μὴ φῇ ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον ὀρθῶς λέγειν ἢ μὴ σαφῶς* sc. *φῇ*. Sententiam ipsam quod attinet cfr. Plat. Protag. p. 353. A. *τί δέ, ὦ Σώκρατες, δεῖ ἡμᾶς σκοπεῖσθαι τὴν τῶν πολλῶν δόξαν ἀνθρώπων, ὃ ὅτι ἂν τύχωσι, τοῦτο λέγουσιν;* Adde Plat. Criton. p. 44. D.

καὶ οὗτός ἐστιν, ὃν κ. τ. λ. Pausanias si brevius loqui voluisset, verba audirent *καὶ τοῦτον — ἐρῶσιν*. Illam oratoriam dicendi figuram etiam infra reperies p. 182. A. *οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ κ. τ. λ.*, p. 186. C. *καὶ τοῦτά ἐστιν, ᾧ ὄνομα τὰ ἰατρικόν* et alias sexcenties. Ceterum *ἐρᾶν* coniunctum cum quarto casu verbum transitivum esse, cum genitivo, praegnanti, quae vocatur, potestate adhiberi, ut idem sit, atque amatorem esse alicuius, supra annotatum est p. 88. Hinc nostra verba convertenda sunt; und das ist der, welchen die minder Gebildeten unter den Menschen lieben. Liebhaber aber sind solche zuerst, nicht minder von Weibern als von Knaben...

ὡς ἂν δύνωνται ἀνοητοτάτων. Stallbaumii ad h. l. annotatio haec est: Tribus partibus ait constare differentiam inter asseclas Amoris coelestis atque vulgivagi, primum sexu, qui ametur, deinde parte, quae ametur, postremo amandi modo. Itaque mutavimus lectionem vulgatam *ἀνοητοτάτων* Schützio obsecuti, cuius coniecturam firmant codd. aliquot non malae notae (Paris. et duo Vindobb.)— Satis speciosa est, neutiquam tamen vera haec verborum interpretatio. Tantum enim abest, ut temeritate tanquam argumento Pausanias utatur, quo *φαύλους*

ψυχῶν, ἔπειτα ὡς ἂν δύνωνται ἀνοητοτάτων, πρὸς τὸ διαπράξασθαι μόνον βλέποντες, ἀμελοῦντες δὲ τοῦ καλῶς ἢ μή. ὅθεν δὴ ξυμβαίνει αὐτοῖς ὅ τι ἂν τύχωσι, τοῦτο πράττειν, ὁμοίως μὲν ἀγαθὸν, ὁμοίως δὲ τοὐναν-
C τίον. ἔστι γὰρ καὶ ἀπὸ τῆς θεοῦ νεωτέρας τε οὔσης πολὺ ἢ τῆς ἑτέρας, καὶ μετεχούσης ἐν τῇ γενέσει καὶ

τῶν ἀνθρώπων Pandemum amare probet, ut potius allatis argumentis tribus Pandemi amatores temerarios esse doceat intemperantesque atque eorum, in quoscunque inciderint, ineptissimos corruptores. Nullo enim, inquit, discrimine facto et mulierum et puerorum amatores sunt, deinde sive mulierem amant sive puerum, corporis quam animi pulcritudine magis delectantur, postremo, quam fieri maxime potest — num ineptissimo modo Pausaniam dixisse censes? — quid ineptius in amore cogitari potest, quam corpore magis quam animo delectari? Revocanda lectio vulgata est ἀνοητοτάτων, quam Rückertus quoque in textum recepit, minus tamen recte verbum interpretatus. Ἀνοητότατοι enim h. l. non stultissimi sunt, sed infirmioris aetatis. Hinc verba explicabis p. 181. D. χρῆν δὲ καὶ νόμον εἶναι μὴ ἐρᾶν παίδων, ἵνα μὴ εἰς ἄδηλον πολλὴ σπουδὴ ἀνηλίσκετο κ. τ. λ., ad quae verba vide annot. Quid? quae his verbis praecedunt, nostram explicationem apertissime probant: ἀλλ' οὐκ ἐξαπατήσαντες, ἐν ἀφροσύνῃ λαβόντες ὡς νέον κ. τ. λ. Pausaniae igitur voluntas haec est: Pandemi amatores non nisi e genere temerariorum hominum sunt; quorumcunque ipsis potestas est, eos amant, non minus feminas quam pueros, deinde corpus magis quam animum amant, postremo natu minores.

πρὸς τὸ διαπράξασθαι. Ut paullo supra ἐξεργάζεσθαι, ita hoc loco διαπράξασθαι verbi latissimo significatu turpissimae rei notio obtegitur. Schleierm. in conversione habet: indem sie nur auf die Befriedigung sehen, unbekümmert, ob auf schöne Weise oder nicht. Ceterum perpulcre hoc additamento explicatio nostra ἀνοητοτάτων verbi probari videtur. Aetate enim provectiores cordatique homines haud facile ab iis corrumpi possunt, quos temerarios libidinososque amatores esse intelligunt. Contra, quorum aetas prudentia caret, quo facilius fraudi obnoxia est, eo cupidius ab illis appetitur.

ἔστι γὰρ καὶ ἀπὸ τῆς θεοῦ. Cave Rückerto credas annotanti ad hunc locum, duriorem omissionem verborum esse ὁ Ἔρως οὗτος, nulla videlicet in proximis praecedente Erotis mentione. Brevior Pausanias esse maluit atque, quae facillime suppleri possint, eadem audientibus supplenda reliquere, quam orationem exhibere nimia verbositate laborantem. Proprie enim dicendum erat: εἰσὶ γὰρ καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ Ἔρωτος, ὃς ἐστιν ἀπὸ τῆς θεοῦ κ. τ. λ. Similiter Pausanias brevitatis studio dixit p. 181. C. οἱ ἐκ τούτου τοῦ

θήλεος καὶ ἄῤῥενος. ὁ δὲ τῆς Οὐρανίας πρῶτον μὲν οὐ μετεχούσης θήλεος, ἀλλ' ἄῤῥενος μόνου — καὶ ἔστιν οὗτος ὁ τῶν παίδων Ἔρως — ἔπειτα πρεσβυτέρας, ὕβρεως ἀμοίρου. ὅθεν δὴ ἐπὶ τὸ ἄῤῥεν τρέπονται οἱ ἐκ τούτου τοῦ Ἔρωτος ἔμπνοι, τὸ φύσει ἐῤῥωμενέστερον καὶ νοῦν μᾶλλον ἔχον ἀγαπῶντες. καί τις ἂν γνοίη καὶ ἐν αὐτῇ

Ἔρωτος ἔμπνοι pro οἱ ἐκ τούτου τοῦ Ἔρωτος τοῦ ἀπὸ ταύτης τῆς Θεοῦ ἔμπνοι. Ceterum ne mireris πολύ voculae post comparativum posituram, ita loquuntur interdum Graeci, ut sedis insolentia verborum potestas augeatur. Exempla huius locutionis non rara; supra reperitur p. 180. A. καὶ ἔτι ἀγένειος, ἔπειτα νεώτερος πολύ, ὡς φησὶν Ὅμηρος. Adde Plat. Gorg. p. 488. E. οἱ γὰρ κρείττους βελτίους πολὺ κατὰ τὸν σὸν λόγον. Plura exempla Stallbaumius laudavit ad h. l. ed. p. 50.

καὶ θήλεος καὶ ἄῤῥενος. His verbis explicatur, qui fiat, ut Πανδήμου asseclae et femineo et masculo sexu delectentur. Hoc quamquam diserte verbis non commemoratum est a Pausaniâ, tamen colligere licet ex iis, quae paullo infra leguntur: ἀλλ' ἄῤῥενος μόνον — καὶ ἔστιν οὗτος ὁ τῶν παίδων Ἔρως — quae verba immerito tanquam glossema expungenda censuerunt Wolfius, Schützius, Astius. Sensus est: und darauf beruht das Wesen der Knabenliebe. Οὗτος autem pronomen positum est e generis haud rara assimilatione pro τοῦτο.

ὕβρεως ἀμοίρου. In his asyndeton improbantes Astius et Orellius alter τέ inserui, alter ἄμοιρος scribendum existimavit. Frustra. Solent addita copula nulla eas partes orationis enumerare Graeci, quarum suum quaeque pondus habet. cf. Symp. p. 173. B. Ἀριστόδημος, ἦν τις, Κυδαθηναιεὺς, σμικρὸς, ἀνυπόδητος ἀεί. p. 175. C. τὸν οὖν Ἀγάθωνα, τυγχάνειν γὰρ ἔσχατον κατακείμενον, μόνον. Ceterum ὕβρεως ἄμοιρος Urania dicitur ita, ut simul in Pandemon Aphroditen oratio dirigatur, cuius ξυνεργός perfidos et cavillatores asseclas reddit. cf. p. 181. D. ἀλλ' οὐκ ἐξαπατήσαντες, ἐν ἀφροσύνῃ λαβόντες ὡς νέον, καταγελάσαντες οἰχήσεσθαι ἐπ' ἄλλον ἀποτρέχοντες κ. τ. λ.

ὅθεν δὴ — ἔμπνοι. Haec accuratiori explicationi inserviunt praecedentium καὶ ἔστιν οὗτος ὁ τῶν παίδων Ἔρως, quae verba quoniam ita exhibita sunt, ut pro concreto, quod vocant grammatici, abstractum positum sit, nostro loco concretum habes h. e. masculi generis amatores in abstracti nominis locum substitutos. Cave igitur h. l. de inutili praecedentis dicti repetitione cogites. Ἔμπνοι vocem quod attinet, cfr. Plat. Menon. p. 99. D. φαῖμεν ἂν θείους τε εἶναι καὶ ἐνθουσιάζειν, ἐμπνους ὄντας καὶ κατεχομένους ἐκ τοῦ θεοῦ. Adde etiam Phaedri verba p. 179. B. καὶ ἀτεχνῶς, ὃ ἔφη Ὅμηρος, μένος

τῇ παιδεραστίᾳ τοὺς εἰλικρινῶς ὑπὸ τούτου τοῦ Ἔρωτος
D ὡρμημένους. οὐ γὰρ ἐρῶσι παίδων, ἀλλ' ἐπειδὰν ἤδη

ἐμπνεῦσαι ἐνίοις τῶν ἡρώων τὸν θεὸν, τοῦτο ὁ Ἔρως τοῖς ἐρῶσι παρέχει γιγνόμενον παρ' αὐτοῦ.

τὰ φύσει ἐῤῥωμενέστερον κ. τ. λ. cfr. Plat. de rep. V. p. 455. D. οὐδὲν ἄρα ἐστὶν, ὦ φίλε, ἐπιτήδευμα τῶν πόλιν διοικούντων γυναικὸς διότι γυνὴ, οὐδ' ἀνδρὸς διότι ἀνὴρ, ἀλλ' ὁμοίως διεσπαρμέναι αἱ φύσεις ἐν ἅμφοιν τοῖν ζώοιν, καὶ πάντων μὲν μετέχει γυνὴ ἐπιτηδευμάτων κατὰ φύσιν, πάντων δὲ ἀνὴρ, ἐπὶ πᾶσι δὲ ἀσθενέστερον γυνὴ ἀνδρός. Ceterum caute h. l. Pausanias ἀγαπῶντες participium exhibuit, ne forte aliquis, si ἐρῶντες dixisset, rei intelligentiam perverteret explendae voluptatis notionem simul adiungens.

καί τις ἂν γνοίη καὶ ἐν αὐτῇ τῇ παιδεραστίᾳ. Inest his verbis, quod male me habet. Nullum in codicibus vestigium est depravationis, igitur commendanda tantummodo lectoribus, non item in textum inferenda scriptura haec est: καί τις ἂν καὶ γνοίη ἐν αὐτῇ τῇ παιδεραστίᾳ κ. τ. λ. Nihil frequentius apud scriptores Graecos dicendi genere καί τις καί, καί τινες καί, similibus. Unum huius dictionis exemplum ut commemorem, in Plat. Criton. p. 43. A. legitur: ξυνήθης ἤδη μοί ἐστιν, ὦ Σώκρατες, διὰ τὸ πολλάκις δεῦρο φοιτᾶν· καί τι καὶ εὐεργετεῖται ὑπ' ἐμοῦ, quo loco Stallbaumio rectius Buttmannus edidit εὐεργετεῖται, ille εὐεργέτηται in textum re-

cepit. Sensus est: Er kennt mich schon, o Socrates, da ich oft hierher komme; dann und wann bekömmt er auch etwas von mir. Ad nostrum locum ut revertar, certissimum esse reor, Platonem non scripsisse καὶ ἐν αὐτῇ τῇ παιδεραστίᾳ. Satis enim erat dixisse ἐν αὐτῇ τῇ παιδεραστίᾳ aut addita καί vocula καὶ ἐν τῇ παιδεραστίᾳ.

εἰλικρινῶς. Etymol. M. p. 298, 56. Sylb. εἰλικρινής· ὁ καθαρὸς καὶ ἀμιγὴς ἑτέρου. παρὰ τὸ ἕλη, ἡ θερμασία, καὶ τὸ κρίνω, ὁ ἐν τῇ ἕλῃ κεκριμένος. Alii aliter hanc vocem explicare studuerunt; nobis, unde haec vox depromta sit, quaerentibus sponte se obtulit salis comparatio, quod coquendo purius fit et clarius. Salinatoribus igitur vox antiquitus propria fuisse videtur; deinde, ut fit, in quotidianae vitae consuetudinem ita abiit, ut propria eius significatio prorsus evaneseceret. cfr. Symp. p. 211. E. τί δῆτα, ἔφη, οἰόμεθα, εἰ τῳ γένοιτο αὐτὸ τὸ καλὸν ἰδεῖν εἰλικρινὲς, καθαρὸν, ἄμικτον, ἀλλὰ μὴ ἀνάπλεων σαρκῶν τε ἀνθρωπίνων καὶ χρωμάτων καὶ ἄλλης πολλῆς φλυαρίας θνητῆς, ἀλλ' αὐτὸ τὸ θεῖον καλὸν δύναιτο μονοειδὲς κατιδεῖν; Adde Plat. Menex. p. 245. cap. 17: διὰ τὸ εἰλικρινῶς εἶναι Ἕλληνες καὶ ἀμιγεῖς βαρβάρων. Sunt igitur, Rückertus inquit, οἱ εἰλικρινῶς ὑπὸ τούτου τοῦ Ἔρωτος ὡρμημένοι, qui pure, sincere, ab hoc Amore aguntur, nec admistum habent

ἄρχωνται νοῦν ἴσχειν· τοῦτο δὲ πλησιάζει τῷ γενειάσκειν. παρεσκευασμένοι γὰρ, οἶμαι, εἰσὶν οἱ ἐντεῦθεν ἀρχόμε-

quicquam de viliore illo et vulgari.

οὐ γὰρ ἐρῶσι παίδων, ἀλλ' ἐπειδὰν κ. τ. λ. Haec est librorum omnium lectio, quam H. Stephanus primus ita immutavit, ut *ἀλλ' ἐπειδάν* verbis *ἤ* voculam interponeret. Ea scriptio tum aliis tum Stallbaumio adeo probabilis visa est, ut eam in textum reciperet. Constat autem, *ἀλλ' ἤ* voculis duplicem rationem, quae proprie non nisi duabus enuntiationibus exprimi potest, in una enuntiatione coniunctam indicari. Sic nostro loco dicere possis *οὐ γὰρ (πρότερον) ἐρῶσι παίδων ἢ ἐπειδὰν ἤδη ἄρχωνται νοῦν ἴσχειν*, dicere possis etiam *οὐ γὰρ ἐρῶσι παίδων, ἀλλ' (ἐρῶσιν αὐτῶν) ἐπειδὰν ἤδη ἄρχωνται νοῦν ἴσχειν.* His enuntiatis in unum conflatis dicendi genus efficitur hoc: *οὐ γὰρ ἐρῶσι παίδων, ἀλλ' ἢ ἐπειδὰν κ. τ. λ.* Hoc per se spectatum, cur reprehendas, non habebis. Nam quod Rückertus ad h. l. dubitare se ait, num recte *παῖδες* dici possint ii, qui iam pubescant, eo quidem argumento lectores non admodum movebuntur. Quaeritur autem, an Pausanias ita locutus sit. Certi quid equidem statuere non ausim, verisimile tamen mihi videtur, Pausaniam, cum paullo ante amatores nominasset, qui eo delectentur, quod validius natura sit atque intelligentia emineat, nostro loco non nisi *oppositionis* rationem habuisse, *παίδων* nomen autem ita posuisse, ut idem sit atque *ἀνοητοτάτων*, quod p. 181. B. reperitur. Eodem significatu paullo infra dicit: *χρῆν δὲ καὶ νόμον εἶναι μὴ ἐρᾶν παίδων* (h. e. pueros immaturos), *ἵνα μὴ εἰς ἄδηλον πολλὴ σπουδὴ ἀνηλίσκετο. τὸ γὰρ τῶν παίδων τέλος ἄδηλον, οἱ τελευτᾷ κακίας καὶ ἀρετῆς.* Ceterum ellipticam enuntiationem habes, quam cave per aposiopesin explicandam censeas. Expletior enuntiatio audit: *οὐ γὰρ ἐρῶσι παίδων, ἀλλ' ἐπειδὰν ἤδη ἄρχωνται νοῦν ἴσχειν, τότε ἐρῶσιν αὐτῶν.* Sensus est: Sie sind nicht Liebhaber von noch unausgebildeten Knaben, sondern zeigen sich ihnen erst dann als solche, wenn iene anfangen Verstand zu bekommen. Schleiermacheri conversio: Denn sie lieben nicht Kinder et q. seqq., ea de caussa minus nobis probatur, quod illud nomen de utroque sexu intelligitur, h. l. autem non nisi de masculo sermo est. Nolnit autem Pausanias dicere: *ἀλλ' ἤδη νοῦν ἰσχόντων*, quia significantius indicaturus erat, amatores id agere, ut amasios ea aetate, qua intelligentia efflorescere posset, omni studio excolerent, consilio adiuvarent, exemplo meliores redderent. Hinc *ἄρχεσθαι* verbum appositum habes temporis momentum significans, quo tempore amasiorum ingenia excoli possint, atque *πολλῇ σπουδῇ* amatorum, quae, p. 181. E. commemoratur, eruditi, porro *ἐπειδάν* finali particula Pausanias usus est, tardum maturitatis proventum depingens.

τῷ γενειάσκειν. Ne hoc quidem, inquit Stallb., Pausaniae

νοι ἐρᾶν ὡς τὸν βίον ἅπαντα ξυνεσόμενοι καὶ κοινῇ συμβιωσόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπατήσαντες, ἐν ἀφροσύνῃ λαβόντες ὡς νέον, καταγελάσαντες οἰχήσεσθαι ἐπ' ἄλλον

ingenio indignum est, quod aetatem illam adolescentium diligentius indicat, qua perveniant ad maturitatem quandam rationis, et qua iam liceat veris illis, quos dicit, amatoribus eorum uti consuetudine. Nimirum pubertas est ἥβη χαριεστάτη, ut ait Hom. Od. X. 279. De hoc loco vid. Comm. de Symp. Platonis.

παρεσκευασμένοι γὰρ, οἶμαι, εἰσίν seqq. Verba haec Stallbaumius convertit: Nam qui inde ab hoc tempore amare incipiunt, ii se ita comparaverunt, ut velint per totam vitam cum amasio suo versari, non quum eum, quippe quem deprehenderint iuvenem, imperitum et imprudentem fefellerint ac deceperint, cum risu et contemtu ad alium aufugere. — Participia igitur ita posita censet Stallbaumius, ut ad praecedentis participii explicationem sequens facere existimet. Sic ἐν ἀφροσύνῃ λαβόντες ὡς νέον, quae verba Orellius in εἶτ' ἀφροσύνῃ λαβόντες mutanda censuit, οὐκ ἐξαπατήσαντες verbis explicandis inservire arbitratur. Nostro arbitratu non dubium est, quin ἐξαπατήσαντες participium verbis supra lectis τῶν σωμάτων μᾶλλον ἢ τῶν ψυχῶν, ἐν ἀφροσύνῃ λαβόντες ὡς νέον, ἔπειτα ὡς ἂν δύνωνται ἀνοητοτάτων respondeat. Igitur hoc loco participia propriam ac suam potestatem habent, id quod Orellius εἶτ' pro ἐν scribendo indicaturus erat. Verba convertenda sunt: Denn entschlossen sind, meine ich, die, welche das männliche Geschlecht von diesem Alter an zu lieben beginnen, die ganze Lebenszeit mit ihm zusammen zu sein und ein gemeinsames Leben zu führen, nicht Betrug an ihm zu üben, nicht es in seinem Jugendunverstande zu überlisten, nicht mit Hohn davon zu gehen, indem sie zu einem andern abspringen. Ceterum participia cumulari solent vinculis nullis colligata, quando loquens inducitur, qui est animo commotiore. cfr. Gorg. p. 471. B. ξενίσας καὶ καταμεθύσας αὐτόν τε καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀλέξανδρον, ἀνεψιὸν αὐτοῦ, ὀχεδὸν ἡλικιώτην, ἐμβαλὼν εἰς ἅμαξαν, νύκτωρ ἐξαγαγὼν ἀπέσφαξεν κ. τ. λ. Adde Symp. p. 210. D. καὶ βλέπων πρὸς πολὺ ἤδη τὸ καλὸν, μηκέτι τὸ παρ' ἑνὶ — ἀγαπῶν κ. τ. λ.

ἐπ' ἄλλον ἀποτρέχοντες. Aliquo modo hoc loquendi genus vernaculo sermone assequimur quidem, sed repugnante plerumque dicendi usu. Aliena enim a nostrae linguae indole illa facilitas est, quam felicitatem vocare possis, qua scriptores Graeci complurium actionum rationes in una enuntiatione coniunctas exhibuerunt. Schleiermacherus habet in convers.: und von ihm zu einem andern zu entlaufen.

χρῆν δὲ καὶ νόμον εἶναι κ. τ. λ. De χρῆναι verbi notione supra dictum est p. 12.

ἀποτρέχοντες. χρῆν δὲ καὶ νόμον εἶναι μὴ ἐρᾶν παίδων, ἵνα μὴ εἰς ἄδηλον πολλὴ σπουδὴ ἀνηλίσκετο. τὸ γὰρ τῶν E παίδων τέλος ἄδηλον οἳ τελευτᾷ κακίας καὶ ἀρετῆς

Significat autem: Debere aliquem aliquid facere ita, ut, si id omiserit, officio suo defuisse censeatur. Imperfecto eiusdem temporis exprimitur: Debuisse aliquem aliquid facere, quod revera non fecerit officium suum male exsecutus. Iam nostro loco quoniam non comparet, cui male servati officii crimen imputare possis, verba hoc modo convertere licet: Eigentlich hätte, wenn es nach Fug und Recht gehen sollte, ein Gesetz da sein müssen etc. Cetérum cave ἄν particulam χρῆν verbo adiungendam censeas. Ea enim si adderetur, particulae potestas esset, ut, quod olim fieri oportuisse dictum sit, idem nunc non opportere fieri indicetur. Sed officii quovis tempore eadem conditio est, ut non possit aliquo tempore officium esse, quod idem alio tempore non officium sit. Alia ratio est δεῖν verbi, quod quoniam necessitatem indicat extrinsecus illatam h. e. certis quibusdam de caussis ortam, ἔδει ἄν commode dicere possis ita, ut cedentibus illis caussis vetere proverbio effectus cessisse cogitetur; ἔδει ἄν autem significat, olim necessarium fuisse, nunc autem non amplius necessarium esse. Et quoniam saepissime contingit, ut non amplius necessarium videatur praesenti hora, quod olim maxime necessarium fuit, non mirum est, ἔδει ἄν crebro apud veteres scriptores reperiri; contra χρῆν ἄν nusquam, quantum scio, occurrit apud veteres, cuius rei argumentum est, quam supra commemoravi, officii constantia.

ἵνα μὴ εἰς ἄδηλον — ἀνηλίσκετο. Codices aliquot ἀναλίσκοιτο exhibent, quae lectio bene haberet hoc loco, si Pausanias non nisi de possibilitate, quam vocant, τοῦ ἀναλίσκεσθαι ageret. Indicaturus autem illo aperte erat, saepe iam factum esse, ut amatores amasios frustra ad virtutem propellere studerent, ut unice rectum censendum sit ἀνηλίσκετο. Optativi modi exemplum est Alcib. I. p. 105. E. νεωτέρῳ μὲν οὖν ὄντι σοι καὶ πρὶν τοσαύτης ἐλπίδος γέμειν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐκ εἶα ὁ θεὸς διαλέγεσθαι, ἵνα μὴ μάτην διαλεγοίμην. Optativo autem modo Socrates hic utitur, quod revera non expertus erat, ut in erudiendo Alcibiade frustra operam consumeret. Adde Menon. p. 89. B. οὓς ἡμεῖς ἂν παραλαβόντες ἐκείνων ἀποφηνάντων ἐφυλάττομεν ἐν ἀκροπόλει — ἵνα μηδεὶς αὐτοὺς διέφθειρεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀφίκοιντο εἰς τὴν ἡλικίαν χρήσιμοι γίγνοιντο ταῖς πόλεσιν. Plat. Criton. p. 44. D. εἰ γὰρ ὤφελον, ὦ Κρίτων, οἱοίτε εἶναι οἱ πολλοὶ τὰ μέγιστα κακὰ ἐξεργάζεσθαι, ἵνα οἱοίτε ἦσαν καὶ ἀγαθὰ τὰ μέγιστα. vid. Rostii Gramm. §. 122. 12.

τὸ γὰρ τῶν παίδων τέλος κ. τ. λ. Duplici significatu παίδων nomine Pausanias utitur, ut id aut masculum genus denotet cfr. p. 181. C. καὶ ἔστιν

ψυχῆς τε πέρι καὶ σώματος. οἱ μὲν οὖν ἀγαθοὶ τὸν νόμον τοῦτον αὐτοὶ αὑτοῖς ἑκόντες τίθενται· χρὴν δὲ

οὗτος ὁ τῶν παίδων Ἔρως — ὅθεν δὴ ἐπὶ τὸ ἄρρεν τρέπονται κ. τ. λ., aut *νεωτέρους* significet, ut hoc loco. Schleiermacherus haec verba convertit: Denn bei den Kindern ist der Ausgang ungewiss, wo es hinaus will, ob zur Schlechtigkeit oder Tugend der Seele und des Leibes. Ut V. D. convertendum censuit, h. e. virtutem a vitiositate disiungendam, non coniungendam cum eadem, ita Graeca verba scribenda sunt; nullo enim modo ferri potest, quod in omnibus editionibus exstat *κακίας καὶ ἀρετῆς*. Constat autem saepissime *καί* pro *ἤ* et *ἤ* pro *καί* exhiberi in libris, ut non audacius agere censeri queat, qui sensu flagitante verborum alteram vocem in alterius locum substituat. Scribendum igitur h. l. puto esse *κακίας ἢ ἀρετῆς*. Genitivos quod attinet *κακίας* et *ἀρετῆς*, qui e praecedente loci adverbio pendent, vide Matth. ampl. §. 324. p. 632.

αὐτοὶ αὐτοῖς ἑκόντες τίθενται. Media forma Pausanias usus est *τιθέναι* verbi, quod qui legem scribunt, iidem illi legi sese subiiciunt. Eodem modo apud Xenoph. Oecon. 9. 14. scriptum reperitur *ἐν ταῖς εὐνομουμέναις πόλεσιν οὐκ ἀρκεῖν δοκεῖ τοῖς πολίταις, ἢν νόμους καλοὺς γράψωνται*, quo loco Pausaniae verba abundantia quadam exhibita esse doceare. Satis erat dixisse: *οἱ μὲν οὖν ἀγαθοὶ τὸν νόμον τοῦτον ἑκόντες τίθενται*. Addidit autem *αὐτοὶ αὐτοῖς*, ut aequitas illorum amatorum clarius eluceret, qui ipsi nulla necessitate urgente, sed liberrima voluntate (*ἑκόντες*) illam legem scribant.

τούτους τοὺς πανδήμους ἐραστάς. Οὗτος pronomen nominibus praeponi solet ita, ut significet, de aliqua re sermonem esse sive laudanda sive turpi, quae alias iam innotuerit. Igitur et laudis et ignominiae exprimendae notioni inservit. Ac nostro quidem loco non obscurum esse potest, quo significatu pronomen accipiendum sit, et recte Stallbaumius annotat, *οὗτος* cum contemtu dici. Exempla huius usus ubivis obvia sunt. Laudat Stallbaumius Plat. Criton. p. 45. A. *οὐχ ὁρᾷς τούτους τοὺς συκοφάντας ὡς εὐτελεῖς*, quibus verbis occasionem datam video, de Sycophantarum nomine quid mihi videatur, aperiendi. Admodum enim displicet, quod Schol. annotat. ad Plat. de rep. I. apud Bekk. Comment. Crit. T. II. p. 397. *συκοφάντης λέγεται ὁ ψευδῶς τί τινος κατηγορῶν. κεκλῆσθαι δ' οὕτω παρ' Ἀθηναίοις πρῶτον εὑρεθέντος τοῦ φυτοῦ τῆς συκῆς, καὶ διὰ τοῦτο κωλυόντων ἐξάγειν τὰ σῦκα. τῶν δὲ φανόντων τοὺς ἐξάγοντας συκοφαντῶν κληθέντων, συνέβη καὶ τοὺς ὁπωσοῦν κατηγοροῦντάς τινων φιλαπεχθημόνως οὕτω προσαγορευθῆναι*. Duplex schol. est ad Aristoph. Plut. 37. Alterum cum Platonico convenit, alterum haec habet: *λιμοῦ γενομένου ἐν τῇ Ἀττικῇ τινὲς λάθρᾳ τὰς συκᾶς τὰς ἀφιερωμένας τοῖς θεοῖς ἐκαρποῦντο. μετὰ δὲ ταῦτα*

καὶ τούτους τοὺς πανδήμους ἐραστὰς προσαναγκάζειν τὸ τοιοῦτον, ὥσπερ καὶ τῶν ἐλευθέρων γυναικῶν προς-

εὐθηρίας γενομένης κατηγόρουν τούτων τινὲς, καὶ ἐκεῖθεν συκοφάνται λέγονται. Hae narrationes non dubium est, quin fictae sint, quibus συκοφαντῶν nomen explicetur. Pergit schol. Aristoph. εὕρηται δὲ περὶ τούτου καὶ ἑτέρα ἱστορία πάνυ ψυχρά. Sed ipsa illa schol. explicatio admodum friget. Συκοφαντῶν nomen a σακχυφάντης descendit, de qua voce Pollux habet X. 192. ὅταν Δημοσθένης εἴπῃ σακχυφάντας, τοὺς πλέκοντας ταῖς γυναιξὶ κεκρυφάλους ἀκούουσιν. Hoc genus hominum consentaneum est loquacissimum fuisse et curiosissimum nequitiaque refertissimum, atque in omni re tonsoribus, obstetricibus, aliis simillimum. Factum est autem usu loquendi atque, ut in Plat. Cratyl. est p. 421. C. διὰ — τὸ πανταχῇ στρέφεσθαι τὰ ὀνόματα, ut nomen συκοφάντης audiret, ex quo συκοφάντης enatum.

προσαναγκάζειν τὸ τοιοῦτον. Pauci libri pro τὸ τοιοῦτον habent τῶν τοιούτων. Exspectabas, inquit Stallbaumius, οἱόνπερ ἐστὶ τοῦτο, ὅτι καὶ τῶν ἐλευθέρων γ. π. αὐτοὺς μὴ ἐρᾶν. Sed nihil mutandum. Annotat Rückertus ad h. l.: Spectat pronomen ad supra lecta verba μὴ ἐρᾶν παίδων. Neque habet duplex accusativus huic verbo iunctus quicquam, quod offendat. — Alia ratione nobis hic locus explicandus videtur. Pausanias nimirum cum praedicasset eorum amatorum iustitiam et aequitatem, qui ipsi sibi lubentissime illam legem imponant, nunc id agit, ut non cogendos Pandemi amatores censeat, ut eandem legem sibi scribant, atque ab immaturis pueris abstineant, sed statim ad rationem cogendi abit, modamque indicat, quo modo viles isti amatores ab immaturis retineri possint. Sententia igitur verborum haec est: Die guten Liebhaber legen sich dieses Gesetz aus eigenem Antriebe auf; nun muss man eigentlich auch den Anhängern des Pandemos dieses Gesetz aufdringen, ganz in der Weise, wie wir sie nach Kräften nöthigen, freigebornen Frauen ihre Liebe nicht zu widmen. Pronomina generis neutrius cum articulo coniuncta haud raro sic adhibentur, ut absolute ponantur atque adverbii vices obtineant. Sic in Plat. Phaedone legitur p. 65. B. οἷον τὸ τοιόνδε λέγω, quo loco τὸ τοιόνδε absolute positum est, vehementerque differt a verbis, quae leguntur Eutyphr. p. 15. B. οἷον τοιόνδε sc. λέγω. Symp. p. 178. E., ad quem locum vide annotat. p. 61., ταὐτὸν δὲ τοῦτο καὶ τὸν ἐρώμενον ὁρῶμεν, ὅτι κ. τ. λ. ubi ταὐτὸν τοῦτο est: ganz auf dieselbe Weise. Adde Plat. de rep. X. p. 605. B. ταὐτὸν καὶ τὸν μιμητικὸν ποιητὴν φήσομεν — ἐμποιεῖν κ. τ. λ. Prorsus eodem modo τὸ τοιοῦτον positum est nostro loco. De μὲν οὖν — δέ particulis vide annot. p. 22.

τῶν ἐλευθέρων γυναικῶν — μὴ ἐρᾶν. Liberae mulieres ex hominum conspectu quam fieri potuit maxime remo-

182 *αναγκάζομεν αὐτοὺς, καθ' ὅσον δυνάμεθα, μὴ ἐρᾶν. οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ καὶ τὸ ὄνειδος πεποιηκότες, ὥστε τινὰς τολμᾶν λέγειν, ὡς αἰσχρὸν χαρίζεσθαι ἐρασταῖς. λέγουσι δὲ εἰς τούτους ἀποβλέποντες, ὁρῶντες αὐτῶν τὴν ἀκαιρίαν καὶ ἀδικίαν· ἐπεὶ οὐ δή που κοσμίως γε*

vebantur, cfr. Symp. p. 176. E. *ταῖς γυναιξὶ ταῖς ἔνδον*, ad quem locum Nepotis praefat. §. 7. laudavimus p. 44. Mens Pausaniae hic esse videtur: Debere, si fieri posset, pueros immaturos domi manere absconditos, ut liberae mulieres domi maneant, hominum adspectum fugientes, ne amatorum prava sedulitate corrumpantur.

οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ καὶ κ. τ. λ. Pronomen sequente articulo cum contemtu positum est, ut supra *τούτους τοὺς πανδήμους*. Sic p. 181. B. non sine adhaerente ignominiae notione dicitur *καὶ οὗτός ἐστιν, ὃν οἱ φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων ἐρῶσιν*. *Καί* vocula hoc modo explicanda est: Isti enim cum aliorum malorum, tum etiam auctores illius rumoris sunt, quoad quidem nonnulli dicere non dubitant, turpe esse amatoribus gratificari. Pro *ὥστε τινάς*, quae optimorum codicum lectio est, vulgo *ὥστε τινά* legitur. Sed singularis numerus minus aptus hoc loco, non quod sequitur pluralis numerus *λέγουσι δὲ κ. τ. λ.*, sed ne forte lateat lectorem, non certi cuiusdam viri, sed populi rumorem hic tangi. Ad *τὸ ὄνειδος* Rückertus annotavit: *Graeci, quamvis frequentissimus usus sanxisset quodammodo hunc amorem, tamen ut probarent eum, nunquam induxerunt animum, immo turpitudinis nota erat, non quidem amasse pueros amatoribus, sed pueris amori eorum satisfecisse.* Aliter, atque Rückerto visum est, super puerorum amore iudicarunt Graeci. Vide Commentat. de Symp. Platonis.

αὐτῶν τὴν ἀκαιρίαν καὶ ἀδικίαν. cf. p. 181. D. *ἐξαπατήσαντες, ἐν ἀφροσύνῃ λαβόντες ὡς νέον, καταγελάσαντες οἰχήσεσθαι ἐπ' ἄλλον ἀποτρέχοντες*. Ibid. l. B. *πρὸς τὸ διαπράξασθαι μόνον βλέποντες, ἀμελοῦντες δὲ τοῦ καλῶς ἢ μή* et q. seqq.

ἐπεὶ οὐ δήπου — γέ. Haec est optimorum codicum lectio; vulgo male *οὐ δήπου — τέ* exhibetur. *Γέ* ad verba pertinet, quibus appositum est, et conditionem indicat ita, ut apprime Latinorum *si quidem* respondeat. *δήπου* voculam quod attinet, supra de *πού* particulae significatu dictum est ad p. 180. D. Eius significatus vis *δή* accedente, cui ironica potestas est, ut in Plat. Menone p. 86. D. *ἐπειδὴ δὲ σὺ σαυτοῦ μὲν οὐδ' ἐπιχειρεῖς ἄρχειν, ἵνα δὴ ἐλεύθερος ᾖς*, maximopere augetur. Ficinus verba convertit satis frigide, ut videtur: *nihil autem, quod modeste et legitime fit, vituperare decet.* Verba convertenda sunt potius: Denn es kann doch offenbar wol irgend eine Handlung, wenn anders sie mit Maass und Fug un-

καὶ νομίμως ὅτιοῦν πρᾶγμα πραττόμενον ψόγον ἂν δικαίως φέροι.

Καὶ δὴ καὶ ὁ περὶ τὸν ἔρωτα νόμος ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις πόλεσι νοῆσαι ῥᾴδιος· ἁπλῶς γὰρ ὥρισται· ὁ δ' ἐνθάδε καὶ ὁ ἐν Λακεδαίμονι ποικίλος. ἐν Ἤλιδι B

ternommen wird, nicht mit Recht getadelt werden. Prorsus eodem modo dicitur in Apol. Socr. notissimo loco p. 20. C. *οὐ γὰρ δήπου σοῦγε οὐδὲν τῶν ἄλλων περιττότερον πραγματευομένου, ἔπειτα τοσαύτη φήμη τε καὶ λόγος γέγονεν* κ. τ. λ., quo loco interpunctionem post *σοῦγε* delendam curavimus. Sensus est: Denn es hätte doch offenbar wol, wenn anders du nichts weiteres gethan hättest, als die andern, ein solches Gerede und Geschwätz nicht entstehen können.

καὶ δὴ καί. Harum particularum notionem Schleiermacherus in conversione non reddidit, neque Ficinus easdem convertendo expressit. Exhibet enim: lex utique de amore et q. seqq. Rückertus ad h. l. haec annotat: Particulae coniunctae *καὶ δὴ καί* ibi locum habent, ubi a generaliore sententia ad specialem transitur, h. e., quum id, quod in universum disputavimus, etiam de certa aliqua re valere dicimus, quo in nexu semper aliquid conclusionis est. Habet igitur harum vocum quaevis vim suam nativam; quarum prima copulat cum prioribus, altera vel conclusionem indicat, vel rem pro certa ponit, quam particulae *δή* vim velim ostensivam appellare, tertia adiungit, fierique subsumtionem docet. — Negari nequit, *καὶ δὴ καί* particulas interdum ita a scriptoribus adhibitas esse, ut iis transiri significent ad ea, quibus, quae antea in universum disputata essent, probentur. Cave tamen, omnibus in locis hanc particularum significationem veram habeas. Ac nostro quidem loco Pausanias ad novam rem, h. e. ad civitatium leges transit ita, ut, cum commemorasset p 182. A. duplex de amore iudicium Atheniensium, quorum alii ipsum laudent, alii vituperent, aliorum civitatium iudicia annectat, et quomodo inter se differant, exponat. Ad eam rem commemorandam aditum patefacit *δή* particula, quae quo magis emineat, initio enuntiati ponenda erat, atque eidem *καί* expletivum, quo suffulciatur, praefigendum. vide annot. p. 5.

ἁπλῶς γὰρ ὥρισται. E recta *ἁπλῶς* vocis explicatione sequentis verbi *ποικίλος* recta explicatio sequitur. Illud denotat actionis reive alicuius simplicissimam conditionem, qua efficitur, ut facile possis et quasi primo obtutu, quid sit actio aive res inspecta, cognoscere. *Ποικίλος* contra de plurimarum rerum inprimisque de colorum compositione valet, quae ita comparata est, ut nequeas dicere statim, cuius coloris sit id, quod *ποικίλον* vocatur. Hinc ad hominem relatum *ποικίλος* eum significat, quem non tam versicolorem, quam varium appella-

μὲν γὰρ καὶ ἐν Βοιωτοῖς, καὶ οὗ μὴ σοφοὶ λέγειν, ἁπλῶς νενομοθέτηται καλὸν τὸ χαρίζεσθαι ἐρασταῖς, καὶ οὐκ ἄν τις εἴποι οὔτε νέος οὔτε παλαιὸς ὡς αἰσχρὸν, ἵνα, οἶμαι, μὴ πράγματ' ἔχωσι λόγῳ πειρώ-

runt et versipellem Romani. *Νόμος ποικίλος* est igitur lex, quae ex ambiguitate sententiae laborat. Eius ambiguitatis in Atheniensium et Lacedaemoniorum lege Erotica exemplum explicatius enarratum habes p. 182. D. seqq.

ἐν Ἤλιδι μὲν γάρ seqq. Triplex apud Graecos de amore lex obvaluit. In Elide et in Boeotia atque in iis civitatibus omnibus, quae eloquentia carebant, obsequi amatoribus pulcrum habebatur. Apud Ionas eosque, qui barbaris subiecti erant, ut philosophicae gymnasticaeque exercitationes, ita obsequium erga amatores dedecori erat. Ambigua lex erat apud Athenienses et Lacedaemonios, ambiguumque iudicium. Nimirum *τὸ χαρίσασθαι ἐρασταῖς* et pulcrum et turpe habebatur.

νενομοθέτηται. Sydenh. annotat. ad h. l. laudatus a Wolfio: Dies Wort, wie das vorhin und mehrmals gebrauchte *νόμος*, muss man nicht von einem geschriebenen Gesetz, von einer positiven Satzung in ausdrücklichen Worten verstehen, sondern von Gewohnheit und Gebrauch, der nach und nach das Ansehn eines Gesetzes gewinnt. cfr. p. 183. D. *ἡγήσαιτ' ἂν πάλιν αἴσχιστον τὸ τοιοῦτον ἐνθάδε νομίζεσθαι.* In Plat. Cratyl. p. 384. v. 16. Bekk. *οὐ γὰρ φύσει ἑκάστῳ πεφυκέναι ὄνομα οὐδὲν οὐδενὶ, ἀλλὰ νόμῳ καὶ ἔθει τῶν ἐθισάντων τε καὶ καλούντων.* Ib. p. 388. Hermogenes interrogatus a Socrate, quis nominum usum suppeditaverit, cum id nescire se confiteretur, ille *ἆρ' οὐχὶ,* inquit, *ὁ νόμος δοκεῖ σοι εἶναι ὁ παραδιδοὺς αὐτά;*

ἵνα μὴ πράγματ' ἔχωσι κ. τ. λ. His verbis Pausaniae iudicium continetur demonstrantis, qui factum sit, ut cautione adhibita nulla paederastia in Boeotia et in Elide pulcra iudicaretur. Sed ex ambiguitate quadam hoc iudicium laborat, de qua interpretes nihil annotarunt. Aut enim licere obsequi amatoribus dicit, ut impetrent amatores, quod lege prohibente iuvenibus nunquam persuadere possint, ut ipsis concedant, aut propterea legem illam latam censet, ut iuvenes, quos Boeoti atque Elidenses admonitione non possent, amoris vi ad virtutem impellerentur. Utra explicatio rectior sit, in Comment. de Symp. Platonis explicatum habes.

τῆς δὲ Ἰωνίας καὶ ἄλλοθι πολλαχοῦ. Quid Pausanias dicere voluerit, ut facillime intelligitur, ita difficillima structurae ratio est, quam nemodum satis explicavit. Plerique interpretes ad coniecturas ingenii confugerunt, quarum numero non minus turbatum te senties, quam ipsa difficultate Platonici loci. H. Stephanus scribendum coniecit *τῆς δὲ Ἰωνίας πολλα-*

μενοι πείθειν τοὺς νέους, ἅτε ἀδύνατοι λέγειν. τῆς δὲ Ἰωνίας καὶ ἄλλοθι πολλαχοῦ αἰσχρὸν νενόμισται, ὅσοι ὑπὸ βαρβάροις οἰκοῦσι. τοῖς γὰρ βαρβάροις διὰ τὰς τυραννίδας αἰσχρὸν τοῦτό γε, καὶ ἡ γε φιλοσοφία καὶ C

χοῦ καὶ ἄλλοθι κ. τ. λ.; Thierschius τῇ δὲ Ἰωνίᾳ, Astius τοῖς δὲ Ἰωνίας coniecerunt. Ut alios silentio praetream, ingeniose Rückertus scribendum duxit τῆς δὲ Ἰωνίας καὶ ἄλλοθι πολλαχοῦ αἰσχρὸν νενόμισται, μάλιστα δ' ὅσοι ὑπὸ βαρβάροις οἰκοῦσιν. Stallbaumius, vide, inquit, ne genitivus pendeat e pronomine ὅσοι vel potius e pronomine demonstrativo ante ὅσοι intelligendo. Nemo enim offenderet in his τῆς δὲ Ἰωνίας καὶ ἄλλων πολλῶν χωρῶν ὅσοι ὑπὸ βαρβάροις οἰκοῦσι, παρὰ τούτοις αἰσχρὸν νενόμισται. Quum autem orator post τῆς δὲ Ἰωνίας posuisset adverbia ἄλλοθι πολλαχοῦ, addidit statim αἰσχρὸν νενόμισται, quae sic non poterant commode alio loco collocari, atque deinde demum ad inchoatam structuram, quam in mente habuit, reverti putandus est. — Haec explicatio impeditissimae structurae et ipsa impeditior est. Rückerti ingeniosa quidem sed audacior coniectura est, atque cum veritate rei non satis conveniens. Ceterae coniecturae omnes ita comparatae sunt, ut intelligere sane non possis, qui factum sit, ut lectio ad sensum facilior in difficiliorem sit mutata. Ut meam, qualiscunque est, sententiam proferam, cum in praecedentibus Pausanias ἐν Ἤλιδι μὲν γὰρ καὶ ἐν Βοιωτοῖς καὶ οὗ μὴ σοφοὶ λέγειν dixisset, μέν particula adhibita, verba secutura esse indicavit, quae illis verbis opponerentur. Haec oppositio ut validius emineret, ita instituta est, ut altero membro oppositionis ad alterius exemplar comparato adhibitoque chiasmo gratissima varietate delecteris. Igitur cum proprie dicere debuisset Pausanias ἐν δὲ τῇ Ἰωνίᾳ, ut supra legitur ἐν Ἤλιδι — καὶ ἐν Βοιωτοῖς, dixit τῆς Ἰωνίας, nomen ad praecedens οὗ comparans; pro ἄλλων πολλῶν χωρῶν, quod optime cum sequente ὅσοι — οἰκοῦσιν conciliaretur, ἄλλοθι πολλαχοῦ posuit, ut esset, quod praecedentibus dativis cum ἐν praepositione coniunctis responderet. Iam certum est, genitivum τῆς Ἰωνίας per se spectatum non esse explicabilem; excusabilem autem iudicabis, si ad prius oppositionis membrum respexeris.

καὶ ἡ γε φιλοσοφία. Gymnasia philosophorumque scholas matres fuisse et altrices paederastiae, a multis antiquitatis scriptoribus traditum est. Unum ut laudem, cfr. Cic. Tusc. Q. IV. 33. *Mihi quidem haec in Graecorum gymnasiis nata consuetudo videtur: in quibus isti liberi et concessi sunt amores. Bene ergo Ennius: Flagitii principium est nudare inter cives corpora. Persecuti autem esse barbari dicuntur pari vehementia et filiam et matres, quia elatiores animos hominibus ingigneremt, novarumque rerum studio pectora incenderent.*

ἡ φιλογυμναστία. οὐ γὰρ, οἶμαι, συμφέρει τοῖς ἄρχουσι φρονήματα μεγάλα ἐγγίγνεσθαι τῶν ἀρχομένων, οὐδὲ φιλίας ἰσχυρὰς καὶ κοινωνίας, ὃ δὴ μάλιστα φιλεῖ τά τε ἄλλα πάντα καὶ ὁ Ἔρως ἐμποιεῖν. ἔργῳ δὲ τοῦτο ἔμαθον καὶ οἱ ἐνθάδε τύραννοι· ὁ γὰρ Ἀριστο-

οὐ γὰρ, οἶμαι. Οἶμαι verbum haud raro modestiae indicium est, indicatque, qui eo utitur se animi iudicium pro opinione haberi velle. Nostro loco non sine acerba ironia adhibitum est, cuius usus exemplum est Plat. de rep. I. p. 337. A., ad quem locum vide Stallbaumii annot.

φρονήματα μεγάλα — τῶν ἀρχομένων. Minus apte Schleiermacherus convertit: grosse Einsichten. Amore efficiuntur potius atque procreantur elatiores animi h. e. grossartige, kühne Gedanken. cfr. Menex. p. 239. fin. *ὧν ὁ μὲν πρῶτος, Κῦρος, ἐλευθερώσας Πέρσας τοὺς αὑτοῦ πολίτας τῷ αὑτοῦ φρονήματι ἅμα καὶ τοὺς δεσπότας Μήδους ἐδουλώσατο κ. τ. λ.* Pro *τῶν ἀρχομένων* in aliquot codd. reperitur *τοῖς ἀρχομένοις*, quo casu Plato non usus est, ut duplicis dativi vel ambiguitatem vel simplicitatem vitaret. Ne mireris autem *ἐγγίγνεσθαι*, verbum sine dativo positum esse: paullo infra legitur *ὃ δὴ μάλιστα φιλεῖ — ὁ Ἔρως ἐμποιεῖν.* Adde, quem locum Rückertus laudat Plat. de rep. V. p. 464. D. *ἡδονάς τε καὶ ἀλυπίας ἐμποιοῦντας ἰδίων ὄντων ἰδίας.*

ὃ δὴ μάλιστα φιλεῖ. Adhiberi solet singularis numerus pronominis relativi, quando ad plura nomina refertur, quae plurali numero posita sunt. Ultra pluralem numerum egredi non licuit, igitur singularis repertus est generis neutrius, quo praecedentia comprehenderentur.

τά τε ἄλλα πάντα. Annotat ad haec verba Schleiermacherus: Dieses andere alles kann doch nur Philosophie und Gymnastik sein, und für diese wenigen Fälle ist der Ausdruck etwas zu reich. Allein, wo so viele Bücher alle schweigen, und die Nothwendigkeit nicht sehr dringend ist, da ist ändern vorwitzig. Eine solche Nothwendigkeit scheint aber wohl vorhanden zu sein. Igitur pro *πάντα* V. D. scribendum censuit *ταῦτα*, quam coniecturam Rükkertus vulgatae scripturae praefert. Monet contra Astius: sensum esse verborum: prae ceteris omnibus maxime amor. Hoc explicandi genus et Stallbaumio placet, et nobis probatur. Pausaniae mens haec est: nihil esse, quod non odium moveat tyrannorum, philosophiam, gymnasticam, musicam, poësin alia hoc genus: nihil autem magis illis invisum esse, quam puerorum amorem, quo inprimis elatiores animi, firmae amicitiae atque contubernia efficerentur.

κατέλυσεν αὐτῶν τὴν ἀρχήν. Pausaniam h. l. in historia Pisistratidarum errasse primus, ut videtur, Abrah. Grono-

γείτονος ἔρως καὶ ἡ Ἁρμοδίου φιλία βέβαιος γενομένη κατέλυσεν αὐτῶν τὴν ἀρχήν. οὕτως, οὐ μὲν αἰσχρὸν ἐτύθη χαρίζεσθαι ἐρασταῖς, κακία τῶν θεμένων κεῖται, τῶν μὲν ἀρχόντων πλεονεξία, τῶν δὲ ἀρχομένων ἀναν- D δρία· οὗ δὲ καλὸν ἁπλῶς ἐνομίσθη, διὰ τὴν τῶν θε-

vius rectissime docuit in annotat. ad Aelian. V. H. XI. 8. Tantum enim abfuit, ut interfecto Hipparcho libertas civibus Atheniensibus redderetur, ut potius Hippiae tyrannis durissima secuta sit, cfr. Thucyd. VI. 54. Neque hic error solius Pausaniae fuit, sed Atheniensium fere omnium, qui ob libertatem restitutam Harmodium et Aristogitonem summopere colebant. Sic in scolio nobilissimo, quod apud Athenaeum exstat XV. p. 695. B. dicitur:

Ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω
ὥσπερ Ἁρμόδιος κ' Ἀριστογείτων,
ὅτε τὸν τύραννον κτανέτην
ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην.

Nihil igitur mutandum, neque interpretatione καταλύειν verbi potestas mitiganda est, qua aperte indicatur, Pisistratidarum dominationem funditus eversam esse. Restat, ut paucis dicamus de verbis βέβαιος γενομένη, quae opposita esse videntur κατέλυσεν verbo. Minus placet Schleiermacheri conversio: denn des Aristogeiton und Harmodius zu einer festen Freundschaft gediehene Liebe zerstörte ihre Herrschaft. Converterim equidem potius: Denn so wie die Liebe des Aristogeiton und die Neigung des Harmodius Halt und Festigkeit gewonnen hatte, stürzten sie die Herrschaft der Tyrannen. Κατέλυσεν autem dictum est, non κατέλυσαν, ut significantius indicetur, non viros ipsos, sed animum elatiorem, qui ex mutuo amore natus sit, interitus auctorem fuisse.

κακία τῶν θεμένων. οἱ θέμενοι, ut sequentia docent, et tyranni sunt, et ii, qui tyrannis subiecti sunt. Κεῖσθαι, de tabulis solenne, quibus leges inscribebantur, de more dicitur, qui hominum pectoribus infixus est atque quasi innatus.

τῆς ψυχῆς ἀργίαν. Supra dictum habes: ἵνα, οἶμαι, μὴ πράγματ' ἔχωσι λόγῳ πειρώμενοι πείθειν τοὺς νέους. Recte igitur ἀργίαν τῆς ψυχῆς converteris: Trägheit, Stumpfheit des Geistes.

Ἐνθυμηθέντι γάρ. His verbis quid respondeat in proximis, non reperies. Igitur Pausaniae inceptae verborum structurae oblitum recte existimaveris, at Stallbaumius censet, qui Ex hoc loco, inquit, Pausaniae ingenium plane cognoscas, qui plurimis sententiis coacervatis magnoque cum studio collectis deinde inchoatae structurae adeo obliviscitur, ut videatur in alia omnia abiisse, donec ad extremum in memoriam eorum redeat, de quibus ab initio coeperat dicere. Nos Stallbaumio clementiores oratori non praemeditato largiendum esse ten-

μένων τῆς ψυχῆς ἀργίαν. ἐνθάδε δὲ πολὺ τούτων κάλλιον νενομοθέτηται καὶ, ὅπερ εἶπον, οὐ ῥᾴδιον κατανοῆσαι.

Cap. X.

Ἐνθυμηθέντι γὰρ, ὅτι λέγεται κάλλιον τὸ φανερῶς ἐρᾶν τοῦ λάθρᾳ, καὶ μάλιστα τῶν γενναιοτάτων

semus hoc, ut interdum, sententiarum accedente mole, quae meditatione in ordinem non digesta sit, ab incepta structura oratio deflectat. Aestu sententiarum refrigerato Pausanias ad orationem suam revertit p. 183. C. ταύτῃ μὲν οὖν οἰηθείη ἄν τις κ. τ. λ. ut eum dicturum fuisse colligas: φιλοσοφίας τὰ μέγιστα καρποῖτ' ἂν ὀνείδη, πάγκαλον δόξειεν ἂν νομίζεσθαι ἐν τῇδε τῇ πόλει καὶ τὸ ἐρᾶν καὶ τὸ φίλους γίγνεσθαι τοῖς ἐραστάῖς.

τὸ φανερῶς ἐρᾶν τοῦ λάθρᾳ. Aperte amare pulcrius esse, quam tecte amare nusquam, si hunc locum exceperis, apud Platonem commemoratur. Consentaneum est autem, Athienses sic censuisse, ut ab improbo bonus amator facilius discerneretur. Convenit cum nostris verbis, quod infra legitur p. 184. A. τούτους δὴ βούλεται ὁ ἡμέτερος νόμος εὖ καὶ καλῶς βασανίζειν κ. τ. λ. In sequentibus γενναιότατοι iuvenes intelliguntur nobilissimo loco orti; ἄριστοι sunt, qui optima indole gaudent, αἰσχίους autem epitheton de corporis, non item de animi habitu accipiendum est. Sententia verborum est; Dicitur h. e. censetur (nam λέγεται eiusdem h. l. significationis est atque νομίζεται, neque dubium est, quin hominum iudicium tangatur, quod νόμος a Pausania vocatur, vid. annot. p. 100.), dicitur igitur pulcrius esse aperte quam tecte amare iubeturque amator amare quam maxime fieri potest, nobilissimos atque optima indole praeditos, etiamsi minus formositate excellant.

οὐχ ὡς τι αἰσχρὸν ποιοῦντι. Stallbaumius haec verba arctius cum praecedentibus coniungenda censet, quae hanc in se sententiam contineant: καὶ ὅτι ἡ παρακέλευσις τῷ ἐρῶντι παρὰ πάντων γίγνεται ὡς θαυμαστόν τι ποιοῦντι. Displicet haec explicatio duabus de causis; primum aliud quid sensisse Pausanias perhibetur, quam quod verbis expressit, deinde si ponas, eum ita sensisse, admodum frigent sequentia καὶ πρὸς τὸ ἐπιχειρεῖν — ἐξουσίαν ὁ νόμος δέδωκε τῷ ἐραστῇ θαυμαστὰ ἔργα ἐργαζομένῳ ἐπαινεῖσθαι, de quorum verborum sensu mox dicetur. Verba οὐχ ὡς τι αἰσχρὸν ποιοῦντι ad τῷ ἐρῶντι pertinent, apposita autem sunt propter παρακέλευσις θαυμαστή verborum ambiguitatem. Παρακέλευσις enim et iis fit, qui aliquid facere iubentur, et iis, qui aliquid ut ne faciant, admonentur. Possit igitur h. l.

καὶ ἀρίστων, κἂν αἰσχίους ἄλλων ὦσι, καὶ ὅτι αὖ ἡ παρακέλευσις τῷ ἐρῶντι παρὰ πάντων θαυμαστὴ — οὐχ ὥς τι αἰσχρὸν ποιοῦντι — καὶ ἑλόντι τε καλὸν δοκεῖ εἶναι καὶ μὴ ἑλόντι αἰσχρὸν, καὶ πρὸς τὸ ἐπιχειρεῖν E ἑλεῖν ἐξουσίαν ὁ νόμος δέδωκε τῷ ἐραστῇ θαυμαστὰ ἔργα ἐργαζομένῳ ἐπαινεῖσθαι, ἃ εἴ τις τολμῴη ποιεῖν ἄλλ' ὁτιοῦν διώκων καὶ βουλόμενος διαπράξασθαι πλὴν 183

τῷ ἐρῶντι παρακέλευσις etiam ita intelligi, ut non amplius amare amans iubeatur. Sed ne haec verba sic intelligerentur, Pausanias οὐχ ὥς τι αἰσχρὸν ποιοῦντι verba apposuit. Sententia totius loci haec est: Si quis reputat apud se, — ingentem ab omnibus cohortationem fieri amapti non quasi turpe aliquid faceret et q. seqq.

καὶ ἑλόντι τε καλόν. A venatione repetuntur verba in re amatoria usurpari solita; qui amat, διώκει, si res succedit, αἱρεῖ τὸν ἐρώμενον, amatus ἁλίσκεται. Rückert. Non sine caussa iisdem venatoriis verbis Plato etiam de vero indagando utitur, cuius usus exempla non rara sunt. cf. Stallbaumium ad Plat. Phaedon. p. 66. A. Ceterum cum eodem Stallbaumio e praecedentibus verbis ὅτι particulam repetere nolumus; etenim iam his verbis Pausanias ab incepta structura verborum deflexisse videtur.

καὶ πρὸς τὸ ἐπιχειρεῖν — ἐπαινεῖσθαι. Non caret hic locus difficultate. Stallbaumius verba convertenda censet: et quod attinet ad studium amasii capiendi etiam laudari licere amatorem quamvis mira facientem. Quae conversio e duplici vitio laborat, quorum alterum est in male intellecta πρός praepositione, de altero paullo infra dicetur. Certissimum hoc est, atque καί ante — τε — καί vocula posita probatur, verba ἑλόντι τε καλὸν δοκεῖ εἶναι, καὶ μὴ ἑλόντι αἰσχρόν posita esse, ut confirmentur praecedentia οὐχ ὥς τι αἰσχρὸν ποιοῦντι. Interdum enim Graeci, quae addita caussali particula proferenda sunt, praecedentibus copula adhibita annectunt. Possis igitur verba convertere: nicht, als wenn er etwas hässliches thäte, denn wer Beute fing, dem wird Lob zu Theil, dem beutelosen folgt Schmach. Recte igitur post θαυμαστή et post αἰσχρόν lineolas posuisse nobis videmur, quippe quibus legentium oculis, quae enuntiationes arctius coniungendae sint, indicetur. Iam non dubium est, quin verba ὅτι αὖ ἡ παρακέλευσις τῷ ἐρῶντι παρὰ πάντων θαυμαστή de studio amasii dicantur, quod infra vocatur τὸ ἐπιχειρεῖν ἑλεῖν. Non verisimile igitur, Pausaniam cum cohortationem amatoris commemorasset h. e. eius, qui cupiendi amasii cupidus est, ita perrexisse: καὶ πρὸς τὸ ἐπιχειρεῖν ἑλεῖν et quod attinet ad studium amasii capiendi. Desideratur nimirum

τοῦτο, [φιλοσοφίας] τὰ μέγιστα καρποῖτ' ἂν ὀνείδη. εἰ γὰρ ἢ χρήματα βουλόμενος παρά του λαβεῖν ἢ ἀρχὴν ἄρξαι ἢ τιν' ἄλλην δύναμιν ἐθέλοι ποιεῖν οἷά περ οἱ

γέ particula, qua respici indicetur ad id, de quo iam supra dictum sit: *καὶ πρός γε τὸ ἐπιχειρεῖν κ. τ. λ.* Non parvi aestimandum Astii *εὕρημα*, quo illud desiderium mitigatur: *καὶ πρὸς τῷ ἐπιχειρεῖν ἐλεῖν κ. τ. λ.* Cave, tamen coniecturam aliquam probes, ubi cedd. lectio commode explicatur. Rectissime autem Ficinus verba convertit: Ad amatum sibi conciliandum; eodemque modo Schleiermacherus: um den Versuch zu machen, ob er ihn gewinnen könne. — Quod verba attinet *ἐξουσίαν — δέδωκε — ἐπαινεῖσθαι*, mira Stallbaumiana explicandi ratio, qua lex permittere dicitur amatori, ut laudetur. Quamquam satis intelligitur quidem, quid sit, quod dicitur permittere alicui, ut laudetur, tamen non laudabilem hanc dictionem merito censeas. Non autem id agit lex ad angendum amasii capiendi studium, ut, quamvis mira faciat amator, tamen eundem laudandum censeat, sed ea sine dedecore facere permittit, quae si quis alius h. e. non amans facere auderet, summopere vituperaretur. Positum igitur participium pro infinitivo est, infinitivus participii locum obtinet notissimo Graecorum usu, qui iam apud Homerum haud infrequens, cfr. Il. IX. 540. *ὅς κακὰ πόλλ' ἔρδεσκεν ἔθων* pro *ὅς πολλὰ κακὰ ἔρδειν εἰώθει*. Proprie igitur Pausanias dicturus erat: *καὶ πρὸς τὸ ἐπιχειρεῖν ἐλεῖν ἐξουσίαν ὁ νόμος δέδωκε τῷ ἐραστῇ θαυμαστὰ ἔργα ἐργάζεσθαι καὶ* (sc. *δέδωκε*) *ἐπαινεῖσθαι ἐπὶ τούτῳ*. Ad *δέδωκε* e praecedentibus ne *ἐξούσιαν* nomen addendum censeas, vide annot. p. 89.

[φιλοσοφίας] τὰ μέγιστα καρποῖτ' ἂν ὀνείδη. Uncis inclusimus *φιλοσοφίας* nomen, quod nullo modo ferri potest. Idem Bekkerus fecit rectissime. Stallbaumius, ut veritatem illius nominis probaret, verba convertenda censuit: quae si quis faceret alias, eruditorum maxima acciperet opprobria. Sed agitur hoc loco non tam de eruditorum iudicio, quam de totius populi existimatione, neque aliud tangit Pausanias, nisi τὸν περὶ τὸν Ἔρωτα νόμον, ad quem constituendum eruditorum iudicia aliquid conferunt tantummodo, non omnem constituunt. Iam quaeritur, quo modo haec vocula in textum irrepserit. Diximus de hac re in Commentat. de Sympos. Platonis, ad quam lectores ablegamus.

ἢ τιν' ἄλλην δύναμιν. Huiusmodi zeugmata non rara sunt apud scriptores Graecos, quotidiani sermonis indicia, non praemeditatae orationis ornamenta. Idem dicendi genus Romanis in usu fuit, siquidem apud Terent. extat in Andr. I. 1. 28. Quod plerique omnes faciunt adulescentuli;

ἐρασταὶ πρὸς τὰ παιδικὰ, ἱκετείας τε καὶ ἀντιβολήσεις ἐν ταῖς δεήσεσι ποιούμενοι, καὶ ὅρκους ὀμνύντες, καὶ κοιμήσεις ἐπὶ θύραις, καὶ ἐθέλοντας δουλείας δουλεύειν

Ut animum ad aliquod studium adiungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad philosophos,
Horum ille nihil egregie praeter cetera
Studebat.

Idem dicendi genus paullo infra recurrit: *καὶ κοιμήσεις ἐπὶ θύραις*, quo loco frustra *κοιμώμενος* Bastius addendum, Rückertus transponenda verba esse censuerunt. Alia ratio est Plat. Apol. S. p. 23. D. *ταῦτα λέγουσιν, ὅτι τὰ μετέωρα καὶ τὰ ὑπὸ γῆς, καὶ θεοὺς μὴ νομίζειν καὶ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν*, quibus verbis variae hominum susurrationes felicissime depinguntur adiuncta simul temporis, quo edebantur, diversitate. Ac temporis quidem diversitatem mutatio structurae indicat, finitorum verborum omissiones hominum opinantium, haesitantium, aliquid aut nihil scientium sermones depingunt. Brevius de eadem re et significantius, adde sis lepidius, Socrates loquitur Apol. S. p. 18. B. *ἐμοῦ γὰρ πολλοὶ κατηγόροι γεγόνασι πρὸς ὑμᾶς, καὶ πάλαι πολλὰ ἤδη ἔτη καὶ οὐδὲν ἀληθὲς λέγοντες*, quibus verbis et multos iam annos accusatores exstitisse dicuntur nihilque veri dixisse; his tertium additur, quod verborum sono Socrates assecutus est. Dixit nimirum *παλαιπολλαηδηεη*, quod sonat ut *παιπάλη*, atque vanos accusatorum susurrationes rumoresque lepidissime describit.

καὶ ὅρκους ὀμνύντες. Num iureiurando non nisi amanti uti licuit? Quid, si quis pecuniam ab aliquo sumsit, non debere censendus est ad reddendum se iureiurando obstringere? Aut qui rei publicae administrandae praeponendus est, eine cives se iniurato subiicient? Non dubium est, quin *ὅρκους ὀμνύντες* de periurio intelligendum sit, quod in quavis alia re turpissimum, in amore, e Pausaniae certe sententia, maxime excusabile est. Quaeritur autem, qui possit *ὅρκους ὀμνύντες* periurare significare. Pluralis numerus *ὅρκους* indicat, ut videtur, iusiurandum semper in ore gerere, ut, quicquid dixeris, eodem confirmes. Hoc qui faciunt, iurisiurandi sanctitatem non magni aestimare solent, eodemque haud raro confirmare, quod est falsissimum. Hinc factum, ut *ὅρκους ὀμνύντες* haud raro periuros significet.

καὶ κοιμήσεις ἐπὶ θύραις. Amatores pernoctare solebant ante fores amasiorum, ut severitatem eorum misericordia adhibita, infringerent. Notum Nasonis praeceptum est:

Ante fores iaceat; crudelis ianua! clamet.

καὶ ἐθέλοντας δουλείας δουλεύειν. Vulgo *ἐθελοντάς* legitur, quod immerito Astius in *ἐθελονταὶ* immutandum censuit. Recentiores editores ad unum omnes *ἐθέλοντες* probaverunt, quod plurimorum

οἵας οὐδ' ἂν δοῦλος οὐδεὶς, ἐμποδίζοιτο ἂν μὴ πράτ-
B τειν οὕτω τὴν πρᾶξιν καὶ ὑπὸ φίλων καὶ ὑπὸ ἐχθρῶν, τῶν μὲν ὀνειδιζόντων κολακείας καὶ ἀνελευθερίας, τῶν δὲ νουθετούντων καὶ αἰσχυνομένων ὑπὲρ αὐτῶν· τῷ δ' ἐρῶντι πάντα ταῦτα ποιοῦντι χάρις ἔπεστι, καὶ δέδοται

codicum auctoritate confirmatur, a Stallbaumio autem ita explicatur, quasi positum sit pro καὶ ἐθελοντὶ δουλείας δουλεύοντας. Eius videlicet loquendi normae memor est, de qua diximus p 106. Praeplacet nobis ἐθέλοντας, quod arctius cum δουλεύειν infinitivo coniunctum notionem efficit ἐθελοδουλείας, quae infra commemoratur p. 184. C. αὕτη αὖ ἡ ἐθελοδουλεία οὐκ αἰσχρὰ εἶναι οὐδὲ κολακεία. Adde praeterea p. 184. B. ὥσπερ ἐπὶ τοῖς ἐρασταῖς ἦν δουλεύειν ἐθέλοντα ἠντινοῦν δουλείαν κ. τ. λ.

ἐμποδίζοιτο ἂν μὴ πράττειν. Impediendi verba vel cum solo infinitivo exhiberi solent, vel addito infinitivo, qui cum μή coniunctus est, si impediri significant, ne quid fiat. Contra ubi cautio indicanda est, ne fiat, quod iam saepius factum sit, infinitivus cum μή et articulo exhibetur. Exemplo est Thuc. III. 1., quem locum Rückerti industriae debeo, εἶργον τὸ μὴ προεξιόντας τῶν ὅπλων τὰ ἐγγὺς τῆς πόλεως κακουργεῖν.

καὶ αἰσχυνομένων ὑπὲρ αὐτῶν. Περὶ αὐτῶν Rückerto videtur non ad actiones referendum esse, quas aliquis commisit, sed ad hominem, a quo sunt patratae. Habet haec explicatio, quo se commendet, neque officit eidem pluralis numerus, ad quem a singulari numero Graeci solent interdum transire. Praeplacet tamen nobis ea explicandi ratio, quam cum ceteris interpretibus Schleiermacherus recepit. Verba convertit: indem diese ihm Schmeichelei und Niedrigkeit vorwerfen, jene ihn zurecht weisen und sich darüber schämen würden.

καὶ δέδοται ὑπὸ τοῦ νόμου ἄνευ ὀνείδους πρ. Prorsus eodem modo, quamquam verbis paullisper immutatis, p. 182. E. καὶ — ἐξουσίαν ὁ νόμος δέδωκε τῷ ἐραστῇ θαυμαστὰ ἔργα ἐργαζομένῳ ἐπαινεῖσθαι. In sequentibus pro διαπραττομένου veteres editt. codicesque pauci διαπραττομένῳ exhibent, quae scriptio quoniam ad explicandum facilior est, quam illa, minus est hoc loco probanda. Possis conferre cum nostris verbis, quae leguntur p. 182. C. καὶ ὅτι αὖ ἡ παρακέλευσις τῷ ἐρῶντι παρὰ πάντων θαυμαστὴ οὐχ ὡς τι αἰσχρὸν ποιοῦντι.

ὃ δὲ δεινότατον κ. τ. λ. Rarior haec structura, eademque oratorio dicendi generi apprime conveniens; vide Matth. Gramm. ampl. §. 452. p. 806. Verba convertenda sunt: Quod autem gravissimum est, hoc est, quod cet. Quae sequuntur verba, ὡς γε λέγουσιν οἱ πολλοί et ad praecedentia referri

ὑπὸ τοῦ νόμου ἄνευ ὀνείδους πράττειν, ὡς πάγκαλόν τι πρᾶγμα διαπραττομένου. ὃ δὲ δεινότατον, ὥς γε λέγουσιν οἱ πολλοὶ, ὅτι καὶ ὀμνύντι μόνῳ συγγνώμη παρὰ θεῶν ἐκβάντι τῶν ὅρκων· ἀφροδίσιον γὰρ ὅρκον οὗ φασιν εἶναι. οὕτω καὶ οἱ θεοὶ καὶ οἱ ἄνθρωποι πᾶσαν

possunt, et ad sequentia; quaeritur, utra relatio rectior sit. Rückertus ad h. l. Verba, inquit, *ὥς γε λέγουσιν οἱ πολλοί* non ad seqq. referenda sunt, quasi dicat: quod vulgo dicunt veniam esse cett., hoc enim ipse sentit Pausanias pariter atque vulgus, in eo autem discrepat, quod vulgus hanc rem gravem, admirabilem putat esse, quippe quod caussam ignoret; ipse autem, gnarus caussae, non admiratur. Pertinent igitur haec verba ad adiect. *δεινότατον*: *Quod autem gravissimum est ex vulgi quidem sententia, hoc est, quod* cet. Rectius quam Rückertus fecit, Schleiermacherus et Astius de horum verborum explicatione censuerunt. Verba nimirum *ὥς γε λέγουσιν οἱ πολλοί* ad sequentia trahenda esse, ipsius Pausaniae verbis, quae insequuntur, demonstratur. Dicit nimirum *ἀφροδίσιον γὰρ ὅρκον οὗ φασίν εἶναι*, a quibus verbis, quoniam suum iudicium Pausanias secludit, satis apparet, eundem de impunitate periurii certe dubitavisse. Quid, quod Pausanias p. 183. E. turpis amoris indicium censet, si quis amasium aetate provectiorem relinquat, *πολλοὺς λόγους καὶ ὑποσχέσεις καταισχύνας*, num verisimile est, eundem periurii impunitatem credidisse? Certissimum igitur est verba *ὥς γε λέγουσιν οἱ πολλοί* ad sequentia pertinere, quibus ea praeposita sunt, ut clarius appareat, vulgus, non Pausaniam sic iudicare.

ἐκβάντι τῶν ὅρκων. Stallbaumius Bekkerum secutus ut exquisitius *τὸν ὅρκον* in textum recepit, quae lectio Vindobb. duorum est; eadem apud Cyrillum adv. Iulian. VI. p. 187. reperitur. Sed minus placet numerus singularis, (vid. p. 107.) et genitivi, quem plurimi codd. habent, certissimum exemplum Rückertus suppeditat de rep. I. p. 338. E. *τὸν τούτου ἐκβαίνοντα κολάζουσιν.* Vix intelligitur autem, cur Plato hoc loco exquisitiorem verborum structuram admiserit, alio loco eandem probaverit minus.

ἀφροδίσιον γὰρ ὅρκον. Schol. habet ad h. l. *ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος, ἐπὶ τῶν δι' ἔρωτα ὀμνύντων πολλάκις καὶ ἐπιορκούντων· μέμνηται δὲ ταύτης καὶ Ἡσίοδος λέγων.*

Ἐκ τοῦδ' ὅρκον ἔθηκεν ἀμείνονα ἀνθρώποισι,
νοσφιδίων ἔργων περὶ Κύπριδος.

καὶ Πλάτων ἐν Συμποσίῳ. cfr. Aristaenet. II. 20. p. 105. *τοὺς δὲ ὅρκους αὐτοὶ φατὲ μὴ προπελάζειν τοῖς ὠὴ τῶν θεῶν.* Adde Epigr. Callim. IX. v. 3. in Anthol. Gr. Iacobsii T. I. p. 214.

C ἐξουσίαν πεποιήκασι τῷ ἐρῶντι, ὡς ὁ νόμος φησὶν ὁ ἐνθάδε. ταύτῃ μὲν οὖν οἰηθείη ἄν τις πάγκαλον νομίξεσθαι ἐν τῇδε τῇ πόλει καὶ τὸ ἐρᾶν καὶ τὸ φίλους γίγνεσθαι τοῖς ἐρασταῖς. ἐπειδὰν δὲ παιδαγωγοὺς ἐπιστήσαντες οἱ πατέρες τοῖς ἐρωμένοις μὴ ἐῶσι διαλέγεσθαι τοῖς ἐρασταῖς, καὶ τῷ παιδαγωγῷ ταῦτα προστε-

ὥμοσεν· ἀλλὰ λέγευσιν ἀληθέα, τοὺς ἐν ἔρωτι ὅρκους μὴ δύνειν οὕτ' ἐς ἀθανάτων.

οὕτω καὶ οἱ θεοί. Si non addita essent verba ὡς ὁ νόμος φησὶν ὁ ἐνθάδε, neminem esse puto, qui Pausaniae argumentationem non rideret. Colligeret nimirum ille e vulgi de periurio sententia, cuius veritatem ipse addubitare se ostendit, deos revera summam agendi licentiam amantibus concessisse. Addito autem ὡς ὁ νόμος φησὶν ὁ ἐνθάδε nihil, quod reprehendas, habebis. Ceterum discas ex his verbis, qua potestate νόμος nomen Pausanias exhibeat. Significat enim nihil aliud, quam vulgi opinionem.

ταύτῃ μὲν οὖν οἰηθείη ἄν τις. Si quis igitur reputat apud se, pulcrum haberi τὸ ἐρᾶν ita, ut, qui amet, potitus amasii laudetur, eidemque iurato periurii poena apud deos nulla esse credatur, is dubitare non potest, quin in hacce civitate pulcherrimum censeatur et amatorem puerorum esse et amatori amasium gratificari.

ἐπειδὰν δὲ παιδαγωγούς. Plenius si dicere Pausanias voluisset, verba audirent ἐπειδὰν δέ τις ὁρᾷ, ὅτι ἐπίστησαν οἱ πατέρες — ἠγήσαιτ' ἄν κ. τ. λ. Sed ipsam rem h. e. τὸ ἐπιστῆναι τοὺς πατέρας κ. τ. λ. non intercedente ὁρᾷ verbo ita aggressus est, ut p. 183. D. diceret: εἰς δὲ ταῦτά τις αὖ βλέψας. His verbis inest autem, quod minus bene habere videtur. Constat quidem, δέ particulam adhiberi saepenumero, ut ad praecedentia orationem recurrere eaque quasi resumere indicetur, sed ita tamen noster locus comparatus est, ut fortiorem particulam desiderare videatur. Eandem in lectione vulgata habes: εἰς δὴ ταῦτά τις αὖ βλέψας, quam recepissem in textum, si plurimorum codicum auctoritas non obstaret. De paedagogis, qui puerorum et puellarum doctores fuerunt atque doctores, Stallbaumius laudavit Pignorium De Servis p. 116. seqq.

μὴ ἐῶσι διαλέγεσθαι τοῖς ἐρασταῖς. Ad sententiam quod attinet, nihil est in his verbis, quod reprehendas. Dicuntur nimirum patres familias pueris praeficere, qui prohibeant, ne cum amatoribus congrediantur confabulenturque. Sed si ad conformationem enuntiationis respicis, duplici dativo offenderis, quem Graeci scriptores perraro admiserunt, quippe osores acerrimi fortuitae ambiguitatis. Unum exemplum huius rei ut afferam, Plato insolentiorem verborum structuram admittere maluit, quam duplici dativo ambiguam orationem edere atque e nominum simillima terminatione laborantem

ταγμένα ᾖ, ἡλικιῶται δὲ καὶ ἑταῖροι ὀνειδίζωσιν, ἐάν τι ὁρῶσι τοιοῦτο γιγνόμενον, καὶ τοὺς ὀνειδίζοντας αὖ οἱ πρεσβύτεροι μή διακωλύωσι μηδὲ λοιδορῶσιν ὡς οὐκ D ὀρθῶς λέγοντας, εἰς δὲ ταῦτά τις αὖ βλέψας ἠγήσαιτ' ἂν πάλιν αἴσχιστον τὸ τοιοῦτον ἐνθάδε νομίζεσθαι.

Τὸ δὲ, οἶμαι, ὧδ' ἔχει. οὐχ ἁπλοῦν ἐστιν, ὅπερ

p. 182. C. *οὐ συμφέρει τοῖς ἄρχουσι φρονήματα μεγάλα ἐγγίγνεσθαι τῶν ἀρχομένων*, ad quem locum vide annotationem p. 102. Nostra verba quod attinet, videtur duplicem dativum Plato admisisse, ne nescias, amasios an amatores confabulandi facultate privare dicantur amasiorum patres. Quoniam autem amatorum proprium erat, ut loquendi cum amasiis initium facerent, non amasiorum, ut cum amatoribus: optime Orellius pro *ταῖς ἐραστ*αῖς scribendum esse vidit *τοὺς ἐραστάς*.

τὸ δὲ, οἶμαι, ὧδ' ἔχει. *Τὸ δέ* poni solet, ubi ab opinionum falsarum mentione ad id, quod rectius est et verius, transitur. Hinc re vera autem verborum significationem esse Rückertus censet. Recte. Principium, inquit, hic usus duxisse videtur, ab eiusmodi enuntiatis, quale hoc nostrum est, ut *τὸ δέ* revera esset illud autem, subiectique vim haberet suo in membro, quod deinde alterum exciperet *ἀσυνδέτως*, ut h. l., postea contracta sunt in unum duo haec membra, et quidem vel sic, ut *τό* maneret subiectum, quod ad rem, de qua sermo esset, respiceret, suumque haberet subsequens praedicatum, vel ut subiecti vim plane amitteret.

καὶ τῷ παιδαγωγῷ ταῦτα προστεταγμένα ᾖ. h. e. und dem Führer dies ausdrücklich zur Pflicht gemacht ist sc. *μὴ ἐᾶν τοῖς ἐρωμένοις διαλέγεσθαι τοὺς ἐραστάς*. In sequentibus libri ad unum omnes *ἕτεροι* exhibent, quod praeeunte Heindorfio ad Plat. Phaedr. p. 210. plerique editores in *ἑταῖροι* immutaverunt. Schleiermacherus, quem Rückertus secutus est, nimia cura, ut videtur, *ἕτεροι* retinuerunt. Adnumerandus hic locus iis est, quos summa constantia male exhibuerunt codd. Vide p 21. annot. ad verba *πρὸ ὀ τοῦ*.

οὐχ ἁπλοῦν ἐστὶν, ὅπερ seqq. Respicit Pausanias ad verba cap. VIII. *πᾶσα γὰρ πρᾶξις ὧδ' ἔχει· αὐτὴ ἐφ' αὑτῆς πραττομένη οὔτε καλὴ οὔτε αἰσχρά — ἀλλ' ἐν τῷ πράξει, ὡς ἂν πραχθῇ, τοιοῦτον ἀπέβη.* Fuerunt, qui negationem ante *ἁπλοῦν* positam uncis includerent tanquam ineptum scribarum additamentum; alii alia ratione locum sanissimum emendare studuerunt, v. c. Astius *εἶναι* omisso, quod in codd. aliquot non comparet, scribendum censuit: *οὐχ ἁπλῶς ἐστὶν, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἐλέχθη, οὔτε καλὸν αὐτὸ καθ' αὐτὸ οὔτε αἰσχρόν.* — Quo minus recte verba intelligerentur, interpunctio impedimento fuit, quam post *ἐλέχθη* in omnibus

ἐξ ἀρχῆς ἐλέχθη οὔτε καλὸν εἶναι αὐτὸ καθ' αὑτὸ οὔτε αἰσχρὸν, ἀλλὰ καλῶς μὲν πραττόμενον καλὸν, αἰσχρῶς δὲ αἰσχρόν. αἰσχρῶς μὲν οὖν ἐστὶ πονηρῷ τε καὶ πονηρῶς χαρίζεσθαι, καλῶς δὲ χρηστῷ τε καὶ καλῶς. πονηρὸς δ' ἐστὶν ἐκεῖνος ὁ ἐραστὴς ὁ πάνδημος, ὁ τοῦ σώματος μᾶλλον ἢ τῆς ψυχῆς ἐρῶν· καὶ γὰρ οὐδὲ μόνιμός ἐστιν, ἅτε οὐδὲ μονίμου ἐρῶν πράγματος· ἅμα γὰρ τῷ τοῦ σώματος ἄνθει λήγοντι, οὗπερ

editionibus repertam delevimus. Subiectum enuntiati est τὸ φιλεῖν s. τὸ χαρίζεσθαι ἐρασταῖς. Sensus est: Gratificari amatori non simplex actio est, quoad quidem statim ab initio actio per se spectata nec pulcra esse nec turpis dicta est, sed pulcre acta pulcra, male acta mala est.

αἰσχρῶς μὲν οὖν. Haec est codd. plurimorum lectio, quam cum olim in sequentibus καλὸν δέ legeretur, in αἰσχρὸν μὲν οὖν immutavit H Stephanus. Nunc illud codd. consensu probatur, igitur καλῶς δέ scribendum est etiamsi non in quatuor codd. exstaret. Ceterum non recte Stallbaumius ad αἰσχρῶς et καλῶς censet e superioribus intelligendum esse πράττειν. Nimirum in superioribus p. 181. B. seqq. Pausanias cum de ἐρᾶν actionis ambiguitate locutus esset, nunc eo orationis finem direxit, ut et de amasii amore h. e. de φιλεῖν, quid videretur, ediceret. Sensus est: Häßliche Liebe nun ist beim Liebling, wenn er sich einem Schlechten auf schlehte Weise ergiebt.

ἐκεῖνος ὁ ἐραστής. Ille, de quo dictum est p. 181. B. Collocata verba ita sunt, ut necessaria articuli repetitio contemtum quendam exprimat, quo malum amatorem Pausanias afficiat. Eadem articuli repetitio honorifica est p. 187. E. καὶ οὗτός ἐστιν ὁ καλὸς, ὁ Οὐράνιος, ὁ τῆς Οὐρανίας Μούσης Ἔρως. Igitur neque honorifica neque ignominiosa significatio ἐκεῖνος verbo cum duplici articulo coniuncto efficitur, sed extollit tantummodo verba, quibus apponitur, quae verborum sublatio pro sententiae ratione in bonam aut in malam partem accipienda est.

οἴχεται ἀποπτάμενος. Haec verba ex Homero Il. β, 71. depromta sunt, ut primus Fischerus vidit. Reperiuntur eadem haud raro apud poëtas serioris aevi, ut apud Marc. Argentar. ep. VIII. 1.

ὄρνι, τί μοι φίλον ὕπνον ἀφήρπασας; ἡδύ δὲ Πύρρης εἰδώλον κοίτης ᾧχετ' ἀποπτάμενον.

Ceterum quam bene Homerica dictio rei describendae conveniat, iam vide. Amatoris amasiique coniunctio cum animae et corporis coniunctione comparatur, quae nisi coniuncta sunt, esse non possunt. Amator igitur amasium deserens levitate sua, quae ἀπο-

ἦρα, οἴχεται ἀποπτάμενος, πολλοὺς λόγους καὶ ὑποσχέσεις καταισχύνας. ὁ δὲ τοῦ ἤθους χρηστοῦ ὄντος ἐραστὴς διὰ βίου μένει, ἅτε μονίμῳ συντακείς. τούτους δὴ βούλεται ὁ ἡμέτερος νόμος εὖ καὶ καλῶς βα- 184
σανίζειν, καὶ τοῖς μὲν χαρίσασθαι, τοὺς δὲ διαφεύγειν. διὰ ταῦτα οὖν τοῖς μὲν διώκειν παρακελεύεται, τοῖς δὲ φεύγειν, ἀγωνοθετῶν καὶ βασανίζων ποτέρων ποτέ ἐστιν ὁ ἐρῶν καὶ ποτέρων ὁ ἐρώμενος. οὕτω δὴ

πτάμενος participio expressa. Umbrae imaginem repraesentat; amasius ab amatore derelictus miserrimam conditionem ostendit quasi corpus sine anima iacens. Sensus est totius loci: Denn er (ὁ πάνδημος) ist nicht treuhaft, da er nichts dauerndes liebt. Denn mit dem Verwelken der Blüthe des Körpers, die er liebte, schwindet er flatternd davon und macht viele Worte und viele Versprechungen zu nichte.

τούτους δὴ βούλεται seqq. Verba convertit Schleierm.: Diese also will unsere Sitte, dass man wohl und recht prüfe, und den einen gefällig sei, die andern aber meide. Iisdem fere verbis in convers. Symposii usus est Schulthessius p. 75. Rückertus verborum sensum esse ait: Velle legem explorare amatores, facta autem exploratione pueros aliis obsequi, alios vitare. Aliter atque doctissimis viris visum est, nobis de his verbis statuendum videtur; sed ut Pausaniae voluntatem facilius cognoscamus, brevi repetitione opus est sententiarum, quae in eius oratione continentur. Athenis nimirum legimus fuisse de amore legem ambiguam, cfr. p. 182. B. Eius rei caussam esse, quod quaevis actio per se spectata et pulcra esse possit et turpis. Actionem enim non ex actione sed ex agendi ratione recte iudicari, cfr. p. 181. A. Hinc bonum amatorem esse, qui bene amet, malum, qui male, cfr. p. 181. A. fin. Pari modo amasium malum vocari, qui male se tradat amatori, bonum, qui bene, cfr. p. 183. D. Amatorem, Pausanias pergit, ad persequendum amasium omni modo impelli lege Attica, cfr. p. 182. D., amasium contra ab eius congressu retineri, cfr. p. 183. C. Hoc quo consilio fiat, iam dicendum est. Utrosque videlicet, h. e. et amatores et amasios, lex Attica explorare studet, atque bonis amatoribus amasiisque favere, malos pellere. Huic explicationi Graeca verba optime respondent excepto uno, quod de legis efficacitate dictum admodum friget. Διαφεύγειν, si quid video, depravatum est, scripsitque Plato φυγαδεύειν.

διὰ ταῦτα οὖν τοῖς μέν seqq. Totam hanc enuntiationem delendam censuerant Schützius et Astius. Mitto aliorum coniecturas commemorare, quibus non

ὑπὸ ταύτης τῆς αἰτίας πρῶτον μὲν τὸ ἁλίσκεσθαι ταχὺ αἰσχρὸν νενόμισται, ἵνα χρόνος ἐγγένηται, ὃς δὴ δοκεῖ τὰ πολλὰ καλῶς βασανίζειν· ἔπειτα τὸ ὑπὸ χρη-
B μάτων καὶ ὑπὸ πολιτικῶν δυνάμεων ἁλῶναι αἰσχρὸν, ἐάν τε κακῶς πάσχων πτήξῃ καὶ μὴ καρτερήσῃ, ἄν τ' εὐεργετούμενος εἰς χρήματα ἢ εἰς διαπράξεις πολιτικὰς

sanatur, sed corrumpitur locus sanissimus. Mens Pausaniae haec est: Um nun die Sinnesart der Liebenden kennen zu lernen, muntert das Gesetz die Liebhaber zur Verfolgung der Lieblinge, die Lieblinge zur Flucht vor den Liebhabern auf, und richtet nun und prüft, wes Geistes Kinder Liebhaber und Lieblinge sind, ob sie zu den schlechten oder zu den guten gehören. Eodem fere modo in conversione Ficinus: et hos quidem sequi iubet, illos fugere, diiudicans et examinans, quae quis amet et quae in quovis amentur. Nam ex iis, quae quis amat, cognoscere possis, utrum bene amet necne.

οὕτω δὴ ὑπὸ ταύτης τῆς αἰτίας. Hac igitur, qua dixi, ratione atque ea de causa sc. ut amantium ingenia accurate examinentur. vide annotat. p. 72.

πρῶτον μὲν τὸ ἁλίσκεσθαι. Statim capi atque teneri amasio dedecori est, quod intercedente tempore nullo amasius de amatore iudicare non potest, fierique potest, ut malo se tradat.

ὃς δὴ δοκεῖ. cfr. Meleagri Epigr. LXII. in Iacobsii Anthol. T. I. p. 20.

Εἶπε Λυκαινίδι Δορκάς· ἴδ' ὡς ἐπίηκτα φιλοῦσα
Ἥλως, οὐ κρύπτει πλαστὸν ἔρωτα χρόνος.

τὸ ὑπὸ χρημάτων — ἁλῶναι. Divitiis atque potentia in civitate capi, h. e. si quis iuvenis diviti viro et potenti se tradat, non quo mores probet, sed quia divitem eum esse videat atque potentem; quod quibus modis fieri possit, in seqq. statim exponitur; membra enim, quae sequuntur, iuncta particulis ἐάν τε — ἄν τε, non nova quaedam continent, quae ubi locum habeant, turpe sit amati obsequium, quem sensum Astii versio exprimit, sed duplicem viam indicant, qua possit fieri, ut divitiis aut potentia quis capi se patiatur, si aut male tractatus ab amatore praepotente reformidet, nec audeat fortiter resistere, immo metu se submittat, aut beneficiis pellectus non contemnat, sed tradat se homini, qui pecuniam det, in rebus publicis gerendis adiuvet. Rükkert. De καταφρονήσῃ verbi significatu supra dictum est ad p. 87.

ὑπὸ πολιτικῶν δυνάμεων. h. e. spe magnae in civitate auctoritatis et potestatis. vid. Wyttenbach. ad Plut. de Ser. Num. Vind. p. 58. Stallb. Eodem modo posi-

μὴ καταφρονήσῃ. οὐδὲν γὰρ δοκεῖ τούτων οὔτε βέβαιον οὔτε μόνιμον εἶναι χωρὶς τοῦ μηδὲ πεφυκέναι ἀπ' αὐτῶν γενναίαν φιλίαν. μία δὴ λείπεται τῷ ἡμετέρῳ νόμῳ ὁδὸς, εἰ μέλλει καλῶς χαριεῖσθαι ἐραστῇ παιδικά. ἔστι γὰρ ἡμῖν νόμος, ὥςπερ ἐπὶ τοῖς ἐρασταῖς ἦν — δουλεύειν ἐθέλοντα ἡντινοῦν δουλείαν παιδικοῖς μὴ κολα- C

tum habes p. 178. D. *οὔτε τιμαὶ οὔτε πλοῦτος* h. e. neque honorum neque divitiarum futura possessio. vid. annot. p. 60.

ἐάν τε κακῶς πάσχων κ. τ. λ. Expressit haec Phaedrus p. 178. D. hoc modo: *εἴ τι αἰσχρὸν ποιῶν κατάδηλος γίγνοιτο ἢ πάσχων ὑπό του δι' ἀνανδρίαν μὴ ἀμυνόμενος*, ad quae verba vide annot. p. 61.

χωρὶς τοῦ μηδὲ πεφυκέναι. Recte Stallbaumius: praeterquam quod ne oritur quidem inde generosa amicitia. Eadem dictio reperitur Symp. p. 173. C. *χωρὶς τοῦ οἴεσθαι ὠφελεῖσθαι ὑπερφυῶς ὡς χαίρω.* Exempla plura huius dictionis Stallbaumius congessit ad Apol. Socr. p. 35. B. fin.: *χωρὶς δὲ τῆς δόξης, ὦ ἄνδρες, οὐδὲ δίκαιόν μοι δοκεῖ εἶναι κ. τ. λ.* — *Φιλίαν* cave latiore sensu dictum putes; non enim valet nisi de amasii erga amatorem benevolentia, vid. annot. p. 69.

ἔστι γὰρ ἡμῖν νόμος seqq. Haec verba, ut vulgo disposita sunt, non nisi per anacoluthiam explicari possunt. Dicere debebat Pausanias: *ἔστι γὰρ ἡμῖν νόμος, ὥςπερ ἐπὶ τοῖς ἐρασταῖς ἦν δουλεύειν — οὕτω καὶ ἄλλην μίαν μόνην δουλείαν ἑκούσιον εἶναι κ. τ. λ.* Acquiescentem in anacoluthia Stallbaumium video, quae in huius enuntiationis brevitate satis molesta est. Displicuit eadem et aliis, qui vario modo locum sanare studuerunt. Aliquid vitii verbis inesse videtur, sed non mutanda verba sunt *μία μόνη*, de quibus Thierschius egit Spec. Crit. p. 47. seqq. et Schaeferus Melett. Cr. p. 19. Plura exempla attulit Stallbaumius ad h. l. Rectissimum est, quod in uno Bekkeri codice legitur, *ὅσπερ* pro *ὥσπερ*; verba hoc modo disponenda sunt: *ἔστι γὰρ ἡμῖν νόμος, ὅσπερ ἐπὶ τοῖς ἐρασταῖς ἦν· δουλεύειν ἐθέλοντα ἡντιγοῦν δουλείαν παιδικοῖς μὴ κολακείαν εἶναι μηδὲ ἐπονείδιστον· οὕτω δὴ καὶ ἄλλη κ. τ. λ.* Sensus est: Lex nimirum nobis est, quam amatorum esse supra diximus: Si quis quolibet modo serviat amasiis, eam servitutem non ignominiosam esse. Iam ut amatori, ita amasio etiam lex est eaque sola, quae serviri amatori concedit quidem, sed non nisi ita, ut id fiat virtutis ergo. Intelligent prudentiores, quid homo sibi velit. Apprime huc pertinet Xenoph. Symp. c. VIII. §. 32. *καίτοι Παυσανίας γε, ὁ Ἀγάθωνος τοῦ ποιητοῦ ἐραστὴς, ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῶν ἀκρασίᾳ συγκυλινδουμένων, εἴρηκεν, ὡς καὶ στράτευμα ἀλκι-*

κεῖαν εἶναι μηδὲ ἐπονείδιστον, οὕτω δὴ καὶ ἄλλη μία μόνη δουλεία ἑκούσιος λείπεται οὐκ ἐπονείδιστος. αὕτη δέ ἐστιν ἡ περὶ τὴν ἀρετήν.

Cap. XI.

Νενόμισται γὰρ δὴ ἡμῖν, ἐάν τις ἐθέλῃ τινὰ θεραπεύειν ἡγούμενος δι' ἐκεῖνον ἀμείνων ἔσεσθαι ἢ κατὰ σοφίαν τινὰ ἢ κατὰ ἄλλο ὁτιοῦν μέρος ἀρετῆς, αὕτη αὖ ἡ ἐθελοδουλεία οὐκ αἰσχρὰ εἶναι οὐδὲ κολακεία.

μώτατον ἂν γένοιτο ἐκ παιδικῶν τε καὶ ἐραστῶν.

ἢ κατὰ σοφίαν τινά. De latiore σοφίας significatu, quae φιλοσοφία paullo infra vocatur, vide annot. p. 84. Satis autem erat dixisse: ἢ κατὰ σοφίαν τινὰ ἢ καθ' ὁτιοῦν μέρος ἀρετῆς. Sed haud raro Graeci in rebus, quae genere non differant, specie discrepant coniungendis ἄλλος nomen addunt, quod qua ratione fiat, infra docebitur. Exempla sunt huius usus Symp. p. 188. A. ἀνθρώποις καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις τε καὶ φυτοῖς. Gorg. p. 473. C. ζηλωτὸς ὢν καὶ εὐδαιμονιζόμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων ξένων. Alcib. I. p. 112. B. καὶ αἱ μάχαι γε καὶ οἱ θάνατοι διὰ ταύτην τὴν διαφορὰν τοῖς τε Ἀχαιοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις Τρωσὶν ἐγένοντο.

ξυμβαλεῖν εἰς ταυτό. Bene Rückertus, duae, inquit, hae leges in unum quasi locum conferendae sunt, h. e. cura agenda est, ut harum legum utraque valeat atque observetur, quoties amatori puer se dedat, ut ille nihil recuset facere atque pati, quo dilecti gratiam consequatur, hic eo flagret sapientiae atque virtutis studio, ut cum fugiat, qui ad hanc nihil conferre possit, contra qui virtutis auctor sit, ei se tradat, nihilque, quo gratus illi sit, facere recuset.

τὸ ἐραστῇ παιδικὰ χαρίσασθαι. Plerumque solet duobus nominibus hoc modo iunctis articulus demi, si in universum de toto genere sermo est cfr. Plat. Eutyphr. cap. IV. ἀνόσιον γὰρ εἶναι τὸ υἱὸν πατρὶ φόνου ἐπεξιέναι. Symp. p. 184. B. εἰ μέλλει καλῶς χαριεῖσθαι ἐραστῇ παιδικά. Τῷ ἐραστῇ autem, quamquam sensu non cassum est, tamen, quoniam sententiae rationi minus convenit, prae pauciorum codd. lectione τὸ ἐραστῇ postputandum est. Etenim non dispicias, cur suo quisque amatori amasius rectius dicatur, quam in universum amatori amasius gratificari.

ὅταν γὰρ εἰς τὸ αὐτὸ ἔλθωσιν. Sensus verborum est: Wenn nämlich Liebhaber und Liebling den einen Zweck vor Augen haben, welcher sich aus der Vereinigung ihrer bei-

δεῖ δὴ τῷ νόμῳ τούτῳ ξυμβαλεῖν εἰς ταὐτὸ, τόν τε περὶ τὴν παιδεραστίαν καὶ τὸν περὶ τὴν φιλοσοφίαν τε D καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν, εἰ μέλλει ξυμβῆναι καλὸν γενέσθαι τὸ ἐραστῇ παιδικὰ χαρίσασθαι. ὅταν γὰρ εἰς τὸ αὐτὸ ἔλθωσιν ἐραστής τε καὶ παιδικὰ, νόμον ἔχων ἑκάτερος, ὁ μὲν χαρισαμένοις παιδικοῖς ὑπηρετῶν ὁτιοῦν δικαίως ἂν ὑπηρετεῖν, ὁ δὲ τῷ ποιοῦντι αὐτὸν σοφόν τε καὶ ἀγαθὸν δικαίως αὖ ὁτιοῦν ἂν ὑπουργεῖν, καὶ ὁ μὲν δυνάμενος εἰς φρόνησιν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ξυμβάλλεσθαι, ὁ δὲ δεόμενος εἰς παίδευσιν καὶ τὴν ἄλλην E

derseitigen Gesetze ergiebt. Copiosius paullo infra p. 184. E. dicitur: *τότε — τούτων ξυνιόντων εἰς ταὐτὸν τῶν νόμων.* Minus recte Rückertus: Quum enim conveniunt.

καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ξυμβάλλεσθαι. Verba transitiva, quae vi quadam pronuntianda sunt, ut iis sententiae caput contineatur, haud raro absolute ponuntur. Verba convertenda sunt: indem der eine in Beziehung auf Weisheit und Tugend Beförderer zu sein vermag, der andere in Beziehung auf Bildung und Weisheit Besitzer zu sein verlangt ... Vide, quae de absoluto usu verborum supra annotata sunt p. 87. Eius usus ut unum exemplum hic addam, legitur Symp. p. 175. A. *κἀμοῦ παλοῦντος οὐκ ἐθέλει εἰσιέναι*, quo loco, quid differat *καλεῖν* et *καλεῖν τινά*, edocearis; rectius igitur, quam factum a me est p. 27., verba convertenda sunt: und ich rief mehrmals, h. e. liess mehrmals den Ruf ergehen.

τότε δὴ — εἰς ταὐτὸν — τῶν νόμων. Wenn dann, sage ich, diese Gesetze zu einem Zweck sich vereinigen. *Δή* particula posita est, ut filum orationis interpositis verbis abruptum rursum annecteretur. Prorsus eodem modo p. 188. D. *εἰς δὴ ταῦτά τις αὖ βλέψας*, ad quem locum vid. annot. p. 110. Pertinet autem h. l. *τότε δὴ κ. τ. λ.* ad praecedens *ὅταν γὰρ εἰς τὸ αὐτὸ ἔλθωσιν κ. τ. λ.* Coniecturis verba frustra sollicitarunt Astius et Bastius.

ξυμπίπτει τὸ καλὸν εἶναι. Phavorinus: *συμπίπτειν λέγεται καὶ τὸ συμβαίνειν* et s. v. *συμπεσεῖν: συμπίπτειν· ὁμοῦ γενέσθαι· οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον τὴν λέξιν καὶ ἐπὶ τυχηρῶν ἀποβάσεων τιθέασιν.* Stallb.

ἐπὶ τούτῳ. Convertit Schultheissius: Selbst sich hierin getäuscht zu finden, bringt keine Schande. Schleiermacherus, cuius verba Rückertus probat, exhibet in convers.: in diesem Falle. Ficinus verba reddidit: in hoc utique falli turpe non est. Unice vera Stallbaumii interpretatio est: quum sic affecti sunt animo. Errat autem Rückertus, *τὸ ἐξαπατᾶ-*

σοφίαν κτᾶσθαι, τότε δὴ τούτων ξυνιόντων εἰς ταὐτὸν τῶν νόμων μοναχοῦ ἐνταῦθα ξυμπίπτει τὸ καλὸν εἶναι παιδικὰ ἐραστῇ χαρίσασθαι, ἄλλοθι δὲ οὐδαμοῦ. ἐπὶ τούτῳ καὶ ἐξαπατηθῆναι οὐδὲν αἰσχρόν· ἐπὶ δὲ τοῖς ἄλλοις πᾶσι καὶ ἐξαπατωμένῳ αἰσχύνην φέρει καὶ μή. εἰ
185 γάρ τις ἐραστὴ ὡς πλουσίῳ πλούτου ἕνεκα χαρισάμενος ἐξαπατηθείη καὶ μὴ λάβοι χρήματα, ἀναφανέντος τοῦ

σθαι ad solum amasium pertinere censens, non item ad amatorem. Etenim quae sequuntur exempla, quamquam non nisi de amasio loquuntur, tamen simul amatoris imaginem involvunt, qui vel amasium frustratur falso amore, vel ipse amasii studio falsissimo decipitur. Verba convertenda sunt: Bei solcher Absicht ist selbst die Täuschung des einen oder des andern nicht schimpflich. Bei jeder andern Absicht dagegen bringt Lieben und Liebling sein Schande, mag nun einer getäuscht werden oder nicht.

ἐξαπατηθείη καὶ μὴ λάβοι. Si quis spe excideret h. e. si non acciperet. Igitur καί h. l. explicativum est, de quo vide sis Indices, cfr. Alcib. II, p. 143. c. 10. κακὸν ἄρα — ἐστὶν ἡ τοῦ βελτίστου ἄγνοια καὶ τὸ ἀγνοεῖν τὸ βέλτιστον. De insequente ἀναφανέντος Rückertus „ἀναφαίνεσθαι, inquit, verbum proprie significat ex inferiore loco emergendo apparere; hinc subito apparere, diciturque haud raro de iis, quae cum speciem quandam habuissent antea, falsam illam, subito, qualia revera sunt, se ostenderunt.“ Displicet hoc subito, quod ne quis verum habeat, videat Plat. de rep. VI. p. 484. A. οἱ μὲν δὴ φιλόσοφοι — καὶ οἱ μὴ διὰ μακροῦ τινὸς διεξελθόντος λόγου μόγις πως ἀνεφάνησαν οἷοί εἰσιν ἀμφότεροι. Neque debebat Rückertus exemplum putare, quo sententiam suam probet Symp. p. 213. C. εἰώθεις ἐξαίφνης ἀναφαίνεσθαι ὅπου ἐγὼ ὤμην ἥκιστά σε ἔσεσθαι, quo loco neutiquam abundat ἐξαίφνης verbum.

τό γε αὑτοῦ: quod ipsum attinet, quantum quidem in ipsius potestate est. Wolfius verba convertit: seinen Charakter, seine Gesinnung, quod quamquam ferri potest, tamen propter insequens τὸ καθ' αὑτόν etiam aliis minus probatur.

οὐδὲν ἧττον αἰσχρόν h. e. non minus turpe est, quam si amator revera dives esset, amasius igitur non deciperetur atque pecuniam acciperet.

κἂν εἴ τις ὡς ἀγαθῷ. De κἂν εἰ particularum significatu disseruit Buttmannus ad Demosth. Mid. p. 33. Nimirum quoniam non nisi ad modum verbi alicuius referri potest ἄν particula, consentaneum est in for-

ἐραστοῦ πένητος, οὐδὲν ἧττον αἰσχρόν. δοκεῖ γὰρ ὁ τοιοῦτος τό γε αὑτοῦ ἐπιδείξαι, ὅτι ἕνεκα χρημάτων ὁτιοῦν ἂν ὁτῳοῦν ὑπηρετοῖ· τοῦτο δὲ οὐ καλόν. κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ λόγον κἂν εἴ τις ὡς ἀγαθῷ χαρισάμενος καὶ αὐτὸς ὡς ἀμείνων ἐσόμενος διὰ τὴν φιλίαν τοῦ ἐραστοῦ ἐξαπατηθείη, ἀναφανέντος ἐκείνου κακοῦ καὶ B οὐ κεκτημένου ἀρετήν, ὅμως καλὴ ἡ ἀπάτη. δοκεῖ γὰρ

mula κἂν εἰ, ἄν particulam ad alterum post εἰ verbum pertinere. Igitur recte dici Buttmannus ait καὶ, εἰ τοῦτο ποιοίην, εὖ ἂν ποιοίην et δοκῶ μοι κἂν, εἰ τοῦτο ποιοίην, εὖ ποιεῖν. Interdum praecedente κἄν, quod ad apodosin refertur, verbo in apodosi posito ἄν superadditur, ut recte dicatur Graece δοκῶ μοι, κἂν, εἰ τοῦτο ποιοίην, εὖ ἂν ποιεῖν. Nostro loco quoniam apodosin non habes, ad quam ἄν particulam referas, caput enuntiati esse καὶ εἰ ἐξαπατηθείη censendum est. Et quoniam καὶ εἰ conditionem exprimit, qua revera fieri posse significatur illud, quod in conditione continetur, haud abs re visum est scriptoribus ἄν particulae in hoc dicendi genere additamentum, quo possibilitatis notio in verisimilitudinis notionem immutetur. Sensus est: Auf dieselbe Weise nun, wenn einer, indem er einem sich ergiebt, als einem guten, um selbst besser zu werden, getäuscht wird (und das kann gar leicht geschehen und ist schon oft geschehen), s. Gesetzt nun, es würde einer wirklich betrogen, indem er cett.

διὰ τὴν φιλίαν τοῦ ἐραστοῦ. Deerat olim τοῦ articulus, quem ex octo codicibus addiderunt interpretes. In annotatione Rückertus habet: suam caritatem erga amatorem, Schleiermacherus: durch die Freundschaft seines Liebhabers. Schulthessius: durch seine Freundschaft. Amasius, qui amatori se dederat, quem bonum putaverat, ubi frustra id se fecisse videt, non caritate erga amatorem deceptus est, sed malo amore amatoris. Verba διὰ τὴν φιλίαν τοῦ ἐραστοῦ prorsus repugnare videntur iis, quae de φιλίας notione supra annotavimus p. 69. Neque tamen illic non recte iudicare nobis videmur, et commodissime huius loci verba explicantur. Satis notum est, viros, quarum ignavia notanda sit, feminas interdum appellari. Exemplo est huius usus notissimum Homeri dictum Ἀχαιΐδες οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί. Non minore, ut videtur, cum acerbitate virorum ignavia notatur additio, quod solis feminis laudi est. Quis feminas non laudet in nendo subtemine diligentes? at Herculem colo assidentem quis non vituperet atque derideat? φιλίαν Achillis, Patrocli amasii, summis laudibus effert Phaedrus p. 180. B. Alcestidis laudat p. 179. C., nam et amasiis et mulieribus propria φιλία; vide an-

αὖ καὶ οὗτος τὸ καθ' αὑτὸν δεδηλωκέναι, ὅτι ἀρετῆς γ' ἕνεκα καὶ τοῦ βελτίων γενέσθαι πᾶν ἂν παντὶ προθυμηθείη· τοῦτο δὲ αὖ πάντων κάλλιστον. οὕτω πάντως γε καλὸν ἀρετῆς ἕνεκα χαρίζεσθαι. οὗτός ἐστιν ὁ τῆς Οὐρανίας θεοῦ Ἔρως καὶ Οὐράνιος καὶ πολλοῦ ἄξιος καὶ πόλει καὶ ἰδιώταις, πολλὴν ἐπιμέλειαν ἀναγ-

not. p. 69., nostro loco amatoris *φιλία* ita commemoratur, ut malum, effoeminatum, turpem amorem significet. Similiter feminis a serioribus praecipue scriptoribus *ἔρως* nomen attribuitur adhaerente ignominiae notione. Cante igitur Phaedrus, Alcestidis laudans in amore virtutem, non *δι' ἔρωτα* dixit, quo verbo omnis laudatio misere periret in licentiae crimen conversa, sed *φιλίαν* commemorat, qua parentes superarit mulier fortissima *διὰ τὸν Ἔρωτα*.

καὶ οὐ κεκτημένου ἀρετήν. Prorsus eodem modo supra dictum est p. 185. A. *ἐξαπατηθείη καὶ μὴ λάβοι χρήματα*, ad quae verba vide annot. Adde p. 185. C. *ἀρετῆς γ' ἕνεκα καὶ τοῦ βελτίων γενέσθαι κ. τ. λ.* In sequentibus *ὁμῶς καλὴ ἡ ἀπάτη* verba convertenda sunt: tamen non ignominiosa fraudatio est, ignominia cum fraudatione amasii non coniuncta est. Sic p. 184. E. *ἐπὶ τούτῳ καὶ ἐξαπατηθῆναι οὐδὲν αἰσχρόν.*

δοκεῖ γὰρ αὖ καὶ οὗτος. *Καί* scriptor posuisse censeri potest ita, ut ad praecedens *δοκεῖ γὰρ ὁ τοιοῦτος — ἐπιδεῖξαι κ. τ. λ.* respexerit. Habet tamen haec dictio, quod mihi quidem admodum displicet. Quid, si scripsit Plato *δοκεῖ γὰρ αὖ καὶ οὕτως*? h. e. videtur enim etiam hac conditione i. e. etiam si hoc ei contigerit, ut ab amatore deciperetur, quantum in ipsius potestate est, declarasse satis et q. seqq.

πάντως γε καλὸν ἀρετῆς ἕνεκα h. e. Hac igitur ratione in universum pulcrum virtutis ergo amatoribus gratificari. In permultis codd. *γέ* legitur post *ἀρετῆς*, quam particulam recentiores editores delerunt Rückerto excepto, qui eandem in textum recepit. Particulam non exhibent Bodl., Vatic. Vindob., quorum librorum tanta auctoritas est, ut recipienda particula sit, si hi eandem exhiberent contra ceterorum auctoritatem. Ut res nunc se habet, particula delenda est.

οὗτός ἐστιν ὁ τῆς Οὐρανίας θεοῦ Ἔρως. Ut *οὕτω* haud raro significat: hac ratione, qua dixi, ita *οὗτος* h. l. convertere possis: Ecce talis est, qualem descripsi, Uraniae Eros. Quod sequitur *Οὐράνιος* nomen mainscula littera scribendum curavimus, nomen enim revera est, non adiectivum. Minus apte Schleiermacherus verba convertit: Dieses ist der Eros der himmlischen Göttin und selbst himmlisch.

κάξων, ποιεῖσθαι πρὸς ἀρετὴν τόν τε ἐρῶντα αὐτὸν C
αὐτοῦ καὶ τὸν ἐρώμενον· οἱ δ' ἕτεροι πάντες τῆς ἑτέρας, τῆς Πανδήμου. Ταῦτά σοι, ἔφη, ὡς ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ὦ Φαῖδρε, περὶ Ἔρωτος συμβάλλομαι.

Παυσανίου δὲ παυσαμένου — διδάσκουσι γάρ με ἴσα λέγειν οὑτωσὶ οἱ σοφοί — ἔφη ὁ Ἀριστόδημος

Alia ratio *Πάνδημος* verbi, quod supra p. 181. B. ut adiectivum positum est: *ὁ μὲν οὖν τῆς Πανδήμου Ἀφροδίτης ὡς ἀληθῶς πάνδημός ἐστιν κ. τ. λ.* Perfacile autem fieri potuit, ut aliquis cum *οὐράνιος* littera minuscula scriptum exstaret in codd., *καί* adderet, quo orationem, quam censeret mutilatam, expleret. In codd. nullum vestigium depravationis est, igitur ne uncis quidem vocalem inclusimus, nimiae audaciae crimen fugientes.

τόν τε ἐρῶντα — καὶ τὸν ἐρώμενον. Post *τὸν ἐρώμενον* rursus intelligas *αὐτὸν αὐτοῦ*. Frustra Bastius et Astius *τοῦ ἐρωμένου* scribendum putarunt: quod si ab ipso Platone esset profectum, ordo verborum hic, opinor, foret: *τὸν ἐρῶντα αὐτόν τε αὐτοῦ καὶ τοῦ ἐρωμένου.* Nunc sententia haec est: Eros Uranius utrumque, et amatorem et eum, qui amatur, impellit et cogit, ut omnem curam ponat in studio virtutis et sapientiae. Stallb. Eodem modo verba intellexit Schleiermacherus in convers. p. 405.: indem er den Liebenden nöthiget viel Sorgfalt auf seine eigene Tugend zu wenden, und auch den Geliebten.

ὡς ἐκ τοῦ παραχρῆμα. Schol. habet: *ἐκ τοῦ αὐτομάτου, ἐκ τοῦ προχείρου.* Apposite Stallbaumius ad h. l. Xenoph. laudat Hell. I. 1. 21. *λέγειν τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ παραχρῆμα, τὰ δὲ βουλευσαμένους.* Non dubium est autem, quin additis his verbis Pausanias excusare voluerit orationem suam, quam elegantiorem atque politiorem edere potuisset, si ad eam rem aliquid otii datum fuisset.

Παυσανίου δὲ παυσαμένου. De sophistarum irrisione hic agi, qui similes sonos verborum studiose quaesiverint, iisque orationem suam exornaverint, consentiens iudicium est interpretum omnium. Sed non verisimile est, Apollodorum *Παυσανίου δὲ παυσαμένου* verbis ita usum esse, ut ad Pausaniae orationem non respiceret, in qua illius studii sophistici nullum vestigium reperitur. Praecellit autem haec oratio prae ceteris verbositate, ut non videam equidem, quid obstet, quominus in hanc verbositatem *Παυσανίου παυσαμένου* verba directa esse censeamus. Fuerunt, ut ipse Apollodorus indicat sequentibus verbis, magistri dicendi, qui similitudines verborum discipulis commendarent. Sed commendarunt eas ita, ut quibus aliquid efficeretur, quod modo indicatum est esse h. l. inanis cuiusdam verbositatis satis acerbum vitu-

δεῖν μὲν Ἀριστοφάνη λέγειν, τυχεῖν δὲ αὐτῷ τινὰ ἢ ὑπὸ πλησμονῆς ἢ ὑπό τινος ἄλλου λύγγα ἐπιπεπτωκυῖαν καὶ οὐχ οἷόν τε εἶναι λέγειν, ἀλλ' εἰπεῖν αὐ-
D τόν — ἐν τῇ κάτω γὰρ αὐτοῦ τὸν ἰατρὸν Ἐρυξίμαχον κατακεῖσθαι — Ὦ Ἐρυξίμαχε, δίκαιος εἶ ἢ παῦσαί

perium. Non igitur illos dicendi magistros Apollodorus carpere voluisse censendus est, ad quorum praeceptum ipse verba sua composuit, sed eos commemoravit tantummodo, ut eorum auctoritate dictionis insolentiam excusaret. Restat, ut de conversione verborum *Παυσανίου δὲ παυσαμένου* dicamus: Schleiermacherus exhibet: Als nun Pausanias ausgesagt hatte. Schultheßius habet: Nachdem nun Pausanius pausirt hatte. Astius verba reddidit: Nachdem Pausanias endlich geendet, quae conversio Orellio displicet, quod nimis longa oratione Pausanias usus esse dicatur. Sed ea ipsa de caussa Astiana illa conversio nobis magnopere placet. Est tamen nobis, quod Graecis verbis magis respondeat, quod si durius videbitur atque minus elegans, non magnopere dolebimus, quippe exhibituri, quod revera excusatione indigeret *τῶν σοφῶν*: Als Pausanias nun ausgepausaunt hatte.

οὑτωσὶ οἱ σοφοί. *Τοὺς σοφούς* dicendi magistros esse, supra indicatum est. vide quae de *σοφίας* notione annotata sunt p. 34.

τυχεῖν δὲ αὐτῷ τινὰ — λύγγα. Schol. ad h. l. varias singultus caussas laudat eiusque sanandi modos studiosissime refert, quos hic repetere longum est. Unum hoc ex eius annotatione depromam, quo prudentiores de Aristophanis voluntate certiores fieri possunt: *τὸ τοῦ λυγμοῦ σύμπτωμα ἐπιγίνεται τῷ στομάχῳ διὰ πλήρωσιν ἢ κένωσιν ἢ ψύξιν, ἐνιότε δὲ καὶ διὰ δῆξιν δριμέων ὑγρῶν καὶ φαρμακωδῶν ταῖς ποιότησιν.* Pluribus de Aristophanico singultu dicturi sumus in Comment. de Symp. Platonis, ad quam lectores ablegamus.

ἐν τῇ κάτω. Haec est lectio codicum plurimorum. Vulgo *ἐγγυτάτω* legitur, quam lectionem Astius retinendam censuit. Frustra. Non enim de vicinitate hic agitur, sed de ordine sedentium; quandoquidem Eryximachus praecepit: *ἕκαστον λόγον εἰπεῖν ἐπαινον Ἔρωτος ἐπὶ δεξιά.* Saepissime autem *ἐντός, ἔγγυς, ἐν τῇ κάτω, ἐγγυτάτω*, similia, commutata reperiuntur in libris, ut non defuerint, qui etiam Lachetis loco difficillimo p. 187. §. 13. *ἐγγύτατα* vocem mutandam censerent. Bene tamen id habet eo loco. Verba sunt haec: *οὔ μοι δοκεῖς εἰδέναι, ὅτι ὃς ἂν ἐγγύτατα Σωκράτους ᾖ λόγῳ, ὥσπερ γένει, καὶ πλησιάζῃ διαλεγόμενος*, quae verba quoniam nullo modo explicari possunt, in hunc modum emendanda sunt: *οὔ μοι δοκεῖς εἰδέναι, ὅτι ὃς ἂν ἐγγύτατα Σωκράτους ἴῃ λόγῳ, ὥσπερ γυναικὶ πλησιάζει διαλεγόμενος,*

με τῆς λυγγὸς, ἢ λέγειν ὑπὲρ ἐμοῦ, ἕως ἂν ἐγὼ παύσωμαι. Καὶ τὸν Ἐρυξίμαχον εἰπεῖν, Ἀλλὰ ποιήσω ἀμφότερα ταῦτα. ἐγὼ μὲν γὰρ ἐρῶ ἐν τῷ σῷ μέρει, σὺ δ' ἐπειδὰν παύσῃ, ἐν τῷ ἐμῷ· ἐν ᾧ δ' ἂν ἐγὼ λέγω, ἐὰν μέν σοι ἐθέλῃ ἀπνευστὶ ἔχοντι πολὺν χρό-

καὶ ἀνάγκη αὐτῷ κ.τ.λ. Agitur autem satis lepide de mulieribus, qui severissime in virorum suorum vitam inquirunt, neque prius ab interrogando atque explorando desistant, quam omnem vitam, quomodo gesta sit geraturque, cognoverint. Verba convertenda sunt: Du scheinst mir nicht zu wissen, dass wer dem Socrates zu Leibe geht, der gleichsam mit einem eifersüchtigen Weibe anbindet, und er muss, wenn er auch vorher von etwas ganz anderm zu reden begonnen hat, ohne Aufhören sich von ihm im Zirkel herumführen lassen, bis er sich endlich verwickelt, und gesteht, wie er ietzt lebt und wie er gelebt hat.

δίκαιος εἶ ἢ παῦσαί με κ. τ. λ. De *δίκαιος* vocis significatu supra dictum est p. 6. Male Ficinus in convers. exhibet: O Eryximache, tua tunc (nunc?) interest. Ceterum *δίκαιος* h. l. Eryximachus dicitur duabus de caussis. Nam medicus erat, ut singultui mederi posset atque a dextra sedebat, ut ad eum perveniret dicendi munus, si Aristophanes, quominus ipse loqueretur, singultu prohiberetur. Quae sequuntur verba, *ἕως ἂν ἐγὼ παύσωμαι* abundantia quadam laborare videntur, quandoquidem personali pronomine facillime carueris. Cave tamen id mutandum censeas aut delendum. Dicturus Aristophanes erat: Dicere tute debes, donec ego possim. Sed inter dicendum factum est et hic et alias haud raro, ut, cum structura verborum ad verbum comparata sit, quod scriptor in mente habuisset, pro illo verbo subito aliud poneretur, quod cum incepta structura verborum minus conveniret. Optime igitur se haberet scriptura haec: *ἢ λέγειν ὑπὲρ ἐμοῦ, ἕως ἂν ἐγὼ λέγειν δύνωμαι*, sed non minus bene dicitur *ἕως ἂν ἐγὼ — παύσωμαι.*

ἐὰν μέν σοι ἐθέλῃ — εἰ δὲ μή, ἐὰν μέν praecedente scriptum expectaveris *ἐὰν δέ*, ut legitur in Plat. Protag. p. 348. A. *ἐὰν μὲν βούλῃ ἔτι ἐρωτᾶν, ἕτοιμός εἰμί σοι παρέχειν ἀποκρινόμενος· ἐὰν δὲ βούλῃ, σὺ ἐμοὶ πάρασχε, περὶ ὧν μεταξὺ ἐπαυσάμεθα διεξιόντες, τούτοις τέλος ἐπιθεῖναι.* Passim annotatum est ab interpretibus, *εἰ* interdum poni *ἐάν* praecedente, eiusque rei caussam indicare studuit Engelhardtus ad Plat. Menex. p. 237. ed. non satis, ut videtur, veterum scriptorum voluntatem assecutus: *particulae ἐάν*, inquit, *inest notio exspectationis manifestum fore, sitne id, quod hypothetice ponimus, necne. Si ergo duae res hypothetice opponuntur, iam sufficit, semel hanc notionem additam esse, et quidem priori membro, quia id prius po-*

νον παύεσθαι ἢ λύγξ· εἰ δὲ μή, ὕδατι ἀνακογχυλιά-
E σον. εἰ δ' ἄρα πάνυ ἰσχυρά ἐστιν, ἀναλαβών τι τοιοῦτον, οἷῳ κινήσαις ἂν τὴν ῥῖνα, πτάρε· καὶ ἐὰν τοῦτο

nere solemus, quod nostra magis interest; superflua haec notio in altero membro est. Nos sic statuimus. Ubi ἐὰν μὲν — ἐὰν δέ ponitur, duae enuntiationes hypotheticae sibi aequiparantur, in quibus, quod fieri ponitur, idem facile fieri posse certis quibusdam de caussis exprimitur. In aequiparandis enuntiatis veteres τέ — τέ particulis saepius utuntur, quam μέν — δέ, igitur saepius ἐάν τε — ἐάν τε reperias, quam ἐὰν μὲν — ἐὰν δέ. Exemplum habes Symp. p. 184. B. init. Pro altero ἐάν veteres scriptores etiam εἰ posuere. Sic legitur nostro loco ἐὰν μὲν — εἰ δέ, nusquam autem ἐάν τε — εἴ τε reperias. Colligitur inde, εἰ post ἐάν positum non eiusdem potestatis esse atque ἐάν praecedentem particulam, sed alius, quae cum δέ adversativo commode consocietur, non item cum τέ vocula, de cuius potestate supra diximus, conveniat. Ut paucis dicam, ἐάν poni aliquid significat, quod fieri posse cogitatur certis quibusdam de caussis, εἰ cum adversativa particula coniunctum exprimit id poni, quod contra exspectationem revera contigerit. Ad nostrum locum ut revertamur, dicit Eryximachus: Vide, an tibi ἀκνυστὶ ἔχοντι h. e. animum reprimenti aliquod tempus singultus abeat, (et credo, fore, ut abiturus sit, experientia edoctus) sin vero minus h. e. wenn der Schlucken aber gegen alles Erwarten wirklich nicht weicht.. cf. Plat. de rep. VII. p. 540. C. μνημεῖα δ' αὐτοῖς καὶ θυσίας τὴν πόλιν δημοσίᾳ ποιεῖν, ἐὰν καὶ ἡ Πυθία ξυναναιρῇ (neque dubito, quin id factura sit Pythia) ὡς δαίμοσιν· εἰ δὲ μή (sc. ξυναναιρεῖ h. e. contra exspectationem non, revera non) ὡς εὐδαίμοσί τε καὶ θεοῖς. Hoc dicendi genus quid differat ab εἰ — εἰ δὲ μὴ sponte intelligitur, cf. Plat. Charmid. c. 14. Heind. ed. p. 190. εἰ οὖν σοι φίλον, ἐξέλω σκοπεῖν μετὰ σοῦ· εἰ δὲ μή, ἐᾶν. Adde quem Stallbaumius laudat ad Plat. Phaed. p. 138. ed. Isocrat. Archid. 44. p. 211. ed. Lang. ἐὰν μὲν γὰρ ἐξέλωμεν ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τῶν δικαίων — ἀσφαλῶς ἡμῖν ἐξέσται ζῆν· εἰ δὲ φοβηθησόμεθα τοὺς κινδύνους κ. τ. λ. Ceterum post ἡ λύγξ suppleudum censent εὖ ἔχει. Minus nobis placet hoc explicandi genus; meliorem explicationem in conversione huius loci dedimus.

ὕδατι ἀνακογχυλίασον. Schol. habet: ἀνακογχυλιάσαι τὸ κλύσαι τὴν φάρυγγα, ὃ λέγομεν ἀναγαργαρίσαι.

οἷῳ κινήσαις ἂν τὴν ῥῖνα. Vulgatum κινήσαις, quod codd. omnes exhibent, et Athenaeus servat V. 2. p. 187. ἐν δὲ ταῖς ὑποθήκαις τοῦ κάρφους, ἵνα τὴν ῥῖνα κινήσας πταρῇ, παρίημι, mutatum in κνήσαις apud Stob. Floril. Tit. 98. p. 542. reperitur. Eam lectionem cum aptiorem censerent Wyttenbachius, Creuz. ad Plot.

ποιήσῃς ἅπαξ ἢ δίς, καὶ εἰ πάνυ ἰσχυρά ἐστι, παύσεται. Οὐκ ἂν φθάνοις λέγων, φάναι τὸν Ἀριστοφάνη· ἐγὼ δὲ ταῦτα ποιήσω. Εἰπεῖν δὴ τὸν Ἐρυξίμαχον·

de pulcrit., Astius, alii, nemo fuit excepto Rückerto, qui vulgatam lectionem defendere atque in textum revocare auderet. Rückerto autem tutius visum est retinere, quod libri darent, „atque nisi bonum, at non absurdum esset. Aliud nobis de vulgatae lectionis praestantia iudicium est. *Κινεῖν* nimirum non significat solum movere, sed movere ita aliquid, ut id se moveat. Sic in amore verbum usitatissimum, adhibeturque, ubi aliquis ad nequitias allicitur. Pari modo in proverbiali dictione dicitur *μὴ κινεῖν. τὸν εὖ κείμενον* videlicet, ne is, qui moveatur, ubi motum se senserit, moventi molestias paret. Iam vides *κινεῖν τὴν ῥῖνα* esse, movere nasum atque excitare ita, ut se moveat h. e. ut oriantur *πταρμοί*. Bekkerus *κνήσαιο* habet, quod apud Stobaeum legitur l. l. Sternutatione mota pelli singultum probatur Hippocr. Aphor. VI. 13. *ὑπὸ λυγμοῦ ἐχομένῳ πταρμοὶ ἐπιγενόμενοι λύουσι τὸν λυγμόν.*

καὶ εἰ πάνυ ἰσχυρά ἐστιν. De *καὶ εἰ* et *εἰ καί* part. ita disputavit Heind. ad Platon. Gorg. p. 509. A., ut negaret, conditionalis enuntiati sententiam mutari, sive *καὶ εἰ* sive *εἰ καί* scripseris. Consentit cum Heindorfio Matth. Gr. ampl. T. II. p. 1252. Nostra verba etiamtum, si vel maxime pervicax sit, cessabit Engelhardtus interpretatur; rectissime idem de *καὶ εἰ* et *εἰ καί* particularum discrimine disserit ad Apol. Socr. pag. edit. 196. Ex eius annotatione haec laudare iuvat: *εἰ καί* rem aut ponit, aut indicat fieri posse, ut sit, ita ut latine reddendum sit quamquam, etsi vel quamquam fortasse. *Καὶ εἰ* semper de incerta hypothesi usurpatur, quam sive ponit aliquis sive non ponit, tamen id fieri oportet, quod in apodosi ponitur.

οὐκ ἂν φθάνοις λέγων. Schol. habet: *ἐπὶ τῶν εἰς πέρας ἀγόντων ἀξιώσεώς τινος μήπω πέρας ἐπιθέντος αὐτῇ.* Proprie verba significant: Mit dem Reden kannst du nicht zu früh kommen h. e. quin statim loquere. Haec annotavi, ut liqueret, interrogandi signum ab hac dicendi formula non abesse non posse, quod in Phaedone positum est apud Stallb. p. 100. C. *ἀλλὰ μήν, ἔφη ὁ Κέβης, ὡς διδόντος ὅτι οὐκ ἂν φθάνοις περαίνων;*

εἰπεῖν δὲ τὸν Ἐρυξίμαχον. Eryximachus medicus, qui nunc dicturus est, Acumeni medici filius, Hippiae auditor una cum Phaedro aliisque fuisse traditur Plat. Protag. p. 315. C., Phaedro amicum fuisse discas e Plat. Phaedr. p. 268. A., ubi Socrates cum Phaedro colloquens *εἴ τις*, inquit, *προσελθὼν τῷ ἑταίρῳ σου Ἐρυξιμάχῳ ἢ τῷ πατρὶ αὐτοῦ Ἀκουμενῷ εἶπον κ. τ. λ.*

Cap. XII.

Δοκεῖ τοίνυν μοι ἀναγκαῖον εἶναι, ἐπειδὴ Παυ-
185 *σανίας ὁρμήσας ἐπὶ τὸν λόγον καλῶς οὐχ ἱκανῶς ἀπε-*
τέλεσε, δεῖν ἐμὲ πειρᾶσθαι τέλος ἐπιθεῖναι τῷ λόγῳ.
τὸ μὲν γὰρ διπλοῦν εἶναι τὸν Ἔρωτα δοκεῖ μοι κα-

καλῶς οὐχ ἱκανῶς. Ex Eryximachi sententia Pausanias rectissime disseruit de duplici Erote atque de utriusque dei natura, minus recte de erotica vi locutus est, quae vis latius pateat, nec solum in animis mortalium, sed etiam in universa rerum natura efficacissima conspiciatur. Respicit autem, Stallbaumius ait, Eryximachus haud dubie ad nobilissimam illam et multis, ut videtur, posteris temporibus probatam sententiam veterum quorundam philosophorum, qui statuerunt elementa totius rerum universitatis inter se pugnantia per concordiam et amicitiam (*φιλίαν*) esse inter se conciliata et in ordinem redacta. vid. Arist. Metaphys. I. 4. et quos laudant interpp. ad Aristoph. Avv. v. 695. seqq.

τέλος ἐπιθεῖναι τῷ λόγῳ. Ἐπιθεῖναι ex artificum officinis depromtum est, qui cum reliquum corpus sive hominis sive animalis arte elaborassent, capite ad postremum elaborato caput imposuisse dicuntur simul atque opus ad finem perduxisse. Haec formula iam apud Homerum reperitur Il. τ, 107. *ψευστήσεις οὐδ' αὖτε τέλος μύθῳ ἐπιθήσεις.* Adde Plat. Alcib. I. p. 105. D. *τούτων γάρ σοι ἀπ[illegible]ων τῶν διανοημάτων τέλος ἐπιτεθῆναι ἄνευ ἐμοῦ ἀδύνατον.* Cratyl. p. 395. A. *κινδυνεύει γὰρ τοιοῦτός τις εἶναι ὁ Ἀγαμέμνων, οἷος, ἃ ἂν δόξειεν αὐτῷ διαπονεῖσθαι καὶ καρτερεῖν, τέλος ἐπιτιθεὶς τοῖς δόξασι δι' ἀρετήν.*

ὅτι δὲ οὐ μόνον ἐστὶν seqq. Schleiermacherus convertit: dass er aber nicht allein über die Seelen der Menschen waltet in Beziehung auf die schönen, sondern auch auf vieles Andere und auch in allen andern Dingen.... Quaeri potest primum, quid sit id, ad quod, praeter pulcros homines Eros in animis hominum insitus pertineat. Deinde si Schleiermacherianae conversionis sensum Eryximachus exprimere voluisset, haud dubium esse potest, quin dicere debuisset *οὐ μόνον ἐστὶν ἐπὶ ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων — ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις* Quoquo modo verba spectes, distorti quid enuntiationi huic inesse senties, quod deleto *καὶ* post *πολλά* posito optime removeri potest. Verba nimirum per chiasmum explicanda censeas, ut non solum in animis hominum formosae iuventutis, sed etiam aliarum rerum multarum Eros in aliis rebus habitare dicatur.

λῶς διελέσθαι· ὅτι δὲ οὐ μόνον ἐστὶν ἐπὶ ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων πρὸς τοὺς καλοὺς, ἀλλὰ καὶ προς ἀλλὰ πολλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, τοῖς τε σώμασι τῶν πάντων ζώων καὶ τοῖς ἐν τῇ γῇ φυομένοις, καὶ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐν πᾶσι τοῖς οὖσι, καθεωρακέναι μοι δοκῶ ἐκ τῆς ἰατρικῆς, τῆς ἡμετέρας τέχνης, ὡς μέγας καὶ θαυμαστὸς καὶ ἐπὶ πᾶν ὁ θεὸς τείνει καὶ κατ' B

Possis etiam hac ratione verba emendare: ὅτι δὲ οὐ μόνον ἐπὶ ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων καὶ πρὸς τοὺς καλοὺς, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄλλα πολλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις κ. τ. λ. Haec olim scripseram. Sed neutra mutandi ratio nunc placet et omnia bene habent, modo καί post πολλά positum non und sed auch interpreteris.

ὡς ἔπος εἰπεῖν, vide annot. p. 63. Schol. autem haec verba explicat: ὡς φαίνεται, ὡς ἐν λόγῳ εἰπεῖν, addique: τοῦτο σχηματίζεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς καὶ ὡς εἰπεῖν ἔπος καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν καὶ ὡς ἔπος φάναι καὶ ὡς φάναι ἔπος. ἔτι δὲ καὶ διὰ μιᾶς λέξεως ἐκφωνεῖται, οἷον ὡς φάναι καὶ ὡς εἰπεῖν. σημαίνει δὲ τὸ αὐτό. οἱ δέ φασιν ἀντὶ τοῦ ὡς φαίνεται κεῖσθαι ἢ ἀντὶ τοῦ ὡς ἐν λόγῳ εἰπεῖν. Converterim verba: in den Körpern aller lebenden Wesen und in den Erzeugnissen der Erde, und, ich wage es zu behaupten, in allen Dingen. Adhibentur nimirum verba illa, ubi aliquis aliquid dicturus est, quod fidem hominum superare, ipse sentit.

ὡς μέγας καὶ θαυμαστός. Stallbaumius in his, inquit, ὡς significat nam, quippe, usu haudquaquam infrequenti. Male. Praecedenti protasi, cui apodosin Eryximachus praemisit, altera apodosis additur, alterius potestatem quae amplificat et auget. Haec verborum structura ex oratorio genere dicendi depromta est. cfr. Apol. Socr. p. 20. C. οὐ γὰρ δή που σοῦγε οὐδὲν τῶν ἄλλων περιττότερον πραγματευομένου, ἔπειτα τοσαύτη φήμη τε καὶ λόγος γέγονεν, εἰ μή τι ἔπραττες ἀλλοῖον ἢ οἱ πολλοί. Compara cum his verbis Symp. p. 211. E. τί δῆτα, ἔφη, οἰόμεθα, εἴ τῳ γένοιτο αὐτὸ τὸ καλὸν ἰδεῖν εἰλικρινὲς, καθαρὸν, ἄμικτον, ἀλλὰ μὴ ἀνάπλεων σαρκῶν τε ἀνθρωπίνων καὶ χρωμάτων καὶ ἄλλης πολλῆς φλυαρίας θνητῆς, ἀλλ' αὐτὸ τὸ θεῖον καλὸν δύναιτο μονοειδὲς κατιδεῖν; Adde Cicer. Orat. pro Rosc. Amer. c. V. §. 14. Atque ut facilius intelligere possitis, iudices, ea, quae facta sunt, indigniora esse, quam haec sunt, quae dicimus, vobis exponemus, quo facilius et huius hominis innocentissimi miserias et illorum audaciam cognoscere possitis et rei publicae calamita-

ἀνθρώπινα καὶ κατὰ θεῖα πράγματα. ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς λέγων, ἵνα καὶ πρεσβεύωμεν τὴν τέχνην.

Ἡ γὰρ φύσις τῶν σωμάτων τὸν διπλοῦν Ἔρωτα τοῦτον ἔχει. τὸ γὰρ ὑγιὲς τοῦ σώματος καὶ τὸ νοσοῦν ὁμολογουμένως ἕτερόν τε καὶ ἀνόμοιόν ἐστι. τὸ δὲ ἀνόμοιον ἀνομοίων ἐπιθυμεῖ καὶ ἐρᾷ. ἄλλος μὲν οὖν ὁ ἐπὶ τῷ ὑγιεινῷ ἔρως, ἄλλος δὲ ὁ ἐπὶ τῷ νοσώδει. ἔστι δὴ, ὥσπερ ἄρτι Παυσανίας ἔλεγε τοῖς

tem. Huic loquendi generi non adnumeranda sunt verba Alcib. II. p. 138. B., quae sunt, qui corrupta censeant; sed ut clarius videas, corruptelae indicia ipsis nulla inesse, hoc modo disponenda sunt: *ὥσπερ τὸν Οἰδίπουν αὐτίκα φασὶν εὔξασθαι χαλκῷ διελέσθαι τὰ πατρῷα τοὺς υἱεῖς· ἐξὸν αὐτῷ τῶν παρόντων αὐτῷ κακῶν ἀποτροπήν τινα εὔξασθαι, ἕτερα πρὸς τοῖς ὑπάρχουσι κατηρᾶτο.*

καὶ ἐπὶ πᾶν ὁ θεός. Ne forte ad *θαυμαστός* supplendum censeas *ἐστίν* et scribendum *καὶ ὡς ἐπὶ πᾶν*, tria dei epitheta sunt: magnus, admirabilis, late potens. Dicitur autem *ἐπὶ πᾶν — τείνει* pro *ἐπὶ πᾶν τεινῶν — ἐστίν* vid. annot. p. 87. Sensus est totius enuntiationis: Dass er aber nicht blos den Seelen der Menschen in Beziehung auf das Schöne, sondern auch in Beziehung auf vieles andere auch den anderen Dingen einwohnt, sowohl den Leibern der gesammten Thierwelt als den Erderzeugnissen und, ich wage es zu sagen, allen nur vorhandenen Dingen, glaube ich aus der Medicin, meiner angestammten Kunst, ersehen zu haben, dass gross und wunderbar und einflussreich auf alles der Gott ist, so in menschlichen, so in göttlichen Angelegenheiten. — Ut nostro loco ab hominibus ad animalia, ab animalibus ad mineralia transitur, haec tria autem verbis comprehenduntur: *πάντα τὰ ὄντα*, eodem modo in Phaedon. p. 70. D. legitur: *μὴ τοίνυν κατ' ἀνθρώπων σκόπει μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ κατὰ ζώων πάντων καὶ φυτῶν καὶ ξυλλήβδην. ὅσαπερ ἔχει γένεσιν, περὶ πάντων ἴδωμεν, ἆρ' οὕτωσὶ γίγνεται πάντα.*

ἵνα καὶ πρεσβεύωμεν. Explicat Schol. ad h. l. *πρεσβεύωμεν· προτιμῶμεν, μεγαλύνωμεν. Πρεσβεύειν τινά* est aliquem ut senem venerari, alicui ut seni primum locum attribuere. Non iniuria Phaedrus dixit Symp. p. 178. B. *τὸ γὰρ ἐν τοῖς πρεσβύτατον εἶναι — [οὐ] τίμιον;* Eryximachus autem dicit: ut simul primi loci honorem nostrae arti attribuamus. *Καί* enim ita explicandum est, ut proprie verba audire dicantur: *ἵνα καὶ λέγωμεν περὶ τούτων καὶ πρεσβεύωμεν κ. τ. λ.*

μὲν ἀγαθοῖς καλὸν χαρίζεσθαι τῶν ἀνθρώπων, τοῖς C
δὲ ἀκολάστοις αἰσχρὸν, οὕτω καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς σώμασι τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἑκάστου τοῦ σώματος καὶ ὑγιεινοῖς καλὸν χαρίζεσθαι καὶ δεῖ, καὶ τοῦτό ἐστιν ᾧ ὄνομα τὸ ἰατρικὸν, τοῖς δὲ κακοῖς καὶ νοσώδεσιν αἰσχρόν τε καὶ δεῖ ἀχαριστεῖν, εἰ μέλλει τις τεχνικὸς εἶναι. ἔστι γὰρ ἰατρικὴ, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, ἐπιστήμη τῶν τοῦ σώματος ἐρωτικῶν πρὸς πλησμονὴν καὶ κένωσιν,

ἕτερόν τε καὶ ἀνόμοιον. Rectissime annotatum est ab Astio et Stallbaumio, Thierschium frustra scribendum coniecisse *ἕτερόν τι καὶ ἀνόμοιον.* Nimirum *ἕτερον* h. l. non aliud sed diversum est, quae verbi significatio non rara apud Platonem. cfr. Alcib. I. p. 114. B. *πότερον δὲ ταὐτά ἐστι δίκαιά τε καὶ συμφέροντα, ἢ ἕτερα.* Adde Plat. Protag. p. 333. A. *πότερον — λύσωμεν τῶν λόγων; τὸ ἓν ἑνὶ μόνον ἐναντίον εἶναι, ἢ ἐκεῖνον, ἐν ᾧ ἐλέγετο ἕτερον εἶναι σωφροσύνης σοφία — καὶ πρὸς τῷ ἕτερον εἶναι καὶ ἀνόμοια κ. τ. λ.*

καλὸν χαρίζεσθαι τῶν ἀνθρώπων. Verba *τῶν ἀνθρώπων* seiuncta sunt ab iis verbis, e quibus pendet *τοῖς μὲν ἀγαθοῖς*, ut pondere augerentur. Huius exemplum structurae verba sunt p. 178. C. *ὃ γὰρ χρὴ ἀνθρώποις ἡγεῖσθαι παντὸς τοῦ βίου τοῖς μέλλουσι καλῶς βιώσεσθαι κ.τ.λ.* Urgendum autem pronuntiando est *τῶν ἀνθρώπων* ideo, quod, cum Pausanias in hominum tantummodo animis dixisset Erotem versari, Eryximachus contra etiam in corporibus habitare deum narret, indicandum erat atque demonstrandum auditori, quibus modis ab illius oratione medici oratio differret.

καὶ τοῦτό ἐστιν ᾧ ὄνομα τὸ ἰατρικόν h. e. und darin besteht das Wesen dessen, was wir das Medicinische nennen. Prorsus eodem modo p. 185. B. *οὕτω πάντως γε καλὸν ἀρετῆς γ' ἕνεκα χαρίζεσθαι. Οὗτός ἐστιν ὁ τῆς Οὐρανίας θεοῦ Ἔρως καὶ Οὐράνιος κ. τ. λ.* Ad ea, quae insequuntur, apte laudatur ab interpp. Hippocr. De morbo sacro sub fin. *χρὴ — μὴ αὔξειν τὰ νουσήματα, ἀλλὰ σκεύθειν τρύχειν, προσφέροντας τῇ νούσῳ τὸ πολεμιώτατον ἑκάστῳ, μὴ τὸ φίλον καὶ σύνηθες· ὑπὸ μὲν γὰρ τῆς συνηθείας θάλλει καὶ αὔξεται, ὑπὸ δὲ τοῦ πολεμίου φθίνει καὶ ἀμαυροῦται.*

ἔστι γὰρ ἰατρική. Hippocr. de flatibus: *τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἰήματα. ἰατρικὴ γάρ ἐστι πρόσθεσις καὶ ἀφαίρεσις· ἀφαίρεσις μὲν τῶν ὑπερβαλλόντων, πρόσθεσις δὲ τῶν ἐλλειπόντων· ὁ δὲ κάλλιστα τοῦτο ποιέων ἄριστος ἰητρός.* Articulum ne desideres, omittitur, ubi per se positum spectatur nomen. cfr. Plat. Lach. p. 191. c. 18. *τοῦτο τοίνυν αἴτιον ἔλεγον*, das also

καὶ ὁ διαγιγνώσκων ἐν τούτοις τὸν καλόν τε καὶ
D αἰσχρὸν Ἔρωτα, οὗτός ἐστιν ὁ ἰατρικώτατος· καὶ ὁ μεταβάλλειν ποιῶν, ὥστε ἀντὶ τοῦ ἑτέρου Ἔρωτος τὸν ἕτερον κτήσασθαι, καὶ οἷς μὴ ἔνεστιν Ἔρως, δεῖ δ' ἐγγενέσθαι, ἐπιστάμενος ἐμποιῆσαι καὶ ἐνόντα ἐξελεῖν, ἀγα-

meinte ich mit dem Worte αἴτιον. Alcib. I. p. 133. c. 57. ὃ δὴ καὶ κόρην καλοῦμεν: Was wir auch mit dem Worte κόρη bezeichnen; Symp. p. 196. C. εἶναι γὰρ ὁμολογεῖται σωφροσύνη τὸ κρατεῖν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν, denn unter der Bezeichnung: σωφροσύνη wird allgemein verstanden ... Itaque hoc Eryximachus dicit: Es ist nämlich, was wir «ἰατρικὴ» nennen, der Hauptsache nach cet.

καὶ ὁ διαγιγνώσκων ἐν τούτοις. Difficillimam esse atque gravissimam morborum e symptomatis petitam cognitionem, quam diagnosin medici vocant, intelligunt etiam ii, qui artis medicae imperiti sunt.

καὶ ὁ μεταβάλλειν ποιῶν. sc. τὰ ἐρωτικὰ τῶν σωμάτων; hinc post ὥστε supplendum est τὰ σώματα. Cavendum est enim, ne quis τὸν ἕτερον subiectum esse censeat enuntiationis. Quae sequuntur verba a καί incipientia, praecedentium verborum explicationem efficiunt. Sensus est: Wer die Neigungen der Körper so umändert, dass sie anstatt der einen Neigung die andere erlangen d. h. wer es versteht, Körpern eine Neigung einzupflanzen, die ihnen nicht einwohnt, aber ihnen einwohnen muss, und die einwohnende, die nicht einwohnen darf, heraus zu treiben.

ἐπιστάμενος ἐμποιῆσαι καὶ ἐνόντα ἐξελεῖν. Quod de duplici Erote hic dicit Eryximachus, Socrates de morbo profert in Plat. de rep. I. p. 333. E. ἆρ' οὖν καὶ νόσον ὅστις δεινὸς φυλάξασθαι καὶ μὴ λαθεῖν, οὗτος δεινότατος καὶ ἐμποιῆσαι, quem locum interpretes propter καὶ μὴ λαθεῖν verba vario modo sollicitarunt. Λαθεῖν, quae vulgata lectio est, rectissime e duorum codd. auctoritate in παθεῖν mutaverunt. Non est autem assentiendum Stallbaumio καί ante μὴ παθεῖν delenti. Νόσον φυλάξασθαι positum habes propter antecedentia: ἆρ' οὐχ ὁ πατάξαι δεινότατος ἐν μάχῃ εἴτε πυκτικῇ εἴτε τινὶ καὶ ἄλλῃ, οὗτος καὶ φυλάξασθαι, quae si non praecederent, pro φυλάξασθαι Socrates alio verbo usus esset, quod cum νόσος nomine melius consociaretur. Veritus autem, ne quis νόσον φυλάξασθαι non satis intelligeret, accuratiorem explicationem verborum statim addidit, quae in verbis καὶ μὴ παθεῖν continetur. Καί igitur explicativum est, atque hoc est, id est, significat.

ἀγαθὸς ἂν δημιουργός. Ad δημιουργός Stallbaumius i.e.

θὸς ἂν εἴη δημιουργός. δεῖ γὰρ δὴ τὰ ἔχθιστα ὄντα ἐν τῷ σώματι φίλα οἱόν τ' εἶναι ποιεῖν καὶ ἐρᾶν ἀλλήλων. ἔστι δὲ ἔχθιστα τὰ ἐναντιώτατα· ψυχρὸν θερμῷ, πικρὸν γλυκεῖ, ξηρὸν ὑγρῷ πάντα τὰ τοιαῦτα. τούτοις ἐπιστηθεὶς Ἔρωτα ἐμποιῆσαι καὶ ὁμόνοιαν ὁ ἡμέτερος E

inquit, *ἰατρός*. Sed admodum haec verba languerent, si praecedente superlativo sequeretur *ἀγαθὸς ἰατρός*. Eryximachus ab artis medicae theoria ad praxin transit ita, ut, cum *ἰατρικώτατον* appellasset eum, qui malum et bonum Erotem in corporibus dignoscere posset, *ἀγαθὸν δημιουργόν* practicum medicum vocet, qui medicina adhibita malum Erotem e corpore removere, bonum in corpus immittere possit.

φίλα οἱόν τ' εἶναι ποιεῖν καὶ ἐρᾶν ἀλλήλων. Sublatum discrimen vides in Eryximachi oratione, quod inter *φιλεῖν*, *φιλία*, *φίλος* et *ἔρως*, *ἐρᾶν* extare supra annotavimus p. 69., quibuscum cf. annot. p. 132. Docemur autem hoc exemplo, qui fiat, ut vocabulorum significationes vergente aetate saepius immutatae sint. Verba nimirum quasi *εἴδωλα* sunt cogitandi rationis, quae ratio ubi mutatur, corrumpi necesse est atque perverti verborum significationes.

πάντα τὰ τοιαῦτα. Wolfius asyndeto offensus *καί* ante *πάντα* ponendum coniecit. Possumus nos quidem in eiusmodi dictionibus copula non carere, qua propter Schleiermacherus in conversione und alles dergleichen exhibuit. Verum non solum Graeci sed etiam Romani copulam omisere, quippe efficatius eo indicantes, verba *πάντα τὰ τοιαῦτα* eiusdem potestatis et iuris esse, atque praecedentia, quae *ἀσυνδετῶς* enumerantur, exempla. cfr. Gorg. 503. E. *οἷον εἰ βούλει ἰδεῖν τοὺς ζωγράφους, τοὺς οἰκοδόμους, τοὺς ναυπηγοὺς, τοὺς ἄλλους πάντας δημιουργοὺς ὁντινα βούλει αὐτῶν*. Demosth. Orat. pro corona c. 74., quem locum Stallbaumianae industriae debeo: *μετὰ ταῦτα συστάντων οἷς ἦν ἐπιμελὲς ἐμὲ κακῶς ποιεῖν, καὶ γραφὰς, εὐθύνας, εἰσαγγελίας, πάντα τοιαῦτα ἐπαγόντων κ. τ. λ.* — Verba *πικρὸν γλυκεῖ* a sciolo quodam addita censent, praesertim quum in nostri loci repetitione non reperiantur p. 188. A., Astius Stallbaumius, Rückertus. Atque Rückertus quidem, *quatuor haec*, inquit, *frigidum, calidum, siccum et humidum, saepius in corpore esse diversasque eius mutationes procreare dicuntur: at πικρόν et γλυκύ in corpore humano quid sibi velint, non intelligitur. Accedit, quod infra p. 188. A. ipse Eryximachus repetens huius loci dicta caetera enumerat, haec omittit.* Cavendum est, ne quis his assentiatur. Nimirum p. 188. A., ubi *πικρὸν γλυκεῖ* verba non reperiuntur, ne poterant quidem apte poni, quoniam anni mutationibus, de quibus illic sermo est, neque cum acerbo neque cum dulci quicquam commercii

πρόγονος Ἀσκληπιὸς, ὥς φασιν οἵδε οἱ ποιηταὶ καὶ ἐγὼ πείθομαι, συνέστησε τὴν ἡμετέραν τέχνην.

est. Nostro contra loco verba *ψυχρὸν θερμῷ, πικρὸν γλυκεῖ, ξηρὸν ὑγρῷ, πάντα τὰ τοιαῦτα* non corporis conditioni describendae, sed explicando inserviunt praecedente verbo *τὰ ἐναντιώτατα*. Sensus est totius enuntiationis: Er muss nämlich das Feindlichste im Körper sich befreunden lassen und zu gegenseitiger Neigung umstimmen können. Ich verstehe aber unter dem Worte *ἐναντιώτατα* (vide annot. p. 129.) die reinen Gegensätze: kalt und warm, bitter und süss, trocken und feucht, und alles dergleichen. Ceterum ne quis forte putet *πάντα τὰ τοιαῦτα* verba rectius poni, ubi duo exempla allata sint, quam ubi tria posita reperiantur: legitur in Plat. Gorg., quem locum Heindorfius laudat, p. 517. D. *ἐκπορίζειν, ἐὰν μὲν πεινῇ τὰ σώματα ἡμῶν, σιτία — ἐὰν δὲ ῥιγῷ, ἱμάτια, στρώματα, ὑποδήματα, ἄλλα, ὧν ἔρχεται σώματα εἰς ἐπιθυμίαν.* Dubito autem, num reperiatur locus, in quo duobus tantum exemplis laudatis *πάντα τὰ τοιαῦτα, ἄλλα*, simileve sit positum.

τούτοις ἐπιστηθείς seqq. *τούτοις* ad *τὰ ἐναντιώτατα* referendum est, non ad singula *τῶν ἐναντιωτάτων* exempla, quae non nisi ad explicandam vocem *τὰ ἐναντιώτατα* apposita sunt.

Ἔρωτα ἐμποιῆσαι καὶ ὁμόνοιαν. Supra iam annotatum est ad verba *φίλα οἷόν τ' εἶναι καὶ ἐρᾶν ἀλλήλων*, significatum verborum *φιλεῖν* et *ἐρᾶν*, *φιλία* et *Ἔρως*, similium, in Eryximachi oratione prorsus mutari, *Ἔρως* igitur nostro loco nihil aliud significat, quam rerum sibi repugnantium concordiam. Huius nominis vim ipse Eryximachus additis *καὶ ὁμόνοιαν* verbis declarat, ubi *καί* rursus explicativum est: Liebe d. h. Einklang. Si quaeris autem, cur amandi verbis nominibusque Eryximachus utatur, memineris velim, laudandi Erotis caussa orationem ab Eryximacho haberi, atque eundem statim ab initio orationis suae ita censuisse, ut etiam artes ab Erote regi atque per eum esse contenderet. cfr. infra p. 187. C. *τὴν δὲ ὁμολογίαν πᾶσι τούτοις, ὥςπερ ἐκεῖ ἡ ἰατρικὴ, ἐνταῦθα ἡ μουσικὴ ἐντίθησιν, Ἔρωτα καὶ ὁμόνοιαν ἀλλήλων ἐμποιήσαντα.*

οἵδε οἱ ποιηταί dicitur propterea, quod adfuerunt Agatho et Aristophanes: wie die Dichterzunft da behauptet. Testantur autem poëtae, Aesculapium medicorum *πρόγονον* esse: artem medicam eundem constituisse, ut qui res in corpore contrarias sibi conciliarit, non testantur. Igitur minus apte verba Schleiermacherus convertit: Dass diesen Liebe und Wolwollen unser Ahnherr Asclepios einzuflössen verstand, dadurch hat er, wie die Dichter hier sagen und ich es glaube, unsere Kunst gegründet.

Ἥ τε οὖν ἰατρικὴ, ὥςπερ λέγω, πᾶσα διὰ τοῦ θεοῦ τούτου κυβερνᾶται, ὡσαύτως δὲ καὶ γυμναστικὴ

ἥ τε οὖν ἰατρικὴ, ὥςπερ λέγω seqq. Si scriptum exstaret *ἥ τε οὖν ἰατρικὴ, ὥςπερ λέγω, πᾶσα διὰ τοῦ θεοῦ τούτου κυβερνᾶται καὶ γυμναστικὴ καὶ γεωργία*, nihil esset, quod lectorem offenderet. Nam et medica ars, et gymnastice dicerentur atque agricultura dei ope gubernari. Accedentibus verbis *ὡσαύτως δέ*, manente *τέ* particula, dicendi genus efficitur, quod certe minus usitatum est. Non nescimus quidem, *τέ — δέ* sibi respondere saepenumero, sed tum scriptum exspectamus: *ἥ τε οὖν ἰατρικὴ .... κυβερνᾶται, γυμναστικὴ δὲ καὶ γεωργία ὡσαύτως*. Huc accedit, quod post *τέ* Graeci scriptores *δέ* non admittunt nisi in rei, quae praecedentem gravitate superat, commemoratione, ut Latine convertendum sit: et vero, et vero etiam. Ea gravitas nostri loci verbis convenire frustra docet Stallbaumius ad Plat. de rep. II. p. 367. C. Cave tamen, quicquam mutandum censeas. Eryximachus inceptae structurae oblitus, quasi dixisset *ἡ μὲν οὖν* principio enuntiationis, *ὡσαύτως δέ* dixit. Vide de *μὲν οὖν — δέ* voculis annot. p. 23. Alia ratio verborum est Plat. de rep. III. p. 494. C. *ἔν τε τῇ τῶν ἐπῶν ποιήσει πολλαχοῦ δὲ καὶ ἄλλοθι*, ubi plus ponderis in altera] enuntiati parte est, quam in altera, ut *τέ — δέ* apprime respondeat Latinorum cum — tum. Adde Plat. de rep. VI. p. 489. C. *ἐκ δὲ τοίνυν τούτων καὶ ἐν τούτοις οὐ ῥᾴδιον εὐδοκιμεῖν. — πολὺ δὲ μεγίστη καὶ ἰσχυροτάτη διαβολὴ γίγνεται τῇ φιλοσοφίᾳ κ. τ. λ.*

ὥςπερ λέγω. Praesens tempus *λέγειν* verbi de sententia loquentis valet, praeteritum ad praecedentia eius verba lectorem revocat cfr. Apol. Socr. p. 17. B. *οὗτοι μὲν οὖν, ὥςπερ ἐγὼ λέγω'* (ut mihi videtur) *ἤ τι ἢ οὐδὲν ἀληθὲς εἰρήκασιν*. Adde Symp. p. 221. D. *εἰ μὴ ἄρα οἷς ἐγὼ λέγω ἀπεικάζοι τις αὐτόν*.

γυμναστικὴ καὶ γεωργία. Articulum haud raro omitti in artium nominibus, Schaeferus, Heindorfius, alii docuerunt. Nostro quidem loco eum omitti eo magis etiam mirum, quod antecedit *ἥ τε οὖν ἰατρική*. Si quid video, non promiscue veteres artium nominibus aut addiderunt articulum aut demserunt. Addidisse videntur, ubi de re sermo est, quae omnibus nota est, vel quae definitione praemissa nunc innotuit. Demserunt articulum, ubi de re nondum explicata, aut in universum de aliqua re dixerunt. Nostro loco artis medicae definitionem Eryximachus dederat in superioribus, ut de huius artis natura certiores facti auditores intelligerent, quomodo per Erotem ars medica dicatur gubernari. Hinc *ἰατρική* verbum articulo insignitum est utpote definitum atque notum, non insignitae sunt *γυμναστική* et *γεωργία*, quoniam non explicatae sunt atque accuratius definitae: Die Arzneikunst nun wird meiner Ansicht nach ganz durch diesen Gott

187 καὶ γεωργία. μουσικὴ δὲ καὶ παντὶ κατάδηλος τῷ καὶ σμικρὸν προσέχοντι τὸν νοῦν, ὅτι κατὰ ταὐτὰ ἔχει τούτοις, ὥσπερ ἴσως καὶ Ἡράκλειτος βούλεται λέγειν,

geleitet, auf gleiche Weise auch das, was Gymnastike und Georgia genannt wird. Ceterum Sydenhamium audi laudatum a Wolfio: Der Endzweck der Arzneikunst ist Gesundheit, und der Gymnastik Stärke des Körpers. Aber in den Mitteln, wodurch beide Künste ihren Zweck zu erreichen suchen, indem sie der guten körperlichen Anlage nachgeben, und der schlechten entgegen handeln und sie verbessern, sind sie einander ganz analog. So hat auch die Eigenschaft des Bodens Analogie mit dem Temperament des Körpers und die verschiedenen Gattungen von Düngung mit den Nahrungs- und Arzneimitteln. Ein guter Boden gewinnt durch eine homogene Behandlung, ein schlechter wird durch eine entgegengesetzte Behandlungsart besser, und ändert seine Natur. Was übrigens die Metapher von der Liebe betrifft, so braucht man diese in der Landwirthschaft auch heut zu Tage. Auch wir sagen: ein Baum, eine Pflanze liebt diesen, liebt jenen Boden.

κατὰ ταὐτὰ ἔχει τούτοις h. e. arti medicae et iis, quae gymnastice et georgia appellantur. De κατά praepositionis significatu vide annot. p. 41. Paullo infra eodem modo p. 187. E. καὶ ἐν μουσικῇ δὴ καὶ ἐν ἰατρικῇ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσι sc. artium nominibus sive terrestrium sive divinarum.

ὥσπερ ἴσως καὶ Ἡράκλειτος. Heraclitus Ephesius ut morum asperitate, ita orationis dura quadam obscuritate insignis. Schol. ad Plat. de rep. VI. habet Ἡράκλειτος, Βαθέωνος, Ἐφέσιος, μεγαλόφρων γεγονὼς καὶ ὑπερόπτης παρ' ὀντινοῦν. Orationis obscuritas cum ex brevitate quadam dicendi, tum e neglecta singularum orationis partium iunctura orta est, ut Aristoteles narrat Rhet. III. 5. Videtur ea ipsa de causa Heracliti oratio cum maris fluctuatione comparata esse, quae cum innumerabiles undas exhibeat, ut sententiolas illa, neque finem neque initium undarum discerni patitur. Lectorem igitur Heracliti, ne mole sententiarum quasi fluctu undarum immergatur (εἰς τὸ μὴ ἀποπνιγῆναι ἐν αὐτῷ), *δήλιον κολυμβητήν* esse debere Socrates censuit, ut quasi brachiis validis, h. e. interpunctione posita, continuum tenorem discerneret ac disiungeret verborum, *δήλιοι κολυμβηταί* celeberrimi erant plurimumque natando pollebant, vide Wachsmuths Alterthumsk. II. 1. p. 404., qui laudat Diog. Laert. 2, 22. 9, 11. Interpunctionem omissam, non verba ipsa obscuritatem illam effecisse, ut clarius appareat, fragmentum laudabo Heracliti, quod in dissert.

ἐπεὶ τοῖς γε ῥήμασιν οὐ καλῶς λέγει. τὸ ἓν γὰρ, φησὶ, διαφερόμενον αὐτὸ αὑτῷ ξυμφέρεσθαι, ὥσπερ ἁρμονίαν τόξου τε καὶ λύρας. ἔστι δὲ πολλὴ ἀλογία ἁρ-

de Samo-Thraces numinibus explicare studuit Schellingius: ἓν τὸ σοφὸν μοῦνον λέγεσθαι οὐκ ἐθέλει καὶ ἐθέλει Ζηνὸς ὄνομα.

τὸ ἓν γὰρ, φησὶ, διαφερόμενον seqq. Caute distinguendum est, quid Heraclitus ὁ σκοτεινός his verbis exprimere voluerit, et quomodo Eryximachus eius verba explicaverit. Medicus nimirum de musica loquens verba illa laudat ita, ut non nisi de re musica dicta intelligeret, i. q. ex additamento perspicitur, quo διαφερόμενα explicat p. 187. B. τοῦ ὀξέος καὶ βαρέος atque e subiecti mutatione. Ἁρμονίαν nimirum τῷ ἑνί Eryximachus substituit. Heracliti autem voluntas haec videtur esse: Das Eins ist in sich selbst entgegengesetzt Eins, wie die Einheit des Bogens und der Lyra h. e. das Eins ist nicht absolut Eins, sondern momentan zusammengesetzt aus Gegensätzen, wie die Eine Kraft des Bogens (Schuss) momentane Verschmelzung ist zweier Gegensätze, oder der Eine Klang (Accord) der Lyra momentane Verschmelzung mehrerer Dissonanzen. Non recte autem, ut videtur, interpretes τὸ ἓν totam rerum universitatem significare censuerunt, neque recte Simplicii testimonio utuntur ad Aristot. Phys. p. 11. A. ἐνεδείκνυτο δὲ (sc. Ἡράκλειτος) τὴν ἐν τῇ γενέσει ἐναρμόνιον μίξιν τῶν ἐναντίων, quae sententia ex enuntiato illo derivata est, atque eidem, tanquam in basi, innititur. Probatur hoc Plutarchi testimonio De animi procreat. p. 1026. B. Ἡράκλειτος δὲ παλίντροπον ἁρμονίην κόσμου, ὅκως περ λύρης καὶ τόξου. Frustra autem in dicto Heracliteo aliquid mutandum censuerunt Astius, Bastius, alii. Ad Heracliteae dictionis exemplum supra laudatum ut revertamur, videtur Schellingio interpunctio ponenda esse post οὐκ ἐθέλει; nobis haec verborum dispositio placet: ἓν τὸ σοφὸν μοῦνον λέγεσθαι οὐκ ἐθέλει καὶ ἐθέλει Ζηνὸς ὄνομα. Absolut Eins ist nur das Weise. Absoluta unitas nostrae rationi repugnat, eam repugnantiam ita expressit Heraclitus, ut diceret: es will nicht und will Eins genannt sein der Name des Zeus. Audi Goethii nobilissima verba, quae similem rationis repugnantiam felicissime describunt:

Wer darf ihn nennen?
Und wer bekennen:
Ich glaub' ihn?
Wer empfinden
Und sich unterwinden
Zu sagen: ich glaub' ihn nicht?

γέγονεν ὑπὸ τῆς μουσικῆς τέχνης. Vulgo additur ἡ ἁρμονία, quod additamentum per se spectatum non habet, quo offendat. Saepius enim subiectum e praecedentibus repetitur, non tam augendae gravitatis caussa, quam perspicuitatis. Sed non agnoscunt nostro loco XXI. codd. ἡ ἁρμονία verba,

μονίαν φάναι διαφέρεσθαι ἢ ἐκ διαφερομένων ἔτι εἶναι. ἀλλ' ἴσως τόδε ἐβούλετο λέγειν, ὅτι ἐκ διαφε-
B ρομένων πρότερον, τοῦ ὀξέος καὶ βαρέος, ἔπειτα ὕστερον ὁμολογησάντων γέγονεν ὑπὸ τῆς μουσικῆς τέχνης. οὐ γὰρ δή που ἐκ διαφερομένων γε ἔτι τοῦ ὀξέος καὶ βαρέος ἁρμονία ἂν εἴη. ἡ γὰρ ἁρμονία συμφωνία ἐστίν, συμφωνία δὲ ὁμολογία τις· ὁμολογίαν δὲ ἐκ διαφερομένων, ἕως ἂν διαφέρωνται, ἀδύνατον εἶναι· διαφερόμενον δὲ αὖ καὶ μὴ ὁμολογοῦν ἀδύνατον ἁρμόσαι.

igitur cum Bekkero, Stallbaumio, Rükkerto delenda curavimus. De verbis insequentibus *οὐ γὰρ δή που* vide annot. p. 85 et 98.

ἡ γὰρ ἁρμονία. Bene Schleiermacherus in conversione: Denn Harmonie ist Zusammenstimmung, Zusammenstimmung aber Eintracht; Eintracht aber kann unter entzweitem, so lange es entzweit ist, unmöglich sein; und das entzweite nicht einträchtige kann wieder unmöglich zusammenstimmen.

ὥσπερ γε καὶ ὁ ῥυθμός. Sensus est verborum: quemadmodum, ut hoc unum exemplum commemorem, rythmus ... Indicat igitur *γέ* particula, plura exempla afferri potuisse, quibus res probari posset, unum sufficere. vid. annot. p. 88.

διεννηνεγμένων πρότερον. Ante *διεννηνεγμένων* omnes fere codices *ἐκ* praepositionem habent, quam cum tacide omisissent interpretes, Rückertus solus exstitit, qui in verborum ordinem revocaret. Sed dubito, num aliquo modo excusari possit. Aut repugnandum est codicum auctoritati, atque *ἐκ* e verborum ordine tanquam inutile additamentum expellendum, aut scribendum est *ὥσπερ γε καὶ ὁ ῥυθμὸς ὁ ἐκ τοῦ ταχέως καὶ βραδέος, ἐκ διεννηνεγμένων πρότερον, ὕστερον δὲ ὁμολογησάντων γέγονεν.* In sequentibus codd. non pauci habent *Ἔρωτα καὶ ὁμόνοιαν ἀλλήλοις*, quae lectio unde orta sit, haud difficile est ad intelligendum. Nimirum scribae seducti sunt vicino *ἐμποιεῖν* verbo, ut dativum pro genitivo exhiberent, quem nunc novem tantummodo codd. exhibent. *Ἀλλήλοις* autem, ut et Rückertus vidit, non satis commode explicari potest; aut igitur *ἀλλήλων* scribendum est, quod in textum recepimus (de *ἐμποιεῖν* vid. annot. p. 102.) aut exhibendum *αὐτοῖς*, cuius vocis ne unum quidem in codicibus vestigium apparet.

καὶ ἐν μέν γε αὐτῇ τῇ συστάσει κ. τ. λ. Stallbaumius ad h. l. annotat: *In ipsis rationibus musicis, h. e. in harmonia et rhythmo, nullo negotio ait cognosci et animadverti posse τὰ ἐρωτικά*, h. e. *quae sint consona et congruentia: simplices enim illas esse et quae non patiantur discrepantiam aut diversitatem ullam; sed in usu et ex-*

ὥςπερ γε καὶ ὁ ῥυθμὸς ἐκ τοῦ ταχέος καὶ βραδέος διενηνεγμένων πρότερον, ὕστερον δὲ ὁμολογησάντων γέ- C γονε. τὴν δὲ ὁμολογίαν πᾶσι τούτοις, ὥςπερ ἐκεῖ ἡ ἰατρικὴ, ἐνταῦθα ἡ μουσικὴ ἐντίθησιν, Ἔρωτα καὶ ὁμόνοιαν ἀλλήλων ἐμποιήσασα· καὶ ἔστιν αὖ μουσικὴ περὶ ἁρμονίαν καὶ ῥυθμὸν ἐρωτικῶν ἐπιστήμη. καὶ ἐν μέν γε αὐτῇ τῇ συστάσει ἁρμονίας τε καὶ ῥυθμοῦ οὐδὲν χαλεπὸν τὰ ἐρωτικὰ διαγιγνώσκειν, οὐδὲ ὁ διπλοῦς Ἔρως ἐνταῦθά πώς ἐστιν· ἀλλ' ἐπειδὰν δέῃ πρὸς τοὺς ἀνθρώ-

ercitatione musices plurimum interesse, quo modo illis utaris, atque hic cerni vim duplicis illius Amoris, coelestis et vulgivagi. Mira est sententia, fateor: sed non sine causa Eryximacho tributa. Ineptit enim nunc acerrimus iste Heracliti cavillator adeo, ut propter inanem illam sophistarum imitationem misere vapulet. Perperam igitur Schützius haec: οὐδὲ ὁ διπλοῦς Ἔρως ἐνταῦθά πώς ἐστιν delenda iudicavit. Nimirum non intellexit vir acutissimus hominis ineptias. Non rectius Platonis verba Schleiermacherus interpretatus est in convers. p. 408. Und in dem Aufstellen des Wollautes und des Zeitmaasses selbst ist es wol nicht schwer, die Liebesregungen zu erkennen, noch findet sich hierin jener zweifache Eros. Hoc si dixisset Eryximachus, merito vituperaretur, ut vituperandus est Rückertus ad h. l. annotans: *Ego nescio, quo hic stupore tenear, cui, ut ineptias videam, plane non contingat.* Nihil mutandum est, neque quicquam e verborum ordine expellendum, sed rectiore explicatione opus est enuntiati, quam a nemine hucusque repertam esse miror. Verba nimirum οὐδὲ ὁ διπλοῦς Ἔρως ἐνταῦθά πώς ἐστιν elliptice posita sunt, atque supplendum e praecedentibus est χαλεπός. Mens Eryximachi haec est: In der blos schematischen Aufstellung der Harmonie und des Rhythmus ist es nicht schwer, die erotischen Elemente zu erkennen, noch macht der zwiefache Eros hier Irgend Beschwerden. Quae sequuntur, optime cum hac verborum explicatione conveniunt.

ἀλλ' ἐπειδὰν δέῃ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους κ. τ. λ. Schleiermacherus exhibet in conversione: Allein wenn man vor den Menschen Wollaut und Zeitmaass in Anwendung bringen soll; quae si mens fuisset Eryximachi, scripsisset haud dubie ἐν ἀνθρώποις. Ficinus non satis explicate, sed Schleiermachero rectius, ut videtur, verba interpretatur: sed tunc demum, cum ad alios rhythmo et harmonia est uteudum. Nobis Eryximachus de rhythmi atque harmoniae usu eo loqui videtur, qui hominum utilitati inserviat. Rectissime Matth. Gramm. plen. §. 591. p. 1180. seqq. ita de πρός praepositionis potestate disputat, ut

D πους καταχρῆσθαι ῥυθμῷ τε καὶ ἁρμονίᾳ ἢ ποιοῦντα, ὃ δὴ μελοποιΐαν καλοῦσιν, ἢ χρώμενον ὀρθῶς τοῖς πεποιημένοις μέλεσί τε καὶ μέτροις, ὃ δὴ παιδεία ἐκλήθη, ἐνταῦθα δὴ καὶ χαλεπὸν καὶ ἀγαθοῦ δημιουργοῦ δεῖ. πάλιν γὰρ ἥκει ὁ αὐτὸς λόγος, ὅτι τοῖς μὲν κοσμίοις

plerumque ὁκοπεῖν verbi notionem loquentis animo obversari diceret. Possis igitur nostro loco πρὸς τοὺς ἀνθρώπους Graece explicare: πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ὠφέλειαν ὁκοποῦντα.

ὃ δὴ μελοποιΐαν καλοῦσιν. His verbis exemplo usus est Matth. Gramm. plen. §. 475. C. p. 891., quo probaret, pronomina relativa in explicativis enuntiatis haud raro ad praecedentium nominum genus conformari. Interdum ad sequentis nominis genus effingi pronomen, notissimum est. Utroque dicendi genere, quorum alterum accuratius, alterum elegantius est, Latini quoque usi sunt Vide sis Krüger, de Attractione Lat. Ling. §. 56. p. 129.

ὃ δὴ παιδεία ἐκλήθη. cfr. Plat. de rep. II. p. 376. E. c. XVII. Τίς οὖν ἡ παιδεία; ἢ χαλεπὸν εὑρεῖν βελτίω τῆς ὑπὸ τοῦ πολλοῦ χρόνου εὑρημένης; ἔστι δέ που ἡ μὲν ἐπὶ σώμασι γυμναστική, ἡ δ' ἐπὶ ψυχῇ μουσική. Adde de παιδείας notione verba Wachsmuthii in libro: Hellenische Alterthumskunde Th. II. Abth. II. p. 4. Recte ad h. l. Rückertus, *Omnis*, inquit, *institutio liberalis apud Graecos duas habebat partes, γυμναστικήν et μουσικήν, quarum illa ad corpus pertinebat, haec ad animi culturam, atque in poëtarum maxime carminibus legendis ediscendisque versabatur, addita sonorum modorumque arte.* Ceterum ne offendas in temporis mutatione, cum supra ὃ δὴ καλοῦμεν, nostro loco ὃ δὴ ἐκλήθη dicatur: illud est: was man nennt; hoc significat: was man gewöhnlich nennt s. was man zu nennen pflegt.

ἐνταῦθα δὴ καὶ χαλεπὸν κ. τ. λ. sc. τὰ ἐρωτικὰ διαγιγνώσκειν. Scriptum exspectabam equidem ἐνταῦθα δὴ καὶ χαλεπός, ut ad verba respiceretur οὐδὲ ὁ διπλοῦς Ἔρως ἐνταῦθά πως ἐστιν. Nam τὸ διαγιγνώσκειν theoriae, quam vocant, ut medicae (vid. p. 186. D. init.) ita poëticae artis convenit. Nostro autem loco non de theoria poëseos sermo est, quam Eryximachus tetigit verbis ἐν μέν γε αὐτῇ τῇ συστάσει κ. τ. λ., sed de eius usu hominum utilitati accommodato, ut haud sciam, an non et aliis probabilis videatur verborum conversio haec: Aber wenn man Rhythmus und Harmonie zum Nutzen der Menschen in Anwendung bringt, — da macht der zwiefache Eros grosse Beschwerde, und es bedarf eines tüchtigen Praktikers.

πάλιν γὰρ ἥκει ὁ αὐτὸς λόγος. Rückertus ad Pausaniae verba hic respici docet, quibus praecipiatur: iis tantum amatoribus obsequium praestan-

τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὡς ἂν κοσμιώτεροι γίγνοιντο οἱ μήπω ὄντες, δεῖ χαρίζεσθαι καὶ φυλάττειν τὸν τούτων Ἔρωτα, καὶ οὗτός ἐστιν ὁ καλὸς, ὁ Οὐράνιος, ὁ τῆς Οὐρανίας Μούσης Ἔρως· ὁ δὲ Πολυμνίας, ὁ Πάνδη- E μος, ὃν δεῖ εὐλαβούμενον προσφέρειν οἷς ἂν προσφέρῃ,

dum esse ab amasiis, qui et ipsi virtutem colant, et ad eam colendam amasios adhortentur. Hinc factum, ut Eryximachi contortiorem censeret et obscuram et subineptam orationem. Certissimum est autem, praeceptum medicorum ab Eryximacho tangi, quod legitur p. 186. C. ἐν αὐτοῖς τοῖς σώμασι, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἑκάστου τοῦ σώματος καὶ ὑγιεινοῖς καλὸν χαρίζεσθαι καὶ δεῖ, καὶ τοῦτό ἐστιν, ᾧ ὄνομα τὸ ἰατρικὸν, τοῖς δὲ κακοῖς καὶ νοσώδεσιν αἰσχρόν τε καὶ δεῖ ἀχαριστεῖν, εἰ μέλλει τις τεχνικὸς εἶναι. Mens Eryximachi haec est: ut illic medicus corpori, ita nunc poëta sive magister consulere debet animo adolescentium, atque bene moratis, et quo fiant meliores, ita prospicere, ut nulla res, cuius laude corrumpi possent, laudetur,

ὁ τῆς Οὐρανίας Μούσης Ἔρως. Haec verba cave ad praecedens Ἔρωτα verbum referas. Pertinent potius ad τὸ χαρίζεσθαι et τὸ φυλάττειν, quae nomina e praegressis facillime eruuntur. Οὗτος autem e generis haud rara assimilatione, de qua vide annot. p. 129. positum est. Sensus est: Gut geartete Jünglinge zu berücksichtigen und ihre natürliche Neigung zu bewahren, darin besteht das Wesen des Eros der Urania. Vide etiam annot. p. 126.

ὁ δὲ Πολυμνίας. Polyhymniam Musam cum Pandemo Aphrodite comparari ab Eryximacho nemo non videt. Iam quaeritur, quo iure id fiat. Polyhymnia vulgo cantuum multitudinem significat; possis igitur ea de caussa illam comparationem institutam putare, ut cum amasiorum multitudine, quae a Pandemi asseclis ametur, illa carminum multitudo comparetur. Possis etiam, quae Rückerti sententia est, ita iudicare, ut numero abundantiora rarioribus viliora censeas. Neutra explicandi ratio nobis nunc placet, neque credimus, Polyhymniam nostro loco carminum multitudinem denotare. Agitur de harmoniae atque rhythmi mutatione, quae iusto saepius in carminibus admissa Πολυμνίας nomine insignitur. Ut igitur Πανδήμου asseclae ab uno amasio ad alterum transeunt, non virtutis, sed libidinis ergo, quae e varietate amatorum oritur, ita poëtae, asseclae Πανδήμου, qui Πολυμνίας ξυνεργός est, significantur harmoniae atque rhythmi varietatem captare, aurium, non animi oblectamenta.

προσφέρειν οἷς ἂν προσφέρῃ. Vulgo male οἷς ἂν προσφέροι. Minus accurate haec verba Ficinus reddidit: *cui summa cautione indulgendum est, ut voluptatem quidem homines hauriant, incontinentiam vero devitent.* Sensus est: quem, qui-

ὅπως ἂν τὴν μὲν ἡδονὴν αὐτοῦ καρπώσηται, ἀκολασίαν δὲ μηδεμίαν ἐμποιήσῃ, ὥσπερ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ τέχνῃ μέγα ἔργον ταῖς περὶ τὴν ὀψοποιϊκὴν τέχνην ἐπιθυμίαις καλῶς χρῆσθαι, ὥστ' ἄνευ νόσου τὴν ἡδονὴν καρπώσασθαι. καὶ ἐν μουσικῇ δὴ καὶ ἐν ἰατρικῇ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσι καὶ τοῖς ἀνθρωπείοις καὶ τοῖς θείοις, καθ' ὅσον παρείκει, φυλακτέον ἑκάτερον τὸν Ἔρωτα·
188 *ἔνεστον γάρ.*

bus adhibetur eunque, magna cum cautione adhiberi oportet, ut suavitate quidem eius fruatur, qui eo utitur vel poëta, vel lector, sed turbas devitet atque ordinis corruptionem. Harmoniae autem atque rhythmi commutationes legibus artis poëticae probantur ita, ut paucis quibusdam in locis, quibus conducere possint, modice admittantur v. c. in exprimendis animi affectibus. — In sequentibus ad *καρπώσηται* pronomen indefinitum subintelligendum est, quod et ad poëtas et ad lectores referatur. Ad poëtas refertur ita, ut artis poëticae opera componendo, ad lectores, ut eadem legendo sibi cavere moneantur, ne rhythmorum atque harmoniae ordinem concinnitatemque turbent, vel non satis recte agnoscant. Clarior res fit exemplo, quod Eryximachus statim addit. Nimirum artis coquinariae delicias medicis in universum probari negat. Interdum tamen licere ait eas delicias hominibus commendare, quae et delectent et damni nihil afferant.

καθ' ὅσον παρείκει. Convertit haec verba Stallbaumius: quoad eius fieri potest. Recte. Laudat idem nostrum locum in annot. ad Plat. Polit. II., p. 374. E. *ὁμῶς δ' οὐκ ἀποδειλιατέον, ὅσον γ' ἂν δύναμις παρείκῃ.* Ceterum verba sunt non pauca, quae omisso subiecto suo transitivam vim amittunt, atque ut verba impersonalia adhibentur. Quem usum huius verbi cum non notum haberent librarii, factum est, ut in eius scriptura libri non consentirent. Bodl. enim aliique codd. *παρήκει* exhibent. Ceterum conferri iubet Rückertus ad h. l. Thucyd. III, 1. *προσβολαὶ ἐγίγνοντο τῶν Ἀθηναίων ἱππέων, ὅπῃ παρείκοι.* Soph. Philoct. 1048. *πόλλ' ἂν λέγειν ἔχοιμι πρὸς τἀ τοῦδ' ἔπη εἴ μοι παρείκοι.*

καὶ ἡ τῶν ὡρῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ σύστασις. Schleiermacherus exhibet in convers. p. 409. Die Anordnung der Iahreszeiten und der Witterung. Ficinus verba convertit: Anni temporum constitutio. Neutra *σύστασις* nominis conversio nobis nunc placet satis; verbum desideramus potius, quo significantius exprimatur, de finibus atque de initiis anni temporum hic agi. Nimirum consentiunt medici, nihil perniciosius esse corpori humano animalibusque et plantis, quam subitas coeli mutationes,

Cap. XIII.

Ἐπεὶ καὶ ἡ τῶν ὡρῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ σύστασις μεστή ἐστιν ἀμφοτέρων τούτων, καὶ ἐπειδὰν μὲν πρὸς ἄλληλα τοῦ κοσμίου τύχῃ Ἔρωτος ἃ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, τά τε θερμὰ καὶ τα ψυχρὰ καὶ ξηρὰ καὶ ὑγρὰ, καὶ ἁρμονίαν καὶ κρᾶσιν λάβῃ σώφρονα, ἥκει φέροντα εὐετη-

v. c. si frigus acerbissimum sequatur subito aestus ferventissimus. Patet igitur, Eryximachum medicum non tam de ipsis anni temporibus, quam de eorum finibus initiisque apte coniungendis agere, ut *σύστασις* nomen convertendum sit: Verknüpfung, Verbindung.

καὶ ἁρμονίαν καὶ κρᾶσιν. Vulgo omittitur *καί* ante *ἁρμονίαν* positum, quo omisso atque commate post *ὑγρά* deleto sententia verborum haec evadit: Si calida et frigida honesto amore consociantur, porro si sicca et humida harmoniam et mixturam aptam admittunt ... Haec quominus probemus, vetant *ἃ νῦν δὴ ἔλεγον* verba, quibus *τά τε θερμὰ καὶ τὰ ψυχρὰ καὶ ξηρὰ καὶ ὑγρά* arctius coniungenda esse docemur. Ceterum ad ea haec comparata sunt, quae de musica arte supra dicuntur. Ut illic *τὸ ὀξὺ καὶ βαρύ, τὸ ταχὺ καὶ βραδύ* commemorantur, nostro loco habes *τὰ θερμὰ καὶ τὰ ψυχρά, τὰ ξηρὰ καὶ τὰ ὑγρά. Κρᾶσις σώφρων* autem in re rhythmica *εὐρυθμίαν* gignit, quae eodem modo iuvenum moribus erudiendis inserviit, quo modo sanitatem generis humani animaliumque et plantarum progignit *εὐετηρία*. Apte Stallbaumius comparari iubet Plat. Phileb. p. 26. B. *οὔκουν ἐκ τούτων ὧραί τε καὶ ὅσα καλὰ πάντα ἡμῖν γέγονε, τῶν τε ἀπείρων καὶ τῶν πέρας ἐχόντων ξυμμιχθέντων;*

σώφρονα. Substantiva haud raro a verbis, e quibus pendeant, seiungi, ut gravitate exhibeantur auctiora, supra indicavimus p. 59. et p. 66. Pari modo a substantivis adiectiva disiunguntur, cuius usus noster locus exemplum est. Sensus est: Wenn das Warme und das Kalte, Trocknes und Feuchtes gegenseitig des geordneten Eros sich erfreut, und es einer Harmonie und einer Mischung, nämlich einer ganz zweckmässigen, theilhaft wird ...

καὶ οὐδὲν ἠδίκησεν. Aoristicum tempus praecedente tempore praesente *ἥκει* ne quem offendat, habet praeteriti fere potestatem *ἥκειν* verbum. cfr. Plat. Crit. p. 43. A. *ἆρτι δὲ ἥκεις ἢ πάλαι;* kamst du eben erst oder schon lange? Igitur *ἥκει φέροντα* idem fere est atque *ἤνεγκεν*. Proprium autem aoristicum tempus in rebus, quas experientia docuit, recteque praecipiunt grammatici, haud raro

ρίαν τε καὶ ὑγίειαν ἀνθρώποις καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις τε καὶ φυτοῖς, καὶ οὐδὲν ἠδίκησεν· ὅταν δὲ ὁ μετὰ τῆς ὕβρεως Ἔρως ἐγκρατέστερος περὶ τὰς τοῦ ἐνιαυτοῦ ὥρας
B γίνηται, διέφθειρέ τε πολλὰ καὶ ἠδίκησεν. οἵ τε γὰρ λοιμοὶ φιλοῦσι γίγνεσθαι ἐκ τῶν τοιούτων καὶ ἄλλ' ἀνόμοια πολλὰ [νοσήματα] καὶ τοῖς θηρίοις καὶ τοῖς

aoristum usurpari, ubi indicetur, aliquid fieri solere. Eodem modo explicanda verba sunt, quae paullo infra leguntur: διέφθειρεν, ἠδίκησεν. Alia ratio est Plat. Phaedon. p. 84. D. καὶ ὃς ἀκούσας ἐγέλασέ τε ἠρέμα καὶ φησιν .. etenim ab aoristico tempore ad praesens subito transitur, quoniam nunc non narratur, quid Socrates dixerit, sed ipsa eius verba afferuntur: Hoc audito ille cum subrisisset: Vae, inquit, o Simmia. Adde Plat. de rep. VI. p. 508. D. ὅταν μὲν, οὗ καταλάμπει ἀλήθειά τε καὶ τὸ ὄν, εἰς τοῦτο ἀπερείσηται (sc. ἡ ψυχή) ἐνόησέ τε καὶ ἔγνω αὐτὸ καὶ νοῦν ἔχειν φαίνεται. Quo loco quid anima facere soleat, aoristo, loquentis de animae conditione iudicium praesente tempore exprimitur. Ne plura huiusmodi exempla afferam, hoc in universum tenendum est, aoristo et praesente in eadem enuntiatione positis non eandem potestatem esse, sed aoristum quod fieri soleat, aut quod factum sit indicare, praesens tempus vel facti veritatem exprimere, vel aliquod iudicium loquentis in se continere.

καὶ ἄλλ' ἀνόμοια πολλὰ νοσήματα. Haec verba corrupta esse multi fuerunt, qui annotarunt eademque emendare studuerunt. Ficinus habet: *Pestes siquidem ex his oriri consueverunt, aliique morbi permulti et varii brutis ac plantis innasci.* Igitur legisse eum Stallbaumius censet καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ παντοῖα νοσήματα. Schützius scribendum coniecit καὶ ἄλλ' ὅμοια, Orellius ad Isocr. de Antid. p. 330.: ἄλλ' ἂν ὅμοια. Astius ἄλλ' ἄττ' ὅμοια, quod Stallbaumio probari video. Fateor, harum mutationum nullam mihi placere. Olim scribendum putabam καὶ ἄλλ' ἄνομα πολλὰ [νοσήματα.] Ac νοσήματα quidem etiam nunc persuasum habeo glossema esse eius, qui, cum recte intellexisset ἀνόμοια, ut et alii intelligerent, verbi explicationem margini adscripserit. Memor autem Eryximachus verborum erat p. 186. B. τὸ δὲ ἀνόμοιον ἀνομοίων ἐπιθυμεῖ καὶ ἐρᾷ, ad quae respiciens ἀνόμοια dixit, ut simul ad ἐκ τῶν τοιούτων supplendum sit ἀνομοίων τοῦ ἐνιαυτοῦ ὡρῶν.

καὶ τοῖς θηρίοις καὶ τοῖς φυτοῖς. Eryximachus cum supra dixisset ἀνθρώποις καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις τε καὶ φυτοῖς, humani generis nunc videtur esse oblitus. Verum licet medicis de re medica loquentibus homines animalibus adnumerare: den thierischen und vegetabilischen Körpern.

καὶ ἐρυσίβαι. Timaeus in L. V. Pl.: ἐρυσίβαι μιλτώ-

φυτοῖς· καὶ γὰρ πάχναι καὶ χάλαζαι καὶ ἐρυσίβαι ἐκ πλεονεξίας καὶ ἀκοσμίας περὶ ἄλληλα τῶν τοιούτων γίγνεται ἐρωτικῶν, ὧν ἐπιστήμη περὶ ἄστρων τε φορὰς καὶ ἐνιαυτῶν ὥρας ἀστρονομία καλεῖται. ἔτι τοίνυν καὶ θυσίαι πᾶσαι καὶ οἷς μαντικὴ ἐπιστατεῖ — ταῦτα δ' ἐστὶν ἡ περὶ θεούς τε καὶ ἀνθρώπους πρὸς ἀλλήλους C

δης δρόσος· πάχνη δὲ δρόσος χιονώδης. Hesych. ἐρυσίβη. νόσος τις ἀέρος ἐπιγενομένη τοῖς φυτοῖς καὶ κάρποις. Pro γίγνεται pluralem numerum exhibet Stobaeus, quem numerum Fischerus et Wolfius reposuerunt. Frustra. Naturae phaenomena quoniam verbis impersonalibus exprimi atque describi solent, substantiva etiam, quae cum his cohaerent, ut infinitivi, quibus deest subiectum certum, tractantur. Vide Astii annot. ad Plat. Polit. p. 400. Adde Matth. Gramm. plen. §. 303. p. 603.

ὧν ἐπιστήμη καλεῖται. Fuerunt, qui haec verba delenda censerent; alii eadem coniecturis tentarunt. Primus Astius monuit, meteorologiam et astrologiam veteribus astronomiam appellatam, neque meteorologiam antiquitus ab astronomia disiunctam fuisse. Id factum ideo, quod astrologorum non solum erat, sidera observare, sed etiam tempestatis mutationes, quae siderum indicari solent vel ortu vel obitu, praedicere. Quod autem, Stallbaumius ait, Eryximachus hanc definitionem astronomiae addit, atque mox etiam definitionem μαντικῆς; id nemo inepte aut temere fieri arbitrabitur, qui reputaverit, hominem sophistarum artibus assuefactum ridicule captare inanem quandam doctrinae speciem atque umbram. Aliter nobis videtur de his verbis iudicandum esse. Solebat vulgo astronomia definiri ita, ut ἐπιστήμη ἄστρων τε φορῶν καὶ ἐνιαυτῶν ὡρῶν vocetur. Hanc definitionem veram esse Eryximachus negat, astronomiam ἐπιστήμην ἐρωτικῶν περὶ ἄστρων τε φορὰς καὶ ἐνιαυτῶν ὥρας esse contendens.

ἔτι τοίνυν καὶ θυσίαι πᾶσαι. Haec est meliorum codd. lectio, quorum in numero primus est Clarkianus. Probatur ea lectio Bekkero, Astio, Stallbaumio. Alii habent καὶ αἱ θυσίαι ἅπασαι; minus apte, ut videtur. Non enim ita de sacrificiis loquitur Eryximachus, ut singula quaeque sacrificia significet intelligenda esse, sed in universum sacrificiorum mentionem facit. Convertenda verba sunt: Ferner auch alle Arten von Opfern und das, worüber die Mantik gesetzt ist. Memorabilis hic locus est, quo veterum de religione iudicium continetur. Dupliciter cum diis agi Graeci censuerunt, eorumque numina aut sacrificiis adhibitis placare studuerunt propter vitae anteactae scelus, aut μαντικῇ usi sunt, cuius auxilio de deorum voluntate certiores fierent, futuramque viam ad eandem dirigerent. Vide Wachsmuthium, qui nostrum locum laudavit in libro: Hellenische Al-

κοινωνία — οὐ περὶ ἄλλο τί ἐστιν ἢ περὶ Ἔρωτος φυλακήν τε καὶ ἴασιν. πᾶσα γὰρ ἡ ἀσέβεια φιλεῖ γίγνεσθαι, ἐὰν μή τις τῷ κοσμίῳ Ἔρωτι χαρίζηται μηδὲ τιμᾷ

terthumskunde P. II. T. II. p. 222. In sequentibus *ταῦτα* non solum ad verba pertinet *οἷς μαντικὴ ἐπιστατεῖ*, sed etiam ad *θυσίαι πᾶσαι*. Recte igitur Schleiermacherus in conversione: denn dies insgesammt ist die Gemeinschaft der Götter und Menschen unter einander. Ceterum ut melius intelligas, verba *ταῦτα δ' ἐστὶν ἡ περὶ θεούς τε καὶ ἀνθρώπους πρὸς ἀλλήλους κοινωνία* immerito a Schützio in suspicionem vocari: Eryximachi mens haec est: Ferner sind nun auch alle Opferungen und das, worüber die Mantik gesetzt ist — dies zusammen aber ist nach der gewöhnlichen Meinung für den wechselseitigen Verkehr zwischen Göttern und Menschen — eigentlich nichts anderes, als die Bewahrung und Heilung des Eros.

ἢ περὶ Ἔρωτος φυλακήν τε καὶ ἴασιν. Ἔρως hoc loco generaliter positum significat et malos et bonos affectus. Pluralem numerum paullo infra habes p. 188. C. fin. *ἃ δὴ προστέτακται τῇ μαντικῇ ἐπισκοπεῖν τοὺς Ἔρωτας καὶ ἰατρεύειν.* Adde p. 188. D. ubi *ὁ πᾶς Ἔρως* legitur.

πᾶσα γὰρ ἡ ἀσέβεια. Nihil in his verbis comparet lectionis varietatis. Mallem tamen abesset articulus, ut de impietate in universum, non de impietate in certis quibusdam actionibus Eryximachus loqueretur. cfr. p. 188. D. *μᾶλλον δὲ πᾶσαν δύναμιν ἔχει κ. τ. λ.* Paullo infra *πᾶσαν ἡμῖν εὐδαιμονίαν.* Restat, ut de *φιλεῖν* verbi potestate dicamus, quam vulgo non satis accurate interpretantur docti homines. Annotant enim, Graecorum *φιλεῖν* atque Latinorum amare haud raro rebus actionibusque ita apponi, ut quibus esse fierive solere res actionesque indicentur. Merito autem quaeritur, quid differat hic *φιλεῖν* verbi significatus ab aoristorum temporum usu, de quo p. 142. diximus, et quibus itidem solere aliquid fieri significatur. cfr. Engelhardtus ad Plat. Menex. p. 240. ed., Stallbaumius ad Plat. de rep. VIII. p. 550. B., ed. p. 183. Matth. Gramm. plen. §. 502. 3., p. 954. Aoristum poni adhaerente notione solere verbi, ubi de actionibus sermo sit, quae iam saepius factae sint, satis notum. *Φιλεῖν* contra adhiberi solet de rebus, quae non tam factae sunt iam saepius, sed quibus vim quandam inesse indicatur, qua necessario fiant. Et quoniam quae necessario fiunt, saepius iam facta esse possunt, multis in locis perinde est, utrum aoristicam tempus, an *φιλεῖν* cum praesentis temporis infinitivo coniunctum posueris. Sic nostro loco, quoniam pestis Atticam terram saepius invasit, Eryximachus etiam dicere poterat: *οἵ τε γὰρ λοιμοὶ ἐγένοντο ἐκ τῶν τοιούτων κ. τ. λ.* Adhibito *φιλεῖν* verbo haec eius voluntas est: Nam pestis ea natura est, ut quae facillime ex his

τε αὐτὸν καὶ πρεσβύτ̣ην ἐν παντὶ ἔργῳ, ἀλλὰ τὸν ἕτερον, καὶ περὶ γονέας καὶ ζῶντας καὶ τετελευτηκότας καὶ περὶ θεούς. ἃ δὴ προστέτακται τῇ μαντικῇ ἐπισκοπεῖν τοὺς

exoriri possit et quae seqq. Conferri potest cum hoc *φιλεῖν* verbi usus *ἐθέλειν* et *βούλεσθαι* verborum in rebus inanimatis; sic v. c. legitur in Plat. Phaed. p. 74. D. *οὐκοῦν ὁμολογοῦμεν, ὅταν τίς τι ἰδὼν ἐννοήσῃ, ὅτι βούλεται μὲν τοῦτο, ὃ νῦν ἐγὼ ὁρῶ, εἶναι οἷον ἄλλο τι τῶν ὄντων, ἐνδεῖ δὲ καὶ οὐ δύναται τοιοῦτον εἶναι κ.τ.λ.*, quo loco non dubium est, quin eadem rerum natura, quam cum instinctu animalium comparari licet, tangatur, ad quam etiam *φιλεῖν* verbum referendum est.

ἐὰν μή τις seqq. Notabis hic usum Graecorum in collocanda negatione a nostro discedentem. Nos enim, cum non ipsam sententiam negamus, sed partem aliquam sententiae, curam agimus diligentissime, ne negationis particulam collocemus ita, ut cum verbo possit coniungi, recte facientes, ut opinor. Sic nostro loco non *τὸ χαρίζεσθαι* negatur, sed asseritur aliquis *χαρίζεσθαι* quidem, at non *τῷ κοσμίῳ* sed *τῷ ἑτέρῳ Ἔρωτι*. Id nos sic exprimimus: Wenn Iemand nicht dem gesitteten Eros folgt, sondern dem andern. Contra Graeci ita amant negandi particulam cum coniunctionibus *εἰ, ἐάν, ὅπως* aliis, arte coniungere, ut perspicuitatis illa lege neglecta breves certe voculas, ante illam ponendas, post eam reiiciant. Quod in pronomine indef. *τίς* maxime fit. cfr. Crat. p. 433. C. *εἰ μή τι καλῶς ἐτέθη* dictum pro *εἴ τι μὴ καλῶς ἐτέθη*. Xenoph. Hell. VI. 4. 2. *εἰ μή τις ἐᾷ αὐτονόμους τὰς πόλεις εἶναι*. Non negatur ibi *τὸ ἐᾶν τινά*, sed affirmatur *τὸ μὴ ἐᾶν*. Pariter ante *καί* Thucyd. VI. 60. collocat: *ἔπεισεν αὐτὸν ὡς χρὴ εἰ μὴ καὶ δέδρακεν κ.τ.λ.* pro *εἰ καὶ μὴ δέδρακεν*. Quin etiam ante ipsam coniunctionem ib. VI. 18. *τὸν γὰρ προὔχοντα οὐ μόνον ἐπιόντα τις ἀμύνεται, ἀλλὰ καὶ μὴ ὅπως ἔπεισι προκαταλαμβάνει*. Rückert.

ἀλλὰ τὸν ἕτερον. Vulgo *ἀλλὰ περὶ τὸν ἕτερον*, quod ferri potest nullo modo. Illud in Vindob. 2. et apud Stobaeum reperitur Ecl. phys. p. 24. Memorabile exemplum, quo probatur, interdum falsum esse, quod codd. fere omnium consensu exhibetur.

ἃ δὴ προστέτακται. Schulthessius: Desshalb ist es eben das Amt der Wahrsagekunst. Astius habet: qua in causa. Schleiermacherus: worin eben der Wahrsagekunst obliegt. Cave scribendum censeas, quod olim mihi in mentem venit: *ἃ δὴ προστέτακται τῇ μαντικῇ ἐπισκοπεῖν καὶ τοὺς Ἔρωτας ἰατρεύειν*. *ἃ* enim est: in welcher Beziehung s. und in dieser Beziehung liegt es der Mantik ob, die Neigungen zu betrachten und Heilung anzuwenden.

καὶ ἔστιν αὖ ἡ μαντική. Spectat *αὖ* ad p. 188. C. *ταῦτα δ' ἐστὶν ἡ περὶ θεούς τε καὶ ἀνθρώπους πρὸς ἀλλήλους κοινωνία*. Definitur autem *ἡ μαντικὴ* nunc ita, ut dicatur conci-

Ἔρωτας καὶ ἰατρεύειν, καὶ ἔστιν αὖ ἡ μαντικὴ φιλίας
D θεῶν καὶ ἀνθρώπων δημιουργὸς τῷ ἐπίστασθαι τὰ κατὰ
ἀνθρώπους ἐρωτικὰ, ὅσα τείνει πρὸς θέμιν καὶ ἀσέ-
βειαν. οὕτω πολλὴν καὶ μεγάλην, μᾶλλον δὲ πᾶσαν
δύναμιν ἔχει ξυλλήβδην μὲν ὁ πᾶς Ἔρως, ὁ δὲ περὶ
τὰ ἀγαθὰ μετὰ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης ἀποτε-
λούμενος καὶ παρ' ἡμῖν καὶ παρὰ θεοῖς, οὗτος τὴν
μεγίστην δύναμιν ἔχει καὶ πᾶσαν ἡμῖν εὐδαιμονίαν
παρασκευάζει, καὶ ἀλλήλοις δυναμένους ὁμιλεῖν καὶ
φίλους εἶναι καὶ τοῖς κρείττοσιν ἡμῶν θεοῖς. — Ἴσως
E μὲν οὖν καὶ ἐγὼ τὸν Ἔρωτα ἐπαινῶν πολλὰ παρα-
λείπω, οὐ μέντοι ἑκών γε· ἀλλ' εἴ τι ἐξέλιπον, σὸν ἔρ-

liatrix esse amicitiae inter deos et homines eo, quod sciat, quid ad procreandam et pietatem et impietatem habeant in homines Erotes potestatis. Auctor definitionum p. 414, B. habet: *μαντική. ἐπιστήμη θεωρητικὴ τοῦ ὄντος καὶ μέλλοντος ζώῳ θνητῷ.* Verior haec definitio illa, quam Eryximachus profert, quae ad duplicis Erotis naturam hominibus inhabitantem comparata est.

οὕτω πολλὴν καὶ μεγάλην seqq. Convertit Schleiermacherus: So vielfache und grosse oder vielmehr alle Kraft besitzt Eros überhaupt... Errat iisdem paene verbis usus Schulthessius. *Οὕτω* seiungendum est a verbis insequentibus et ad totam enuntiationem referendum: Hac ratione multam habet magnamque potestatem Eros, vide ad p. 58. Sequentia verba *ξυλλήβδην μὲν ὁ πᾶς Ἔρως* clare docent, Eryximachum, quoad eius fieri posset, se accommodare Phaedri proposito voluisse: *ἐγκωμιάζειν Ἔρωτα.* Idem Pausaniam fecisse annotavimus ad p. 180, E. *ἐπαινεῖν μὲν οὖν δεῖ πάντας θεούς.*

καὶ ἀλλήλοις δυναμένους ὁμιλεῖν. vid. ad p. 41., ubi *δυναμένους* pro *δύνασθαι ἡμᾶς* dictum esse censuimus. Igitur participii accusativum accommodatum censeas ad *ἡμᾶς* pronomen, quod ad *ὁμιλεῖν* supplendum est. Non assentimur autem Rückerto, qui *καί* ante *τοῖς κρείττοσιν ἡμῶν θεοῖς* expungendum putat. Cohaerent inter se *καὶ ἀλλήλοις — καὶ τοῖς κρείττοσιν ἡμῶν θεοῖς*, atque ea cohaerentia horum verborum ut, emineret magis, *δυναμένους* a Platone scriptum est, non *δυναμένοις.*

καὶ ἐγώ. Ut Pausanias, ita fortasse etiam ego multa intacta relinquo. — Tempore praesente Eryximachus utitur, ut ad auditorum sententias oratio comparata sit magis, qui forte censeant, *ὅτι πολλὰ παραλείπει Ἐρυξίμαχος.* De insequentium verborum explicatione *ἐπειδὴ καὶ τῆς λυγγὸς πέπαυσαι* audias Fi-

γον, ὦ Ἀριστόφανες, ἀναπληρῶσαι· ἢ εἴ πως ἄλλως ἐν νῷ ἔχεις ἐγκωμιάζειν τὸν θεὸν, ἐγκωμίαζε, ἐπειδὴ καὶ τῆς λυγγὸς πέπαυσαι.

Ἐκδεξάμενον οὖν ἔφη εἰπεῖν τὸν Ἀριστοφάνη ὅτι 180
Καὶ μάλ' ἐπαύσατο, οὐ μέντοι πρίν γε τὸν πταρμὸν προσενεχθῆναι αὐτῇ, ὥστε με θαυμάζειν, εἰ τὸ κόσμιον τοῦ σώματος ἐπιθυμεῖ τοιούτων ψόφων καὶ γαργαλισμῶν, οἷον καὶ ὁ πταρμός ἐστι. πάνυ γὰρ εὐθὺς ἐπαύσατο, ἐπειδὴ αὐτῷ τὸν πταρμὸν προσήνεγκα. Καὶ τὸν Ἐρυξίμαχον, Ὦ γαθὲ, φάναι, Ἀριστόφανες, ὅρα τί ποιεῖς; γελωτοποιεῖς μέλλων λέγειν, καὶ φύλακά με τοῦ λόγου ἀναγκάζεις γίγνεσθαι τοῦ σεαυτοῦ,

scherum: *Particula καί a Stephano eiici non debebat. Nam Eryximachus ostendit, partes diserendi iam Aristophani suscipiendas esse non modo propter ordinis rationem, sed etiam propterea, quod singultibus non impediretur, quibus sedatis promisisset se verba esse de Amore facturum.* Prorsus eodem modo dicitur paullo infrà οἷον καὶ ὁ πταρμός ἐστιν, ubi καί addito indicatur manifesto, non solum sternutationem hic tangi, sed cetera etiam, quae Eryximachus praescripsit, remedia singultus.

οὐ μέντοι πρίν γε — προσενεχθῆναι αὐτῇ. Dixerat Eryximachus p. 185. E. εἰ δ' ἄρα πάνυ ἰσχυρά ἐστιν, ἀναλαβών τι τοιοῦτον, οἷῳ κινήσαις ἂν τὴν ῥῖνα, πτάρε. Vides igitur, cur articulum Aristophanes adhibuerit τὸν πταρμόν. h. e. sternutationem eam, quam praecepisti.

ὥστε με θαυμάζειν. Haec est lectio codd. omnium. Bekkerus, Astius, alii, in textum receperunt ὥστ' ἐμὲ θαυμάζειν ea opinor de causa, quod praecipi solet, particulas non pati iuxta se positam encliticam formam pronominum. Huius regulae rationem quoniam neque nos perspicimus, neque ab aliis satis explicatam reperimus, codicum auctoritati, quam mutandi libidini obedire maluimus. Sententiam quod attinet, Stallbaumius ad h. l. ridet, inquit, quae Eryximachus disputavit supra p. 187. D. et E. Audi Rückerti annotat. ad h. l.: *habet etiam Eryximachus, quod respondeat, non τὸ κόσμιον illud appetere, verum τὸ ἄκοσμον hac ratione expellendum esse. Id non facit respondentem Eryximachum, ne urbanitatem violaret; lectori reliquit inveniendum, erantque inventuri, qui mores hominis nossent, facillime, nec potest latere attentum lectorem, qui totum hoc episodium de Aristophanis singultu quorsum spectet, secum reputaverit.* Vide Comment. de Sympos. Platonis.

ἐπειδὴ αὐτῷ. In aliquot

ἐάν τι γελοῖον εἴπῃς, ἐξόν σοι ἐν εἰρήνῃ λέγειν. Καὶ τὸν Ἀριστοφάνη γελάσαντα εἰπεῖν, Εὖ λέγεις, ὦ Ἐρυξίμαχε, καί μοι ἔστω ἄῤῥητα τὰ εἰρημένα. ἀλλὰ μή με φύλαττε· ὡς ἐγὼ φοβοῦμαι περὶ τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι, οὔ τι, μὴ γελοῖα εἴπω, τοῦτο μὲν γὰρ ἂν κέρδος εἴη καὶ τῆς ἡμετέρας Μούσης ἐπιχώριον, ἀλλὰ μὴ καταγέλαστα. Βαλών γε, φάναι, ὦ Ἀριστόφα-

codd. *αὐτῇ* reperitur, quae lectio eorum sedulitati debetur, qui pronomen ad *τὴν λύγγα* referendum censuerunt. Rückertus ad h. l.: Non habet, inquit, neutram hoc, ad quod referatur. — Nolim *αὐτῷ* neutrum putare. Quamquam enim Eryximachus *τῆς λυγγός* nomine usus est, tamen hoc loco quasi *τὸν λυγμόν* dixisset, posuit *αὐτῷ*.

ἐάν τι γέλοιον εἴπῃς. Sensus est: Vide, quid agas. Rides sententiam meam, qui ipse nunc dicturus es, neque custodem esse iubes orationis tuae, si quid ridiculum forte proferas, cum tamen liceret tibi securo tutoque orationem habere.

ἐξόν σοι ἐν εἰρήνῃ λέγειν. Grammatici in *ἐξόν, δέον*, aliis participiis nominativum absolutum agnoscunt. Haec participia, quoquo modo explicaveris, nam certa explicandi ratio non reperietur in dicendi formis, quae quotidiano usu loquendi quasi sanctae cum linguae legibus minus conveniunt, recte cum nostratium formulis comparantur: vorausgesetzt, dass; angenommen, dass.

οὔ τι, μὴ γελοῖα εἴπω. Stallbaumius ad h. l. rectissime: *Hoc οὔ τι, inquit, connectas cum φοβοῦμαι. Nam sententia haec est:* Noli me custodire: nam ego vereor de iis, quae nunc dicturus sum, non quidem, ne ridicula proferam — hoc enim lucrum foret et comicae Musae nostrae consentaneum, sed ne deridenda. Revocandum est *οὔ τι — ἀλλά* ad notissimam formulam loquendi *οὐ λέγω ὅτι — ἀλλά*, de qua vide annot. p. 66. Verba convertenda sunt: Gieb auf mich nur nicht so genau Acht, denn ich fürchte mich, über die gestellte Aufgabe sprechen zu müssen, nicht etwa, dass ich durch meine Worte Lachen erregte, sondern dass ich Thörigtes vorbringen könnte.

γελοῖα — καταγέλαστα. „Dicitur *γελοῖα* ex mente Aristophanis, qui narrat de aliis, quae risum moveant, vel omnino res alienas in partem profert ridiculam. Qua in re quum nonnihil sit artificii positum, totaque comici professio in eo vertatur, ut moveat risum audientibus, non timet hoc, immo in lucro ponit, si contigerit. At *καταγέλαστα* qui dicit, sui ingenii fatuitatem prodit, sunt enim deridenda. Est igitur verum discrimen, quod hic a poëta ponitur, in ipsaque fundatum oty-

νες, οἶει ἐκφεύξεσθαι; ἀλλὰ πρόσεχε τὸν νοῦν καὶ οὕτως λέγε ὡς δώσων λόγον. ἴσως μέντοι, ἂν δόξῃ C μοι, ἀφήσω σε.

Cap. XIV.

Καὶ μήν, ὦ Ἐρυξίμαχε, εἰπεῖν τὸν Ἀριστοφάνη, ἄλλῃ γέ πῃ ἐν νῷ ἔχω λέγειν ἢ ἧ σύ τε καὶ Παυσα-

mologia, at vulgari in usu non observatum, cui καταγέλαστα quidem semper sunt deridenda. cfr. infra p. 198. C. ἐνενόησα τότε ἄρα καταγέλαστος ὤν. Apol. p. 28. D. ἵνα μὴ ἐνθάδε μένων καταγέλαστος παρὰ νηυσὶ κορωνίσι. Ibid. p. 35. B. καταγέλαστον τὴν πόλιν ποιοῦντες; γελοῖον vero est quodcunque risum movet, sive consilio eius, qui facit dicitve, sive imprudentia. cfr. infra p. 199. D. γελοῖον ἐρώτημα i. e. καταγέλαστον p. 213. C. ubi Aristophanes γελοῖος dicitur h. e. dedita opera risum excitans.» — Haec Rückerti verba sunt optime de discrimine γελοῖος et καταγέλαστος verborum disserentis. Minus bene V. D. addit: Itaque, et quum minime sit huius loci vocum discrimina explicare, neminem esse puto, quin Prodici in his agnoscat disciplinam, modo sit memor eorum, quae de hoc homine discimus e Protag. p. 337. A., p. 341. A., Crat. p. 384. B., Euthyd. p. 277. E., Lach. p. 197. D. — Vide Comment. de Plat. Symposio.

βαλών γε — οἶει ἐκφεύξεσθαι; Suidas Tom. I. p. 414. ed. Küst. βαλὼν φεύξεσθαι οἶει; πρὸς τοὺς κακόν τι δράσαντας καὶ οἰομένους ἐκφεύγειν. Hoc proverbium e re militari petitum est, ubi aliquis misso in hostes telo tela hostilia vitaturus recedit. Rückertus proverbium hoc modo reddendum censet: Ja, nachdem du abgeschlossen, denkst du davon zu kommen.

ἂν δόξῃ μοι. Si videbitur h. e. si rationem reddideris, quae satis mihi et sufficiens esse videbitur.

καὶ μήν — εἰπεῖν τὸν Ἀριστοφάνη. Aristophanem intelligi comicum poetam, comoediarum lepidissimarum auctorem, extra dubitationem positum est. Eius oratione recreabuntur, qui Pausaniae Eryximachique orationes legerint. Nam et a dictionis elegantia pulcherrima est, et ad rem si respicis, tanta referta venustate, ut dubitari nequeat, quin multum studii in ea conscribenda Plato consumserit. Orditur autem Aristophanes a praedicanda Erotis laude, cuius naturam non cognoscere possit, nisi qui prius in humanam naturam inquisiverit atque in παθήματα eius. Aliam, atque nunc sit, olim fuisse narrat, quatenus quidem non duplex fuerit, sed triplex antiquissimis temporibus genus humanum. Ἀνδρόγυνον enim, cuius non nisi nomen reliquum sit idque in ignominia

νίας εἰπέτην. ἐμοὶ γὰρ δοκοῦσιν ἅνθρωποι παντάπασι τὴν τοῦ Ἔρωτος δύναμιν οὐκ ἠσθῆσθαι, ἐπεὶ αἰσθανό-

positum, tertium genus exstitisse viribus pollens, felicissima integritate gaudens atque tanto animorum superbia praeditum, ut ipsos deos aggrederetur. Iovem autem ceterosque deos diu haesisse inopes consilii, neque, quomodo eius superbiam infringerent, habuisse. Tandem Iovi in mentem venisse Androgyni dissectionem, qua effecta Androgynum periisse, neque remansisse nisi segmenta hominum, quae amissae integritatis desiderio vehementissimo agerentur. Huic desiderio amorem nomen, eiusque tantam vim esse, ut, ubi partem suam pars repererit, ab eodem nunquam discedat. Igitur summorum bonorum hominibus auctorem Erotem esse, utpote qui ad pristinae integritatis felicitatem homines perducat.

καὶ μήν, ὦ Ἐρυξίμαχε. Male ad h. l. Rückertus: *Videntur*, inquit, *ad Eryximachi verba respicere καὶ μήν particulae, ut oppositionem contineant. Quum enim spem faciat Eryximachus, fore, ut dimittat Aristophanem, hic tale quid videtur dicere*: Capio equidem me dimitti, sed tamen vereor ut fiat, sum enim aliam viam a vestra diversam ingressurus. cfr. Menex. p. 234. cap. 2. init. *καὶ μήν, ὦ Μενέξενε, πολλαχῇ κινδυνεύει κ. τ. λ.*, quem locum laudo, ut lectores tutius de Rückerti explicatione *καὶ μήν* vocularum iudicent. Ut nostro loco, ita in Menexeno *καὶ μήν* nihil nisi grave affirmationem exprimit. — Astius habet: ac nimirum, quod nullo modo probari potest. Unice rectam particularum interpretationem Schleiermacherus exhibet in conversione: Allerdings. *Καί* expletivum est; vide annot. p. 6. et p. 38.

εἰπέτην. Bekkerus, quem secutus est Astius, *εἶπετον* edidit. Stallbaumius cum audaciam eorum non probaret, qui secundam personam dualem nunquam a tertia diversam fuisse docerent (Elmsl. ad Arist. Acharn. v. 773, ad Eurip. Med. v. 1041., Monk. ad Eur. Alcest. v. 282.), hoc certum esse annotat: apud scriptores veteris dialecti Atticae secundam personam saepenumero in — *την* terminari. Schaeferus, quem laudat Stallbaumius ad Schol. Apoll. Rh. p. 146. annotat: prisca graecitas dualem certe activi in his temporibus videtur bifariam flexisse *ετον, ετον* et *έτην, έτην*, sed posteriorum usus temporum, grammatica subtilius an argutius exculta, terminationem in *ον* assignasse secundae personae, in *ην* tertiae. Secundae personae in *την* terminatio saepius reperitur apud Platonem, exempla collegit Stallbaumius ad h. l. cfr. praeterea Buttm. Gramm. plen. Vol. II, p. 417. Matth. Gramm. T. I. §. 195. n. 1. p. 347.

παντάπασι — οὐκ ἠσθῆσθαι. Negat Aristophanes, Erotis vim hominibus satis notam esse, atque aperte indicat, prorsus aliter, atque Phaedrus, Pau-

μενοί γε μέγιστ' ἂν αὐτοῦ ἱερὰ κατασκευάσαι καὶ βωμοὺς, καὶ θυσίας ἂν ποιεῖν μεγίστας, οὐχ ὥσπερ νῦν

sanias, Eryximachus dixerint, de deo sese dicturum esse. Idem paullo supra disertis verbis expressum est: *ἄλλῃ γέ πῃ*, in quibus verbis non urbanitate, ut Rückerto videtur, sed ironia Attica factum est, ut *ἄλλῃ* verbi austeritas addita *πῃ* voce mitigaretur: ein wenig anders. Hac ironia Socrates haud raro usus est, ut summam rem tanquam minutam exilemque proferret. Exemplo est Plat. Prot. p. 328. E. *νῦν δὲ πέπεισμαι, πλὴν σμικρόν τί μοι ἐμποδών, ὃ δῆλον, ὅτι Πρωταγόρας ῥᾳδίως ἐπεκδιδάξει, ἐπειδὴ καὶ τἀ πολλὰ ταῦτα ἐξεδίδαξεν.*

ἐμοὶ γὰρ δοκοῦσιν ἄνθρωποι. Haec est codd. lectio plurimorum. Wolfius e tribus *οἱ ἄνθρωποι* in textum recepit. De genere in universum hic *ἄνθρωποι* dictum putari sententiae ratio non patitur, neque vero cum contemtu homines commemorantur h. l. Nihil igitur esse vides, quo possis articuli defectum explicare. Fortasse scribendum est *ἅνθρωποι* eodem modo, ut *ἅνθρωποι* nunc haud raro apud Platonem reperitur. cfr. Symp. p. 206. A. *ὡς οὐδέν γε ἄλλο ἐστὶν, οὗ ἐρῶσιν ἅνθρωποι*, ad quae verba Stallbaumius annotat: Non opus articulo, cuius omissio admodum usitata est in eiusmodi vocabulis, qualia sunt *ἀνήρ, ἀδελφός, γυνή, γῆ*, aliis, quum de genere posita sunt. Viginti codd. articulum addunt. Fortasse et h. l., quoniam de genere humano verba non putamus accipi posse, *ἅνθρωποι* scribendum est. De formae huius veritate vide Apollonium in Bekkeri Anecd. gr. II. p. 495. 24. *ἄμεινον οὖν παραδέξασθαι Δωρικὴν μετάθεσιν τοῦ ε εἰς τὸ α, καὶ ὡς ὁ ἀνὴρ ἀνὴρ, ὁ ἄνθρωπος ἄνθρωπος, οὕτως τὸ ἕτερον θατέρου ἐστίν.*

ἐπεὶ αἰσθανόμενοί γε. Aptissimus hic locus, ad quem de *ἐπεί* vocis natura et potestate, quid videatur, dicamus. Satis notum est, atque exemplis ubivis obviis probatur, *ἐπεί* non solum consequentiae, verum etiam caussae notionem habere. Eius notionis origo est *ἔπειτα* vox, quae loquendi usu, ut fit, in breviorem formam mutata ita adhiberi solet, ut temporis notio cum consequentiae caussaeve notione commutetur. In vernaculo sermone eodem modo e temporalibus dann et wann factum est caussale denn, et conditionale wenn. Sic cap. XIII. initio *ἐπεὶ καὶ ἡ τῶν ὡρῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ σύστασις μετρή ἐστιν ἀμφοτέρων τούτων κ. τ. λ.*, quo loco eadem *ἐπεί* vocis potestas est, atque *ἔπειτα*. Eryximachus nimirum cum dixisset, in arte musica et in medica duplicem Erotem reperiri, ita pergit: Hernach iat auch die Verknüpfung der Iahreszeiten voll von diesen beiden. Non repugnabimus autem si quis verterit: Denn auch die Verknüpfung cet., quoniam in omnibus artibus et rebus duplicem Erotem reperiri dictum erat, quibus verbis praecedentibus efficitur, ut quod postea sequi dicatur, idem illius

τούτων οὐδὲν γίγνεται περὶ αὐτὸν, δέον πάντων μάλιστα
D γίγνεσθαι. ἔστι γὰρ θεῶν φιλανθρωπότατος, ἐπίκουρός τε ὢν τῶν ἀνθρώπων καὶ ἰατρὸς τούτων, ὧν ἰαθέντων μεγίστη ἂν εὐδαιμονία τῷ ἀνθρωπείῳ γένει εἴη. ἐγὼ οὖν πειράσομαι ὑμῖν εἰσηγήσασθαι τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ὑμεῖς δὲ τῶν ἄλλων διδάσκαλοι ἔσεσθε. δεῖ δὲ πρῶτον ὑμᾶς μαθεῖν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν καὶ τὰ παθήματα αὐτῆς.

dicti veritatem, ut caussam veritatis, comprobet. cfr. Apol. Socr. p. 26. D. μὰ Δί', ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἐπεὶ τὸν μὲν ἥλιον λίθον φησὶν εἶναι, τὴν δὲ σελήνην γῆν. In Alcib. II. p. 143. C. ἐπειδὴ οὕτω σοι δοκεῖ σφόδρα δεινὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα, ὥστε κ. τ. λ., ἐπεί pro ἐπειδή scribendum est; scribae enim ἐπεί vocis significatum non percipientes δή addidisse videntur. Buttm. ad h. l. ἐπειδὴ δέ scribendum censuit. Dubito, num recte. Adde Prot. 334. B. εἰ δ' ἐθέλοις ἐπὶ τοὺς πτόρθους καὶ τοὺς νέους κλῶνας ἐπιβάλλειν (sc. τὴν κόπρον) πάντα ἀπόλλυσιν· ἐπεὶ καὶ τὸ ἔλαιον τοῖς μὲν φυτοῖς ἅπασίν ἐστι πάγκακον κ. τ. λ. Adde p. 181. C. ὁ δὲ τῆς Οὐρανίας πρῶτον μὲν οὐ μετεχούσης θήλεος, ἀλλ' ἄρρενος μόνον — καὶ ἔστιν οὗτος ὁ τῶν παίδων Ἔρως — ἔπειτα πρεσβυτέρας, ὕβρεως ἀμοίρου, quo loco ἔπειτα consequentiae notionem habere videtur. Dieser aber gehört zur Urania, welche zuvörderst nicht Theil hat am Weiblichen, sondern bloss am Männlichen — welche folglich die Aeltere und ohne Uebermuth ist. Antiquissimis enim temporibus illis masculum genus exstitit tantummodo, non item femininum. Adde p. 180. A. ὃς ἦν κάλλιον οὐ μόνον Πατρόκλου ἀλλ' ἄρα καὶ τῶν ἡρώων ἁπάντων, καὶ ἔτι ἀγένειος, ἔπειτα νεώτερος πολὺ, ὡς φησὶν Ὅμηρος. Ad nostrum locum ut revertamur, ἐπεί temporalem potestatem habet, quo simul effectum est, ut sequentes infinitivi e praecedente finito verbo δοκοῦσιν exaptarentur. Sensus est: Denn mir scheint, dass die Menschen durchaus des Eros Bedeutung nicht verstanden haben, hernach, dass sie, wenn sie dieselbe verstanden hätten — die grössten Heiligthümer erbaut haben würden... Simillimus nostro loco est Xenophontis, quem Stallbaumius laudat, Hell. VII. 1. 38. πρὸς δὲ τούτοις καὶ τὸ τῶν χρημάτων πλῆθος ἀλαζονείαν αὐτῷ δοκεῖν εἶναι ἔφη, ἐπεὶ καὶ τὴν ὑμνουμένην ἂν χρυσῆν πλάτανον οὐχ ἱκανὴν εἶναι τέττιγι σκιὰν παρέχειν.

μέγιστ' ἂν αὐτοῦ ἱερά. Wolfius ad h. l. annotat: Schon aus diesen Worten hätten manche Sammler von Mythologien lernen können, dass Amor keine Gottheit war, die der Volksglaube zu einem Gegenstand der eingeführten Religion gemacht, son-

Ἡ γὰρ πάλαι ἡμῶν φύσις οὐχ αὕτη ἦν ἥπερ νῦν, ἀλλ' ἄλλοία. πρῶτον μὲν γὰρ τρία ἦν τὰ γένη τὰ τῶν ἀνθρώπων, οὐχ ὥσπερ νῦν δύο, ἄρρεν καὶ θῆλυ, ἀλλὰ καὶ τρίτον προσῆν κοινὸν ὃν ἀμφοτέρων τούτων, E *οὗ νῦν ὄνομα λοιπόν, αὐτὸ δὲ ἠφάνισται. ἀνδρόγυνον γὰρ ἓν τότε μὲν ἦν καὶ εἶδος [καὶ ὄνομα], ἐξ ἀμφοτέρων κοινόν, τοῦ τε ἄρρενος καὶ θήλεος, νῦν δ' οὐκ ἔστιν ἀλλ' ἢ ἐν ὀνείδει ὄνομα κείμενον. ἔπειτα*

dern mehr ein Abstractum, das den Dichtern seinen Platz im Olymp zu danken hatte. Ceterum *κατασκευάσαι* aoristicum tempus positum est sequente *ποιεῖν* imperfecti infinitivo, ut actio praeteriens, qualis est templorum aedificatio, a sacrorum ferendorum consuetudine discerneretur. Vide Engelhardtum ad Menex. pag. 234. c. 2. *καὶ γὰρ ταφῆς καλῆς τε καὶ μεγαλοπρεποῦς τυγχάνει, καὶ ἐὰν πένης τις ὢν τελευτήσῃ, καὶ ἐπαίνου αὖ ἔτυχε, καὶ ἐὰν φαῦλος ᾖ κ. τ. λ.*

οὐχ ὥσπερ. vid. ad p. 179. E. annotat. Oratio plenior foret *ἀλλ' οὐκ ἂν ἐποίουν, ὥσπερ νῦν, ὅ τι τούτων οὐδὲν γίγνεται. Νῦν* autem vocula non solum de praesente tempore intelligenda est, sed etiam de veritate rei. De verbis insequentibus *δέον πάντων μάλιστα γίγνεσθαι*, vid. ad p. 131. *ἐξόν σοι ἐν εἰρήνῃ λέγειν.*

ἐπίκουρός τε ὤν. Addito *εἶναι* verbi participio epitheti veritas indicatur, ut convertenda verba sint: denn er ist unter den Göttern des menschenfreundlichste und der wahrhaftige Helfer der Menschen und Arzt der Uebel, deren Heilung dem Menschengeschlechte zur grössten Glückseligkeit gereichen müsste.

ὑμεῖς δὲ τῶν ἄλλων διδάσκαλοι ἔσεσθε. Haec verba vario modo explicari possunt. Fortasse Aristophanes vultu ad serenitatem composito, tanquam summae veritatis rem probaturus satis festive, ut comicum decet, doctoris formam imitatus Vobis, inquit, ego, vos ceteris praeceptores eritis.

οὐχ αὕτη ἦν, ἥπερ νῦν. Bekkerus, quem secuti sunt Astius et Reyndersius ex Eusebii Praepar. Evang. XII. p. 585. C. *ἡ αὐτή* in textum recepit. Ficinus habet: neque enim, qualis nunc est, olim erat, sed longe diversa. Nihil mutandum est. Verba proprie audiunt generis assimilatione omissa: *ἡ γὰρ πάλαι ἡμῶν φύσις οὐ τοῦτο ἦν, ἥπερ νῦν, ἀλλ' ἀλλοῖόν τι.* Sed minus adamatum hoc dicendi genus fuit Graecis; quamquam enim rectius censeri potest, atque exprimendae sententiae convenientius, tamen minus elegans est atque durius. Hinc factum, ut generis assimilatione adhibita scriberetur *οὐχ αὕτη — ἥπερ —.* Diximus de hoc genere dicendi p. 139.

ὅλον ἦν ἑκάστου τοῦ ἀνθρώπου τὸ εἶδος, στρογγύλον, νῶτον καὶ πλευρὰς κύκλῳ ἔχον. χεῖρας δὲ τέτταρας εἶχε, καὶ σκέλη τὰ ἴσα ταῖς χερσί· καὶ πρόσωπα δύο

ἀνδρόγυνον γὰρ ἓν τότε μὲν ἦν καὶ εἶδος [καὶ ὄνομα.] Ficinus verba convertit: Androgynum quippe tunc erat et specie et nomine, ex maris et feminae sexu commixtum. Eum secutus est in conversione Schulthessius: Denn damumal war das Mannweib wirklich wie im Namen, so in der Gestalt vorhanden. Stallbaumius ad h. l. deest, inquit, ἓν in multis codicibus, itidem apud Stobaeum et Eusebium. Quod vide, ne omittendum sit. Rückertus ἓν verbo servato verba convertit: Androgynum enim tunc unum erat non minus genus quam nomen, ex utroque conflatum, virili et muliebri; nunc non est nisi nomen opprobrii caussa inditum. Displicet haec conversio eo nomine, quod repetitionem inutilem continet praecedentium verborum: ἀλλὰ καὶ τρίτον (sc. γένος) προσῆν κοινὸν ἀμφοτέρων τούτων κ. τ. λ. Porro caussam frustra quaesiveris, qui fiat, ut commemorato in praecedentibus γένος verbo nunc εἶδος idem significet atque γένος. Postremo male se habet: τότε h. e. tum temporis unum fuisse et genus et nomen ἀνδρογύνου, quasi non et Platonis aetate unum nomen ἀνδρόγυνον fuisset. Ἓν voce deleta sententia haec est verborum: Mannweib war damals in Beziehung auf Gestalt und Namen aus beiden, dem Männlichen u. Weiblichen zusammengesetzt. Sed rursum quaeras, num Aristophanis aetate Androgyni nomen ex utriusque generis nomine non compositum fuerit? Si quid video, ineptum scioli additamentum est καὶ ὄνομα, quod praecedentibus verbis οὐ νῦν ὄνομα λοιπόν nullo modo explicari potest. Deleto eo optime huius loci verba se habent. Aristophanis mens haec est: sed et tertium genus insuper erat utriusque generis et masculi et feminini particeps, cuius nunc nomen superstes, ipsum periit. Videlicet androgynum (ut nunc nomen, ita) tum temporis unum erat etiam εἶδος utriusque particeps generis, masculi femineique.

νῦν δ' οὐκ ἔστιν ἀλλ' ἢ ἐν ὀνείδει ὄνομα κείμενον. Ietzt dagegen ist es (das Androgynum) nichts anderes, als ein schimpflicher Name. Scripsi ἀλλ' pro vulgato ἀλλ'. Vide Engelhardtum ad Plat. Apol. ed. p. 207. Similiter scribendum est Gorg. p. 447. A. ἄλλ', ἦ, τὸ λεγόμενον, κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν καὶ ὑστεροῦμεν; Non ubivis autem scribendum ἀλλ' ἢ esse, Phaedonis locus docet p. 81. B. ὥστε μηδὲν ἄλλο δοκεῖν εἶναι ἀληθὲς ἀλλ' ἢ τὸ σωματοειδές κ. τ. λ., ad quem locum Stallbaumius rectissime: Orta est, inquit, haec locutio ex coniunctione duarum loquendi formularum, quarum altera oppositionem altera comparationem indicat. — Hermannus disiungendas esse has particulas docet atque ἢ cum altero ἢ, quod in membro orationis supplendo compareat,

ἐπ' αὐχένι κυκλοτερεῖ, ὅμοια πάντῃ· κεφαλὴν δ' ἐπ' 190
ἀμφοτέροις τοῖς προσώποις ἐναντίοις κειμένοις μίαν,
καὶ ὦτα τέτταρα, καὶ αἰδοῖα δύο, καὶ τἆλλα πάντα ὡς

iungendum. Nimirum expletiorem orationem esse, ut v. c. nostrum locum ad Hermanni praeceptum exornemus: *νῦν δ' οὐκ ἔστιν ἀλλ' — ἢ ἐν ὀνείδει ὄνομα κείμενον ἢ οὐκ οἶδα ἵνα κεῖται.* Sed falsam esse, Ed. Haenischius ait in annot. ad Amat. p. 45., hanc explicandi rationem, hinc maxime apparet, quod, si vera esset, nemo sic diceret, nisi qui aut ipse se rem suam parum compertam habere profiteretur, aut id, quod certo sciret et eloqueretur, ita affirmaret, ut, si non verum id esset, se de suo ipsius indicio desperaturum esse significaret. — Pro *ἀλλ' ἤ* interdum *πλὴν ἤ* reperitur, neque rarum *πλὴν ἀλλ' ἤ*, quibus formulis similes sunt formulae nostratium ausser als, als nur, ausser als nur. — De *κεῖσθαι* verbi potestate dictum est ad p. 100. Ut de legibus civitatis, ita de usu loquendi recepto saepissime apud scriptores reperitur. Ceterum Rückerto non assentimur, *ὄνομα ἐν ὀνείδει κείμενον* eodem modo dictum censenti, atque *λαβεῖν ἐν φέρνῃ Συρίαν*, Syriam dotis loco accipere. Ut Homerico *θεῶν ἐν γούνασι κεῖται* fatum inflexibile significatur, ut *ἐν βορβόρῳ κεῖσθαι* in Phaedon. p. 69. B. de aeternitate vitae miserrimae dicitur, sic *ὄνομα ἐν ὀνείδει κείμενον* usus recepti constantiam exprimit. —

ἀνδρόγυνον. v. Suid. s. v. *ἀνδρόγυνος* et Muson. Fragm. p. 208. ed. Peerlk. Alter habet: *ὁ τὰ ἀνδρὸς ποιῶν καὶ τὰ γυναικῶν πάσχων.* Alter: *οἵ γε ἀνέχονται ἀνδρόγυνοι καὶ γυναικώδεις ὁρᾶσθαι ὄντες, ὅπερ ἔδει φεύγειν ἐξ ἅπαντος, εἰ δὴ τῷ ὄντι ἄνδρες ἦσαν.*

ἔπειτα. Praecedente *πρῶτον μέν*, quod male Ficinus convertit „principio,“ *ἔπειτα δέ* scriptum exspectaveris. Sexcenties autem *ἔπειτα* reperitur omissa *δέ* particula, quoniam *ἔπειτα* tantae gravitatis est, ut ipsum possit, hoc est, non adhibita *δὲ* particula, oppositionis pondus sustinere. Unum e multis exemplum ut laudem, p. 194. E. legitur: *ἐγὼ δὲ δὴ βούλομαι πρῶτον μὲν εἰπεῖν, ἣ χρή με εἰπεῖν, ἔπειτα εἰπεῖν.* In sequentibus Rückerti annotatione factum est, ut post *τὸ εἶδος* comma poneremus. Rückertus autem, Me oppositio, inquit, quae hic adest pristinae integritatis et insecutae postea dissectionis admonuit, ut *ὅλον* praedicatum esse censerem, quam interpretationem haud scio an commendet etiam vocis locus ante *ἦν*, quem vix teneret, si cum *εἶδος* esset connectenda. Dicit igitur hoc: Deinde integra erat hominis figura, rotunda, dorsum et latera circa habens (non, ut nunc, dorsum, latera et pectus.)

κεφαλὴν δ' — μίαν. Quis non Iani meminerit, Latinorum dei antiquissimi, quem uno capite, facie duplici insignem venerabantur? Erat autem Ianus

ἀπὸ τούτων ἄν τις εἰκάσειεν. ἐπορεύετο δὲ ὀρθὸν, ὥσπερ νῦν, ὁποτέρωσε βουληθείη· καὶ ὁπότε ταχὺ ὁρμήσειε θεῖν, ὥσπερ οἱ κυβιστῶντες εἰς ὀρθὸν τὰ σκέλη περιφερόμενοι κυβιστῶσι κύκλῳ, ὀπτὼ τότε οὖσι τοῖς μέλεσιν ἀπερειδόμενοι ταχὺ ἐφέροντο κύκλῳ· ἦν δὲ διὰ ταῦτα

pacis deus, ut verba Aristophanis in Erotem directa et Iano conveniant: ἔστι θεῶν φιλανθρωπότατος, ἐπίκουρός τε ὢν τῶν ἀνθρώπων καὶ ἰατρὸς τούτων, ὧν ἰαθέντων μεγίστη ἂν εὐδαιμονία τῷ ἀνθρωπείῳ γένει εἴη. Adde p. 191. D. ἔστι δὴ — τῆς ἀρχαίας φύσεως συναγωγεύς, καὶ ἐπιχειρῶν ποιῆσαι ἓν ἐκ δυοῖν καὶ ἰάσασθαι τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην. Quid, quod ipsum nomen Iani aliquam habere videtur cum ἰαίνω verbo cohaerentiam? Romani bellorum quam amoris intentiores rixis, concordiae amantium pacem pactisque conditiones videntur substituisse.

ἐπορεύετο δὲ ὀρθὸν, ὥσπερ νῦν. Καί vulgo ante ὀρθόν positum deest in codd. non paucis. Bekkerus vocem in textum recepit, uncis Stallbaumius et Dindorfius incluserunt. Ficini conversio haec est: Incedebat hoc tunc et rectus, ut nunc, in utram vellet partem. Καί vocis tuendae provinciam suscepit Rückertus his verbis usus: *Duplex incessus pristinorum hominum narratur, erectus, quem nunc etiam habent, eo tantum ab hodierno diversus, quod tum, utram in partem vellent, pariter praecedebant, h. e. prorsum et retrorsum, alter rotationi quam meatui similior.* Sequentia igitur verba hoc modo exhibere voluit: καὶ, ὁπότε ταχὺ ὁρμήσειε θεῖν, ὥσπερ οἱ κυβιστῶντες κ. τ. λ., nam in eius editione comma post καί non comparet. Sensus est: Er ging aber aufrecht, wie jetzt, nach welcher Seite hin er wollte, und, wenn der eine oder der andere schneller sich bewegen wollte etc. Vulgo pro ὁρμήσειε legitur ὁρμήσει pro θεῖν verbo ἐλθεῖν. Male.

ὥσπερ οἱ κυβιστῶντες. Derivatur hoc verbum a κύβη, quod idem antiquitus significasse perhibetur, atque κεφαλή. Igitur primaria κυβιστᾶν verbi significatio videtur esse: capite insistere, se praecipitem dare. cfr. Hom. Il. 21. 354.

τείροντ' ἐγχέλυές τε καὶ ἰχθύες, οἳ κατὰ δίνας
οἳ κατὰ καλὰ ῥέεθρα κυβίστων ἔνθα καὶ ἔνθα.

Erat autem apud Graecos saltationis genus, quo qui utebantur, caput deorsum, pedes sursum proiicere solebant, non nisi pedibus solum attacturi. Summa corporis atque inprimis spinae mobilitate opus erat saltantibus, quare Patroclus Kebrione, Hectoris auriga, interfecto, satis acerbe Il. 16. 745. haec profert

ὦ πόποι, ἦ μάλ' ἐλαφρὸς ἀνὴρ, ὡς ῥεῖα κυβιστᾷ

et v. 749. ὡς νῦν ἐν πεδίῳ ἐξ ἵππων ῥεῖα κυβιστᾷ
ἦ ῥα καὶ ἐν Τρώεσσι κυβιστητῆρες ἔασιν.

τρία τὰ γένη καὶ τοιαῦτα, ὅτι τὸ μὲν ἄῤῥεν ἦν τοῦ ἡλίου B
τὴν ἀρχὴν ἔκγονον, τὸ δὲ θῆλυ τῆς γῆς, τὸ δὲ ἀμφοτέρων μετέχον τῆς σελήνης, ὅτι καὶ ἡ σελήνη ἀμφοτέρων μετέχει. περιφερῆ δὲ δὴ ἦν καὶ αὐτὰ καὶ ἡ πορεία αὐτῶν διὰ τὸ τοῖς γονεῦσιν ὅμοια εἶναι. ἦν οὖν τὴν

Tangit fortasse hoc saltandi genus Herodotus 6. 129. — ὁ Ἱπποκλείδης — ἐκέλευσέ οἱ τινα τράπεζαν ἐσενεῖκαι· ἐλθούσης δὲ τῆς τραπέζης πρῶτα μὲν ἐπ' αὐτῆς ὠρχήσατο Λακωνικὰ σχημάτια· μετὰ δὲ ἄλλα Ἀττικά· τὸ τρίτον δὲ τὴν κεφαλὴν ἐρείσας ἐπὶ τὴν τράπεζαν τοῖσι σκέλεσι ἐχειρονόμησε. Schol. ad nostrum locum iusto brevius: κυβιστὴρ ὁ ὀρχηστὴς καὶ κυβιστᾶν τὸ ὀρχεῖσθαι.

εἰς ὀρθὸν τὰ σκέλη κ. Ante εἰς in plerisque codd., quatuor exceptis, καί legitur, quae depravatio textus est manifesta. Omiserunt vocalem editt. omnes. Orta ea lectio est e mala intelligentia praecedentium verborum, quae intellexit, quisquis fuit, qui καί interposuit, hoc modo: ἐπορεύετο δὲ ὀρθὸν ὥσπερ νῦν, καὶ, sc. (ἐπορεύετο) ὁπότε ταχὺ ὁρμήσειε θεῖν, ὥσπερ οἱ κυβιστῶντες· καὶ εἰς ὀρθὸν κ.τ.λ.

ὀκτὼ τότε οὔσι. Vulgo legitur τότε ὀκτὼ κ.τ.λ. Transposuit verba, qui putaret, τότε ad praecedens ὁπότε pertinere. Probari posset vulgatus verborum ordo, si scriptum exstaret: τότε τοῖς ὀκτὼ μέλεσιν ἀπερειδόμενοι κ.τ.λ. Sed non addito articulo, οὖσιν autem participio adhibito, cur is ordo verborum unice probandus sit, quem edd. omnes probarunt, facile intelligitur.

ἦν δὲ διὰ ταῦτα τρία τὰ γένη καὶ τοιαῦτα. Ad certam quandam philosophiam comicum poëtam respexisse, quamquam a multis annotatum est, tamen ut credamus, animum inducere non possumus. Vulgatum enim hoc erat, et vero etiam nominum terminatione firmatum, ἥλιον, solem, virili potestate esse, γῆν, tellurem, femineo, qua propter etiam rerum mater vocata est. Fieri igitur facillime potuit, ut philosophia advocata nulla, mera vulgi opinione nixus solis prolem masculum genus vocaret, terrae femineum Aristophanes. Restat ut de Androgyni origine dicamus, quod cur Lunae prolem dixerit, disertis verbis indicatum est: ὅτι καὶ ἡ σελήνη ἀμφοτέρων μετέχει. Atque ipso nomine σελήνης haec coniunctio terrae ac solis indicata est. Dorica forma est σελαναία, quam convertere possis Glanzerde. Solebant autem veteres novam quandam in huiusmodi rebus opinionem prolaturi, argumentorum loco ex ipsa rerum natura petitorum, alias res conquirere, quibus illam probarent. Sic Pausanias, ut duplicem Erotem esse probaret, ad duplicis Aphrodites mentionem confugit, quarum suum utrique Erotem assignaret.

περιφερῆ δὲ δὴ ἦν. Non «kreisförmig,» quod in Astii et Schleiermacheri

ἰσχὺν δεινὰ καὶ τὴν ῥώμην, καὶ τὰ φρονήματα μεγάλα εἶχον, ἐπεχείρησαν δὲ τοῖς θεοῖς, καὶ ὁ λέγει Ὅμηρος περὶ Ἐφιάλτου τε καὶ Ὠτου, περὶ ἐκείνων λέγεται, τὸ C εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνάβασιν ἐπιχειρεῖν ποιεῖν, ὡς ἐπιθησομένων τοῖς θεοῖς.

versionibus legimus (adde etiam Schulthessii conversionem p. 88. ed. Orellii,) quis enim circuli formam corpori tribuat, sed kugelförmig. Rückert. In sequentibus διὰ τὸ — ὅμοια εἶναι verba Schleiermacherus convertit: um ihren Erzeugern ähnlich zu sein. Rectius Ficinus: quia parentum similia.

καὶ τὰ φρονήματα μεγάλα εἶχον. Schleiermacherus: und hatten auch grosse Gedanken. Minus accurate. Articulo enim addito efficitur, ut sensus sit: und der Hochmuth, den sie hatten, ging ins Ungeheuere. vide annot. p. 12. Articulo non addito supra legitur p. 182. C. οὐ γὰρ, οἶμαι, συμφέρει τοῖς ἄρχουσι φρονήματα μεγάλα ἐγγίγνεσθαι, quem laudo locum, ut de nostri loci articulo facilius certiusque iudicari possit a lectore. Μεγάλα φρονήματα dicuntur autem habere, qui contra dominos conspirant. cfr. p. 182. C. οὐ γὰρ, οἶμαι, συμφέρει τοῖς ἄρχουσι φρονήματα μεγάλα ἐγγίγνεσθαι τῶν ἀρχομένων,' ad quem locum vide annot. p. 102. Comparativum exspectaveris, non positivum; ille tamen in hac formula solennis.

ὃ λέγει Ὅμηρος. Od. 11. 314.

Ὅσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἄμβατος εἴη.

ὡς ἐπιθησομένων τοῖς θεοῖς. Rückertus iungenda haec, inquit, cum περὶ ἐκείνων, quae structura propter interiectum membrum τὸ — ποιεῖν, in quo αὐτούς subiectum est, aliquid incommoditatis habet. — Ad ἐπιθησομένων supplendum est potius αὐτῶν. Exhibetur autem genitivus participii cum ὡς, ubi aliquis refert quod aut ex aliorum opinione depromtum est, aut quod ab aliis vult cogitari, ut in Plat. Apol. Socr. p. 30. B. πρὸς ταῦτα, φαίην ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἢ πείθεσθε Ἀνύτῳ ἢ μὴ — ὡς ἐμοῦ οὐκ ἄν ποιήσοντος ἄλλο κ. τ. λ., h. e, de me ita cogitate, me nunquam quicquam facturum esse aliud.

Ὁ οὖν Ζεὺς καὶ οἱ ἄλλοι θεοί. Omnem hanc narrationem de deorum consultatione et quid facerent, dubitatione, ut cupierint quidem punitam humani generis protervitatem, sed nec severitate uti ausi fuerint, quam laesa maiestas exigere videretur, nec aliud invenerint remedium, quo et illi poenas darent et suus honor salvus maneret, donec ad postremum Iupiter aegre aliquid excogitaverit, hanc, inquam, ad deorum derisionem com-

Cap. XV.

Ὁ οὖν Ζεὺς καὶ οἱ ἄλλοι θεοὶ ἐβουλεύοντο ὅ τι χρὴ αὐτοὺς ποιῆσαι καὶ ἠπόρουν. οὔτε γὰρ ὅπως ἀπο-

positam esse neminem puto non videre. Rückert. Male; vide Comm. de Plat. Symposio.

ὅτι χρὴ αὐτοὺς ποιῆσαι. Ne quis pro indicativo optativum reponendum censeat, quod Astius olim fecit, post infectum voluit: Graeci ingenii tanta est vivacitas, ut structuras verborum duas, quarum utraque suam quandam iucunditatem habet, confunderent atque commiscerent, videlicet ne, cum alteram praetulissent alteri, alterius gratias simul amitterent. Igitur *ὅτι χρὴ αὐτοὺς ποιῆσαι* compositum est ex oratione obliqua *ὅτι χρείη αὐτοὺς π.* et ex oratione recte *τί χρὴ αὐτοὺς ποιῆσαι*

καὶ ὥσπερ, τοὺς γίγαντας κεραυνώσαντες. Stallbaumius, intellige, inquit, post *γίγαντας ἠφάνισαν* ex proximo *ἀφανίσειεν*, cuius breviloquentiae exempla collegit Wyttenbachius ad Selecta Princip. Histor. p. 364. Rückertus verba sic iungenda esse censuit: *οὔτε γὰρ εἶχον ὅπως ἀποκτείναιεν* (sc. *αὐτούς*) *καὶ τὸ γένος ἀφανίσαιεν, κεραυνώσαντες ὥσπερ τοὺς γίγαντας.* Neutra explicandi ratio nobis placet. *ὡς περ* h. l. non similitudinem indicat, sed agendi rationem describit, *γίγαντες* autem homines vocantur illi ipsi, qui e masculo et femineo genere compositi viribus freti ac robore, elatiores animos alebant. Sensus est: Sie wussten überhaupt weder einen Rath, dass sie sie tödteten, und besonders wie sie, nach Erlegung der Riesen durch den Blitz das ganze Geschlecht verdürben. Disertis verbis *γίγαντες* commemorantur, ut esset, quod sequenti *γένος* opponeretur. Quoniam autem homines nondum dissecti erant, fieri non potuit, quin caesis hominibus illis totum genus hominum misere periret, atque nemo remaneret, qui deos veneraretur.

αἱ τιμαὶ γὰρ αὐτοῖς — ἠφανίζετο. cfr. Symp. 198. C. *ὑπ' αἰσχύνης ὀλίγου ἀποδρὰς ᾠχόμην, εἴ πῃ εἶχον.* Nemo Stallbaumio melius de indicativo huius loci explicando disseruit. Eius verba haec sunt: *Aoristus et imperfectum sine ἄν particula positum in talibus significat certo et haud dubie aliquid fuisse futurum, propterea quod habeat obiectivam, quam dicunt, necessitatem, ut Lat. futurum erat: accedente autem ἄν particula etsi paene idem significatur, tamen conditionis et modalitatis, quam vocant philosophi, accedit notatio, ab hoc loco paene prorsus aliena. Quocirca non tantum χρῆν, ἔδει, προσῆκεν, ut Lat. oportebat, decebat, debebam, ita usurpatum est, sed multa alia verba, inpri-*

κτείναιεν εἶχον καὶ ὥς περ, τοὺς γίγαντας κεραυνώσαντες, τὸ γένος ἀφανίσαιεν, — αἱ τιμαὶ γὰρ αὐτοῖς καὶ τὰ ἱερὰ τὰ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἠφανίζετο — οὔθ' ὅπως ἐῷεν ἀσελγαίνειν. μόγις δὴ ὁ Ζεὺς ἐννοήσας λέγει, ὅτι Δοκῶ μοι, ἔφη, ἔχειν μηχανήν, ὡς ἂν εἶέν τε ἄνθρωποι
D καὶ παύσαιντο τῆς ἀκολασίας ἀσθενέστεροι γενόμενοι. νῦν μὲν γὰρ αὐτούς, ἔφη, διατεμῶ δίχα ἕκαστον, καὶ

mis ea, quae natura sua continent aliquam obiectivae necessitatis significationem. — Indicativo in hypothetica enuntiatione Latini usi sunt plerumque ita, ut non tam obiectivae necessitatis, quam temporis rationem haberent, quo tempore aliquid, quominus fieret, impeditum esset, cfr. Tac. Histor. II. 46. iamque castra legionum excindere parabant, ni Mucianus sextam legionem opposuisset. h. e. schon waren sie daran, das Lager der Legionen zu vernichten, hätte nicht zur rechten Zeit noch Mucianus die sechste Legion entgegen geworfen. Adde notissimum Horatii locum Od. II. 17. 28. Me truncus illapsus cerebro sustulerat, nisi Faunus ictum dextra levasset h. e. Mich hätte der auf mein Haupt stürzende Stamm getödtet, hätte nicht noch zur rechten Zeit Faunus durch seine Rechte die Kraft der Wucht gebrochen. Temporis hanc notionem quando assequi volunt Graeci scriptores, eodem dicendi genere utuntur quidem, sed non nisi addita εὐθύς particula temporali. cfr. Thucyd. VIII. 86., quem locum Stallbaumius laudavit ἐν ᾧ σαφέστατα Ἰωνίαν καὶ Ἑλλήσποντον εὐθὺς εἶχον οἱ πολέμιοι.

δοκῶ μοι, ἔφη, ἔχειν. Quod supra annotavimus p. 159. ad verba ὅ τι χρὴ αὐτοὺς ποιῆσαι, id iis vehementer displicebit, qui omnino duas verborum structuras confundi atque commisceri negant. Negant autem, qui non intelligunt structurae originem. Etenim rem animo suo ita informant, ut censeant, scriptores positis duabus verborum structuris artificiose ex utriusque quibusdam fragmentis tertiam composuisse. Nobis persuasum est, hoc structurae genus non e scriptorum officina prodiisse, sed e quotidianae vitae sermone in scriptorum libros immigrasse. Pertinet huc noster locus, ubi praemisso ὅτι, quod indicium est orationis obliquae, ipsa alicuius verba laudantur. Patet autem, proprie dicendum fuisse Aristophani: λέγει, ὅτι δοκεῖ οἱ ἔχειν μηχανὴν κ. τ. λ. Factum autem Graeci ingenii facilitatemne dicas an felicitatem, ut servato obliquae orationis indicio rectam orationem retinerent, atque orationis suspensae continuitatem cum rectae orationis vigore coniungerent. De hac structura vide etiam Matth. Gramm. plen. §. 623. 2. b. p. 1270.

ἅμα μὲν ἀσθενέστεροι ἔσονται, ἅμα δὲ χρησιμώτεροι ἡμῖν διὰ τὸ πλείους τὸν ἀριθμὸν γεγονέναι· καὶ βαδιοῦνται ὀρθοὶ ἐπὶ δυοῖν σκελοῖν. ἐὰν δ' ἔτι δοκῶσιν ἀσελγαίνειν καὶ μὴ ἐθέλωσιν ἡσυχίαν ἄγειν, πάλιν αὖ, ἔφη, τεμῶ δίχα, ὥστ' ἐφ' ἑνὸς πορεύσονται σκέλους ἀσκωλιάζοντες. ταῦτα εἰπὼν ἔτεμνε τοὺς ἀνθρώπους δίχα, ὥσπερ οἱ τὰ ὄα τέμνοντες καὶ μέλλοντες ταριχεύειν, ἢ Ε

καὶ ἅμα μὲν ἀσθενέστεροι ἔσονται. Sensus est: nunc eos dividam bifariam, ut et debiliores homines sint et utiliores nobis, quippe numero auctiores. Amant Graeci, quae de certissimo eventu actionis praecedentis dicuntur, ea καί addito superioribus annectere. Paullo infra legitur πάλιν αὖ τεμῶ δίχα, ὥστ' ἐφ' ἑνὸς πορεύσονται κ.τ.λ., ubi bene haberet καί pro ὥστε positum; hoc tamen scriptor praetulit, quod reiterata divisio cogitatur tantummodo, non tanquam actio, quae fiat aliquando certissime, proponitur.

πάλιν αὖ, ἔφη, τεμῶ δίχα. Rursum exemplum habes verbi, quod casu suo spoliatum ita exhibetur, ut notio verbi prematur magis, quam vis actionis. Minus recte Schleiermacherus in conversione: So will ich sie, sprach er, noch einmal zerschneiden. Rectior conversio haec est: So wiederhole ich die Theilung noch einmal. Atque obiter ut hoc moneam, ut Graeci πάλιν αὖ, ita nos nochmals wiederholen, pleonastice loqui solemus.

ἀσκωλιάζοντες. Schol. ad h. l. ἀσκωλιάζειν κυρίως μὲν τὸ ἐπὶ τοὺς ἀσκοὺς ἅλλεσθαι ἀληλιμμένους, ἐφ' οὓς ἐπήδων γελοίου ἕνεκα· τινὲς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν συμπεφυκότων τοῖς σκέλεσιν ἀλλομένων. ἤδη δὲ τιθέασι καὶ ἐπὶ τοῦ ἅλλεσθαι τὸ νεῦρον (Bekk. legendum censet τὸν ἕτερον) τῶν ποδῶν ἀνέχοντα, ἢ ὡς νῦν ἐπὶ σκέλους ἑνὸς βαίνοντα. ἔστι δὲ καὶ τὸ χωλαίνειν. E Schol. ad Aristophan. Plut. 1130., ubi complures ἀσκωλιάζειν verbi explicationes reperiuntur, male autem ἀσκωλία vocatur ἑορτὴ τοῦ Διονύσου, nisi fortasse latiore significatu accipiendum est ἑορτή verbum, ex huius, inquam, Schol. annotatione selegi haec: κυρίως ἀσκωλιάζειν ἔλεγον τὸ ἐπὶ τῶν ἀσκῶν ἅλλεσθαι ἕνεκα τοῦ γέλωτα ποιεῖν· ἐν μέσῳ δὲ τοῦ θεάτρου ἐτίθεντο ἀσκοὺς πεφυσημένους καὶ ἀληλιμμένους, εἰς οὓς ἐναλλόμενοι ἐνωλίσθαινον καθάπερ Εὔβουλός φησι· καὶ πρός γε τοῦτο ἀσκὸν εἰς μέσον καταθέντες, εἰσάλλεσθε καὶ καγχάζετε ἐπὶ τοῖς καταβρέουσιν. — ἀσκωλιάζειν ἔλεγον τὸ ἐνάλλεσθαι τοῖς ἀσκοῖς, ἢ τὸ ἐπὶ ἑνὸς ποδὸς ἅλλεσθαι. Haec satis de significatu ἀσκωλιάζειν verbi. Non dubium est autem, quin h. l. ἀσκωλιάζειν uno pede saltare significet, ut, cum humanum genus primi-

ὥσπερ οἱ τὰ ὠὰ ταῖς θριξίν. ὄντινα δὲ τέμοι, τὸν Ἀπόλλω ἐκέλευε τό τε πρόσωπον μεταστρέφειν καὶ τὸ τοῦ αὐχένος ἥμισυ πρὸς τὴν τομὴν, ἵνα θεώμενος τὴν αὑτοῦ τμῆσιν κοσμιώτερος εἴη ὁ ἄνθρωπος, καὶ τἆλλα ἰᾶσθαι ἐκέλευεν. ὁ δὲ τό τε πρόσωπον μετέστρεφε, καὶ συνέλκων

tus *κυβιστᾶν* dicatur, post *ἐπὶ δυοῖν σκελοῖν βαδίζειν*, futuro tempore *ἀσκωλιάσειν* dicatur. Uno pede etiam hodie saltari in Helvetia, Italia, Graecia, satis notum est.

ὥσπερ οἱ τὰ ὅα τέμνοντες καὶ μέλλοντες παρισχεύειν. Lectio vulgata est *ὠά*, quam merito interpretes recentiores improbarunt. Nimirum legitur in L. V. Pl. Timaei: *ὅα ἀκροδρύων εἶδος μήλοις μικροῖς ἐμφερές.* Colligitur inde, Platonem hoc verbum commemorasse in scriptis. Haud facile autem locum Platonis invenias, cui vox illa magis conveniat. Interpretantur, qui harum rerum periti sunt, *ὅα* sorba (Arlesbeeren, quae condita esse, ut diutius conservarentur, non pauci sunt, qui tradidere; cfr. Varr. de re rust. I, 59. (Putant manere) sorba quidam dissecta et in sole macerata, ut pira, et sorba per se ubicunque sint posita, in arido facile manere. Quae sequuntur verba, spuria censuerunt Sydenhamius, Bastius, Astius. Frustra. Quamquam enim prorsus nescimus, cur in ovis dissecandis crinibus usi sint veteres, hoc certum est: duobus allatis exemplis Aristophanem et facilitatem et artificium dissectionis indicare voluisse: so leicht, wie man Arlesbeeren zum Einmachen spaltet, so fein und künstlich, wie man Eier mit Haaren theilt. Eodem modo explicanda sunt verba Plut. Amat. p. 770. B. *ὥσπερ ὠὸν αὐτῶν τριχὶ διαιρεῖσθαι τὴν φιλίαν.* Male igitur Rückertus ad h. l. Hoc quidem, inquit, concedimus, languidiusculam esse alteram comparationem, concedimus, fieri potuisse, ut ab alio adderetur; sed additam esse tantum abest, ut contendamus, ut facetiarum captatori Aristophani recte tributam esse censeamus. Ceterum coniicio equidem, ovorum per crines dissectionem ludi genus fuisse; fortasse ex ovorum dissectione per crines facta convivae futura praedicere solebant.

πρὸς τὴν τομήν. Ut in praecedd. ad *τὰ ὠά* supplendum est e proximis *τέμνοντες*, ita h. l. *μεταστρέφειν* recte repetieris. *Τομή* significat proprie id, quod ex aliqua re abscissum est; nostro loco corporis eam partem denotat, quae dissectionem passa est. Similiter *τομή* apud Hom. Il. *α*, 234. positum reperitur:

ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,

quo loco truncum denotat, ex quo sceptrum abscissum erat. In sequentibus pro *τὴν αὐτοῦ τμῆσιν*, quod recentiores editores omnes habent, plurimi codd. *αὐτοῦ* exhibent. Non male, si

πανταχόθεν τὸ δέρμα ἐπὶ τὴν γαστέρα νῦν καλουμένην, ὥσπερ τὰ σύσπαστα βαλάντια, ἓν στόμα ποιῶν ἀπέδει κατὰ μέσην τὴν γαστέρα, ὃ δὴ νῦν ὀμφαλὸν καλοῦσι. καὶ τὰς μὲν ἄλλας ῥυτίδας τὰς πολλὰς ἐξελέαινε, καὶ τὰ 191 *στήθη διήρθρου, ἔχων τι τοιοῦτον ὄργανον, οἷον οἱ σκυ-*

αὐτοῦ pro *αὐτόθι* positum accipias; melius tamen illud habet. *καὶ τἆλλα ἰᾶσθαι ἐκέλευεν.* Schleiermacherus in conversione habet: und das übrige befahl er ihm auch zu heilen. Scriptum quidem exspectaveris *καὶ πάντα ἰᾶσθαι ἐκέλευεν;* addita auch particula insolentia verborum non mitigatur. Ficinus verba convertit: reliquis autem mederi iussit. Alia nobis explicandi ratio placet. *τἆλλα* a sequente infinitivo seiungendum est, *ἰᾶσθαι* absolute positum est: und übrigens befahl er ihm Heilung an. De hoc usu verborum saepius iam annotavimus, vide annot. p. 22., 27. al. Paullo infra eodem modo *διαπανέσθαι* positum, ut non actio, sed notio verbi exprimatur *ἵνα — πλησμονὴ γοῦν γίγνοιτο τῆς συνουσίας καὶ διαπαύοιντο* h. e. ut satietas esset amplexandi et quies.

ἐπὶ τὴν — γαστέρα νῦν καλουμένην. Schleiermacherus: über das, was wir jetzt den Bauch nennen. Non satis accommodate, ut videtur. Cum vi pronuntiandum est *γαστέρα*, ut ne vernaculo quidem sermone articulus recte addi possit. Structura verborum primaria haec est: *ἐπὶ τὸ γαστήρ νῦν καλούμενον*, quam structuram ut minus elegantem incomtioremque aetas Graecorum excultior non tulit.

ὥσπερ τὰ σύσπαστα βαλάντια. Poll. V. 31. in recensendo venatorio apparatu *κυνοῦχος*, inquit, *δέρμα μόσχειον, εἰς ὃ ἐντίθεται τὸ δίκτυον, τῷ σχήματι πεποιημένον, ὥσπερ τὰ σύσπαστα βαλάντια.* Ficinus convertit: tanquam contracta marsupia. Articulo addito effici videtur, ut sententia sit: in Form von zusammengezogenen Beuteln, wie ihr sie ja kennet.

ὃ δὴ νῦν ὄμφαλον καλοῦσι. Codd. omnes habent *ὃ δὴ τὸν ὄμφαλον καλοῦσι*, idque editores in ordinem verborum receperunt. Male; urgenda est vox *ὄμφαλος*, atque vi quadam pronuntianda, quae vis addito articulo funditus perit. Similiter Symp. p. 180. E. *ὃν δὴ πάνδημον καλοῦμεν.* de rep. I. p. 332. C. *ἡ τίσιν οὖν τέ ἀποδιδοῦσα — τέχνη ἰατρικὴ καλεῖται* p. 191. B. *ὃ δὴ νῦν γυναῖκα καλοῦμεν.* Menon. p. 81. B. *ὃ δὴ ἀποθνήσκειν καλοῦσιν.* Alcib. II. p. 140. B. *οὓς δὴ καλοῦμεν ἰατρούς.* ibe p. 187. D. *ὃ δὴ μελοποιΐαν καλοῦσιν.* Ibid. I. p. 332. D. *ἢ δὲ τίσι τί ἀποδιδοῦσα — τέχνη μαγειρικὴ καλεῖται.* vide annot. p. 129 et 130.

ἔχων τι τοιοῦτον ὄργανον. De indefinito pronomine supra dictum est p. 28. ad verba *ἔθος γάρ τι τοῦτ' ἔχει.*

τοτόμοι, περὶ τὸν καλάποδα λεαίνοντες τὰς τῶν σκυτῶν ῥυτίδας· ὀλίγας δὲ κατέλιπε, τὰς περὶ αὐτὴν τὴν γαστέρα καὶ τὸν ὀμφαλόν, μνημεῖον εἶναι τοῦ παλαιοῦ πάθους.

Ἐπειδὴ οὖν ἡ φύσις δίχα ἐτμήθη, ποθοῦν ἕκαστον τὸ ἥμισυ τὸ αὑτοῦ ξυνήει, καὶ περιβάλλοντες τὰς χεῖρας καὶ ξυμπλεκόμενοι ἀλλήλοις, ἐπιθυμοῦντες συμφῦναι, ἀπέ- B θνησκον ὑπὸ λιμοῦ καὶ τῆς ἄλλης ἀργίας διὰ τὸ μηδὲν ἐθέλειν χωρὶς ἀλλήλων ποιεῖν. καὶ ὁπότε τι ἀποθάνοι

Quibus verbis ut respondere annotavimus nostratium: das ist so eine Art, ita verba nostra convertenda videntur esse: indem er etwa ein solches Werkzeug hatte, wie die Lederschneider. Creuzerus Lect. Plat. p. 525. censet, ut p. 185. E. dicatur *ἀναλαβών τι τοιοῦτον*, ita h. l. satis esse *ἔχων τι τοιοῦτον*. Frustra.

περὶ τὸν καλάποδα λεαίνοντες. Pes ligneus videtur fuisse, super quem coria extendebantur, quo facilius et explicarentur et ad pedis formam adaptarentur. Etym. habet *καλόπους κυρίως ὁ ξύλινος ποῦς· κᾶλον γὰρ τὸ ξύλον.* Suid. s. v. *κᾶλα· κᾶλον γὰρ τὸ ξύλον· ἐξ οὗ καὶ καλόπους, ὁ ξύλινος ποῦς.* E Pollucis auctoritate, qui habet X. 141. *τὰ δὲ σκυτοτόμου σκεύη — καλάπους, ἐν τῷ συμποσίῳ*, Bekkerus, Stallbaumius, alii dederunt *καλάποδα*, codd. non pauci *καλόποδα* exhibent. Fortasse utraque forma Graecis scriptoribus usitata fuit.

τοῦ παλαιοῦ πάθους. h. e. *τιμήσεως, ἣν ἔπαθεν ὁ ἄνθρωπος ἐν τῷ παλαιῷ χρόνῳ.* cfr. p. 189. D.

ἐπειδὴ οὖν ἡ φύσις. Annotat Rückertus ad h. l.: *Offendit Astium nude positum vocabulum, post quod αὐτῶν vel ἡμῶν excidisse putat. Offendit nos quoque; sed putamus ipsius Platonis peccatum esse posse.* Etiam Stallbaumius ad h. l. *αὐτῶν* supplendum esse censet. Aliter nos statuimus de hoc loco: Articulum exhibuere veteres scriptores haud raro, ut indicarent, de re sermonem esse, quam in praecedentibus iam tetigerant. cf. p. 189. D. *ἡ γὰρ πάλαι ἡμῶν φύσις οὐχ αὕτη ἦν ἥπερ νῦν κ. τ. λ.* Mens Aristophanis est: Da nun die ursprüngliche Einheit der Körper, von der oben gesprochen worden ist, gelöast war cet. Exempla si quaeris huius usus articuli, vide annot. p. 12.

ὑπὸ λιμοῦ καὶ τῆς ἄλλης ἀργίας. Vulgo *ὑπὸ τοῦ λιμοῦ* legitur, quae lectio cur ferri nequeat, e praegressa annotatione colligitur. Ceterum *ἄλλος* rebus apponi, quae genere non differant, specie discrepent, supra annotatum est p. 116. Restat, ut dicamus, quo iure id fiat. Rückertus ad h. l. Videtur, inquit, *ἄλλη* alia verti non posse, neque negare licet *ἄλλος* non nunquam ita dictum esse graece, ut propriam hanc vim neutiquam exerceret, de qua

τῶν ἡμίσεων, τὸ δὲ λειφθείη, τὸ λειφθὲν ἄλλο ἐξήτει καὶ συνεπλέκετο, εἴτε γυναικὸς τῆς ὅλης ἐντύχοι ἡμίσει, ἣ δὴ νῦν γυναῖκα καλοῦμεν, εἴτ' ἀνδρός· καὶ οὕτως ἀπώλλυντο. ἐλεήσας δὲ ὁ Ζεὺς ἄλλην μηχανὴν πορίζεται, καὶ μετατίθησιν αὐτῶν τὰ αἰδοῖα εἰς τὸ πρόσθεν· τέως γὰρ καὶ ταῦτα ἐκτὸς εἶχον, καὶ ἐγέννων καὶ ἔτικτον οὐκ εἰς ἀλλήλους, ἀλλ' εἰς γῆν, ὥσπερ οἱ τέττιγες. μετέθηκέ C τε οὖν οὕτως αὐτὰ εἰς τὸ πρόσθεν, καὶ δι' αὐτῶν

re non est, cur hic plura dicam, qui nostrum locum, ex hoc numero excipiendum esse censeam. Nam ἀργία non segnitia est, sed cessatio, vacatio a re quacunque, sicut ager dicitur ἀργός, dum cessat a cultura. Iam igitur λιμόν in genere τῆς ἀργίας esse apparet, est enim cessatio a capiendo cibo, licuitque dicere, homines illos, cessantes et a cibo capiendo et ab omni opere suscipiendo emortuos esse. — Ridiculi aliquid inest his verbis; quis enim ferat cibi capiendi cum ἔργῳ comparationem? Deinde male Rückertus posteriori nomini tantam vim tribuit, ut ad id dirigeretur prius. Ἄλλος semper ita adhibetur in huiusmodi dicendi genere, ut priori nomini addatur, quod cum eodem cohaereat, quod ex eodem genere sit, quod cognatum sit cum eodem. Primitus autem dixisse arbitror veteres, ut ad nostrum locum revertar, ὑπὸ λιμοῦ καὶ τοῦ ἄλλου, h. e. fame et ceteris, quae cum ea cohaerent. Accedente autem appositione ad verba τοῦ ἄλλου, ne incomtius existeret atque inelegantius dicendi genus, τοῦ ἄλλου, ἀργίας, admissa generis assimilatione τῆς ἄλλης, ἀργίας effictum est. Sic commode explicatur Plat. Gorg. p. 473. C. ζηλωτὸς ὢν καὶ εὐδαιμονιζόμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων (sc.) ξενῶν. Alia exempla, quibus nostram explicandi rationem probare possis, laudavimus in annot. p. 116.

ὥσπερ οἱ τέττιγες. Audi Wolfii ad h. l. annot.: Sie thun dieses vermittelst eines Stachels, den das Weibchen am Hintertheile hat, und der ein Dritttheil der Länge des ganzen Thieres ausmacht. Damit bohren sie in die Erde, öffnen ihn und lassen die Eier in den Sand fallen, wo sie von der Sonne ausgebrütet werden. cfr. Aelian. H. A. II, 22. ταῖς ἀφύαις ὁ πηλὸς γένεσίς ἐστι· δι' ἀλλήλων δὲ οὐ τίκτουσιν οὐδὲ ἐπιγίνονται κ.τ.λ.

μετέθηκέ τε οὖν οὕτως αὐτῶν εἰς τὸ π. Οὕτως in multis codd. non comparet, quare id uncis inclusit Dindorfius, Reyndersius expunxit. Idem Stallbaumius servandum censet rectissime. Plerumque enim haec vox ita adhiberi solet, ut ad aliquid respici significetur, quod in praecedentibus est contentum. Spectat autem nostro loco οὕτως ad verba ἐλεήσας δὲ ὁ Ζεύς, et convertendum est: hac ratione, qua dixi. vide annot. p.

τὴν γένεσιν ἐν ἀλλήλοις ἐποίησε, διὰ τοῦ ἄῤῥενος ἐν τᾷ θήλει, τῶνδε ἕνεκα, ἵνα ἐν τῇ συμπλοκῇ ἅμα μὲν εἰ ἀνὴρ γυναικὶ ἐντύχοι, γεννῷεν καὶ γίγνοιτο τὸ γένος,

63. et p. 146. Deinde quinque melioris notae libri pro *αὐτῶν* exhibent *αὐτά*, quod a Stallbaumio, Astio, aliis in verborum ordinem receptum est. Audacius fortasse quam rectius. *Αὐτά* verbi *αὐτῶν* correctio est, *αὐτῶν* autem scribae alicuius sedulitate e praegressis *αὐτῶν τὰ αἰδοῖα εἰς τὸ πρόσθεν* huc translatum est. Rectissime, ut videtur, Rückertus ad h. l.: *Mihi, inquit, Plato videtur scripsisse: μετέθηκέ τε οὖν οὕτως εἰς τὸ πρόσθεν.* Ficinus verba convertit: cum vero ad anteriora transposuisset, ut legisse eum censeas, quod Rückertus dedit, et nos unice probamus. Ceterum verba *μετέθηκέ τε οὕτως εἰς τὸ πρόσθεν* repetiit Aristophanes, ut cum sequentibus artius coniungerentur: *διὰ τούτων τὴν γένεσιν ἐν ἀλλήλοις ἐποίησεν*, quae coniunctio per *τέ — καί* particulas instituta quam vim habeat, nunc dicendum est. Coniunguntur duae hae actiones ita, ut eodem fere tempore gestae esse dicantur: Simul atque ea ad anteriora transposuit, per ea *τὴν γένεσιν* effecit. cfr. Plat. Phaedon. 73. D., qui locus huius significatus luculentissimum exemplum est: *ἔγνωσάν τε τὴν λύραν καὶ ἐν τῇ διανοίᾳ ἔλαβον τὸ εἶδος τοῦ παιδός, οὗ ἦν ἡ λύρα.* Ad haec verba Stallbaumius aoristi, inquit, indicant, rem identidem fieri solitam. Essent ex hoc praecepto verba convertenda: Sie pflegen die Lyra zu erkennen und das Bild des Geliebten, dem die Lyra gehörte, in der Seele aufzufassen. Verum tenendum est accurate, quod in superioribus Cebes dixit: Reminisci non solum eius esse, qui aliquid agnoscat, sed qui aliud, ab illo diversum, mente simul complectatur, ut hoc non ex eadem perceptione animi h. e. e perceptione animi praesente, sed ex alia eaque priore (*οὗ ἦν ἡ λύρα*) pendeat. Probatur haec sententia imagine amasii, quae amatoris animo statim obversetur, simul atque hic lyram conspexerit, quam amasii esse iam dudum observaverat. Non ingratum lectoribus erit exemplum e Taciti Hist. petitum I. 76., quo doceatur, quomodo illam dicendi normam Romani sint imitati: Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius, iurasse in eum Dalmatiae ac Pannoniae et Moesiae legiones. Idem ex Hispania allatum: laudatusque per edictum Cluvius Rufus et statim cognitum est, conversam ad Vitellium Hispaniam.

καὶ γίγνοιτο τὸ γένος. In his verbis Rückertus haesit non immerito; Iovem enim fecisse, quae fecisse narratur, ut nasceretur genus humanum, (Astius habet: et progenies existeret) quis probet? Schleiermacherus in conversione exhibuit: und Nachkommenschaft entstünde. Id dicturus videlicet erat Aristophanes. Fortasse

ἅμα δ' εἰ καὶ ἄῤῥην ἄῤῥενι, πλησμονὴ γοῦν γίγνοιτο τῆς συνουσίας, καὶ διαπαύοιντο καὶ ἐπὶ τὰ ἔργα τρέποιντο καὶ τοῦ ἄλλου βίου ἐπιμελοῖντο. ἔστι δὴ οὖν ἐκ

aliquid vitii verba contraxerunt. Rückerto scribendum videtur *καὶ ἔτι γίγνοιτο τὸ γένος*. Facilior, ut videtur haec coniectura est: *καὶ γίγνοιτο γόνος*. Facillime autem demonstrari potest, qui factum sit, ut manus Platonis corrumperetur. Incuria nimirum scribarum syllaba finali *γίγνοιτο* verbi dupliciter posita erat: *γίγνοιτο τὸ γόνος*. Quod cum seriore tempore alii mendosum esse intelligerent, *τὸ γένος* scribendo locum emendare atque sanare studuerunt.

ἅμα δ' εἰ καὶ ἄῤῥην ἄῤῥενι. In quatuor codd. Flor. et apud Stobaeum *ἄῤῥεν* legitur pro *ἄῤῥην*, quod plurimi libri habent. Illud Stallbaumius in textum recepit ut exquisitius. Masculinum genus neutro praetulimus propter praecedens *εἰ ἀνὴρ γυναικί*. Reddidit verba Schleiermacherus: Wenn aber ein Mann dem andern..., omissa *καί* particula, de cuius significatu interpretes ad h. l. nihil annotarunt. Schulthessius habet: zugleich aber, wenn Mann und Weib sich einten .... vitio, ut videtur, typothetarum. Sententia est totius loci: damit in der Umarmung, wenn dem Weibe ein Mann zu Theil würde, sie der Zeugung sich ergäben und Nachkommenschaft entstünde, wenn aber dem Manne auch (h. e. wieder) ein Mann, wenigstens et quae seqq.

πλησμονὴ γοῦν. Postquam dissecta corpora fuerunt, partes dimidiae amplexari se adhuc non desierant, immo mutuis in amplexibus deperibant. Ut igitur plane abstinerent a complexu, non potuit Iupiter efficere, nimium enim urgebat vis naturae. Itaque quum totum consequi non posset, novo instituto, quantum potuit assequi, molitus est, ut satietate caperentur coëundi intervallaque facerent. Hinc *γοῦν* cur positum sit, intelligitur. Rückert.

καὶ διαπαύοιντο. Haec codicum est lectio. Vulgo *διαναπαύοιντο*, quod unde ortum sit, facile intelligitur. Margini enim interpres aliquis *ἀναπαύοιντο* adscripsit, ut *διαπαύεσθαι* verbi raritatem explicaret. Post alius nimia sedulitate ductus in

ἀνα

textu posuit *διαπαύοιντο*, ex quo factum est *διαναπαύοιντο*. Ceterum non opus est ad *διαπαύοιντο* suppleas *αὐτῆς*. Verbum absolute positum est: und sie Ruhe fänden und sich der Arbeit zuwendeten und Sorge trügen für ihren weiteren Unterhalt.

ἐπὶ τὰ ἔργα. Haec verba de agricultura intelligenda sunt non minus, quam quod supra legitur p. 191. B. *ὑπὸ λιμοῦ καὶ τῆς ἄλλης ἀργίας*. *Ὁ βίος* in se res omnes complectitur, quae ad vitam sustentandam necessariae sunt. De scriptura *ἐπιμελοῖντο* cfr. Thomas M.: *ἐπιμέλομαι κάλλιον ἢ ἐπιμελοῦμαι*. Adde Buttm. Gramm. ampl. T. II. P. I. p. 187.: Die

Dτόσου ὁ Ἔρως ἔμφυτος ἀλλήλων τοῖς ἀνθρώποις καὶ τῆς ἀρχαίας φύσεως συναγωγεὺς, καὶ ἐπιχειρῶν ποιῆσαι ἓν ἐκ δυοῖν καὶ ἰάσασθαι τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην.

Cap. XVI.

Ἕκαστος οὖν ἡμῶν ἐστὶν ἀνθρώπου ξύμβολον, ἅτε

Formen des Compositi ἐπιμελήσομαι etc. werden gewöhnlich zu ἐπιμελεῖσθαι gestellt, welches eine ganz gleichbedeutende Nebenform von ἐπιμέλεσθαι ist, die aber von den Atticisten für minder gut erklärt wird. Beide Formen sind indessen in unsern Büchern so häufig, dass wenigstens an den einzelnen Stellen sich nicht entscheiden lässt, ob wirklich der Schriftsteller so geschrieben. Doch ist kein Zweifel, dass ἐπιμέλεσθαι das ältere ist, und die Flexion von ἐπιμελήσομαι ursprünglich dazu gehört.

ὥσπερ αἱ ψῆτται. Piscium genus ψῆτται Graecis notissimum, quandoquidem Callonice in Aristoph. Lysistr. v. 116. dicit:

ἐγὼ δέ γ' ἄν, κἂν ὡσπερεὶ ψῆτταν δοκῶ
δοῦναι ἂν ἐμαυτῆς παρταμοῦσα θἥμισυ·

ad quem locum male Schol. ψῆττα, inquit, ὄρνεον τετμημένον κατὰ τὸ μέσον ὡς οἱ ὄφῆνες. λέγει οὖν, ὅτι κἂν συμβῇ τέμνεσθαι τὸ ἥμισύ μου βούλομαι. Rectius Schol. ad nostrum locum annotat: ἰχθύδιόν τι τῶν πλατέων ἡ ψῆττα ἐκ δύο δερμάτων συγκεῖσθαι τὴν ἰδέαν δοκοῦν, ὃ τινες σανδάλιον καλοῦσιν, οἱ δὲ βούγλωσσον, κακῶς δέ. ἄλλα γάρ ἐστι ταῦτα. Colligitur ex his verbis, ψῆτταν cum in altera corporis parte os, oculos, nares posita habere, tum ea corporis figura esse, ut dissecta censeri queat, atque non integra nisi cum altera coniungatur. Facit igitur nostro loco ψηττῶν mentio ad describendam figuram androgyni dissecti, contra ξύμβολον nomen naturam et conditionem eius exprimit. Ξύμβολον nimirum tessera hospitalitatis est, annuli, astragali, alius cuiusvis rei pars altera, quam hospes hospiti concredere solebat, ut alter ad alterum veniens haberet, quo agnosceretur familiariterque exciperetur. Hoc facto uterque a fraude tutus erat. Nam si quis peregrinus ficticia hospitalitatis tessera prolata sibi exposceret, quae non nisi amicis amici praestare solebant, receptaculum, cibi ac potus facultatem, alia hoc genus, tessera admeta tesserae rem veram aperiebat.

ζητεῖ δὴ τὸ αὐτοῦ ἕκαστος ξύμβολον. In aliquot codicibus δέ legitur pro δή. Illud minus aptum hoc loco, ut in sententia communi; nam δή apud nostrum ceterosque prosae orationis scriptores haud raro eiusdem potestatis est, atque τοί particula apud tragicos poëtas, quamquam etiam huius particulae frequens est apud illos usus. cfr. Matth. Gr. plen. §. 627. p. 1231. Ἕκαστος cum Bekkero et Stall-

τετμημένος ὥσπερ αἱ ψῆτται, ἐξ ἑνὸς δύο. ζητεῖ δὴ ἀεὶ τὸ αὑτοῦ ἕκαστος ξύμβολον. ὅσοι μὲν οὖν τῶν ἀνδρῶν τοῦ κοινοῦ τμῆμά εἰσιν, ὃ δὴ τότε ἀνδρόγυνον ἐκαλεῖτο, φιλογύναικές τε εἰσὶ καὶ οἱ πολλοὶ τῶν μοιχῶν ἐκ τούτου τοῦ γένους γεγόνασι· καὶ ὅσαι αὖ γυναῖκες E φίλανδροί τε καὶ μοιχεύτριαι, ἐκ τούτου τοῦ γένους γί-

baumio ex codicum auctoritate in textu posuimus pro vulgato ἕκαστον, quod Rückertus frustra reposuit. Ficinus verba convertit: quaerit autem sui quisque dimidium. Nam ut mittam genus masculinum, quod et praecedit et insequitur, ut ἕκαστον vix ferri posse videatur: etiam ambigaitas quaedam exoritur vulgata scriptura admissa, cuius vitandae Graeci studiosissimi erant. Certum est enim, verba non hoc modo intelligenda esse: ἕκαστον ξύμβολον ζητεῖ ἀεὶ τὸ αὑτοῦ. Sententiam quod attinet, homines dissecti cum peregrinis comparantur, qui habent tesseram hospitalitatis, sed hospitem reperire non possunt, illam qui agnoscat, ipsosque comiter excipiat, eaque, quibus opus sit, ipsis suppeditet.

ὃ δὴ τότε ἀνδρόγυνον ἐκαλεῖτο, h. e. quod tum temporis androgynum vocari diximus. De genere neutro relativi pronominis vide annotat. p. 138. Ceterum dicendi, indicandi, similia verba in huiusmodi enuntiatis saepissime reticentur ita, ut infinitivi, qui ex iisdem penderent, id tempus assumant, quo tempore dicendi verba proferenda erant. Exempla huius usus permulta reperiuntur. cfr. Plat. Alcib. I. p. 106. D. οὐκοῦν ταῦτα μόνον οἶσθα, ἃ παρ' ἄλλων ἔμαθες, ἢ αὐτὸς ἐξεῦρες; ubi οἶσθα dictum est pro εἰδέναι λέγεις. Ibid. p. 111. E. Τί δ' εἰ βουληθείημεν εἶναι μὴ μόνον ποῖοι ἄνθρωποί εἰσιν, ἀλλ' ὁποῖοι ὑγιεινοὶ ἢ νοσώδεις, ἆρα ἱκανοὶ ἂν ἡμῖν ἦσαν (pro ἔφημεν ἂν εἶναι) διδάσκαλοι οἱ πολλοί; Adde Plat. Crit. p. 47. D. ᾧ εἰ μὴ ἀπολουθήσομεν, διαφθεροῦμεν ἐκεῖνο καὶ λωβησόμεθα, ὃ τῷ δικαίῳ βέλτιον ἐγίγνετο, τῷ δὲ ἀδίκῳ ἀπώλλυτο. Vide praeterea Engelhardtum ad Plat. Lachetem p. 185. ed. p. 28., qui ad locum modo laudatum verissime haec annotat: Quamvis disertis verbis haec sententia nondum sit dicta, continetur tamen quodammodo in praecedentibus. Postquam enim recta exercendi ratione corpus melius reddi, prava perdi ostendit, sic pergit Socrates: οὐκοῦν καὶ τἆλλα, ὦ Κρίτων, οὕτως, ἵνα μὴ πάντα διέωμεν, καὶ δὴ καὶ περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων κ. τ. λ., ubi verbis καὶ τἆλλα πάντα omnia complexus iam id sibi concedi vult Socrates, animam iniustitia et pravitate perdi; quare pergere licuit: ὃ τῷ μὲν δικαίῳ βέλτιον ἐγίγνετο, τῷ δὲ ἀδίκῳ ἀπώλλυτο. Eodem modo, h. e. supplendo dicendi verbo explicandus versus est Meleagri in epigr. XII. 5. T. I. p. 6. ed. Iacobsii.

γνονται. ὅσαι δὲ τῶν γυναικῶν γυναικὸς τιμῆμά εἰσιν, οὐ πάνυ αὗται τοῖς ἀνδράσι τὸν νοῦν προσέχουσιν, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς τὰς γυναῖκας τετραμμέναι εἰσὶ, καὶ

ἢ τάχα τοὔνομ' ἔχει ταὐτὸν μόνον, ἔργα δὲ κρέσσων,

ubi ἔχει positum est pro ἔχειν λέγεις. Malim tamen ἔχοι legere, quod positum esset pro ἤ τάχα φαίης.

καὶ ὅσαι αὖ γυναῖκες — γίγνονται. Αὖ plerumque ita ponitur, ut eadem alicuius actionis reive conditio indicetur, quae in praegressis reperitur. Hinc fit, ut αὖ posito saepissime verba omittantur, quibus conditio illa exprimatur. Expletior oratio haec foret: καὶ ὅσαι γυναῖκες τοῦ κοινοῦ τιμῆμά εἰσιν, ὃ δὴ τότε ἀνδρόγυνον ἐκαλεῖτο, φίλανδροί τ' εἰσὶ καὶ αἱ πολλαὶ τῶν μοιχευτριῶν ἐκ τούτου τοῦ γένους γεγόνασιν. Sed nemo non videt, e nimia verbositate haec verba laborare; quapropter αὖ vocula adhibita, qua ea, quae in praecedentibus continentur, supplendaque esse significantur, nostro loco omissa sunt. Et quoniam praecedit ἐκ τούτου τοῦ γένους γεγόνασιν, haud scio, an non insiticia verba sint ἐκ τούτου τοῦ γένους γίγνονται; quibus omissis neque sententiae vigor minuitur et comtior fit elegantiorque oratio. Sed nihil mutandum contra codicum auctoritatem, qui ad unum omnes verba illa exhibent. Eadem etiam Ficini conversio probat: *Rursus quaecunque mulieres virorum cupidae moechaeque sunt, hac stirpe nascuntur.*

οὐ πάνυ — ἀλλὰ μᾶλλον. Dictum supra est de οὐ πάνυ vocularum significatu in annotat. p. 49. Recte ibi contra Engelhardtum monuisse nobis videmur, οὐ πάνυ non esse plane non, sed non magnopere, non sane. Exemplorum, quae illic laudavimus, nullum esse puto, quod probandae huic sententiae magis inserviat, quam nostrum locum. Addito nimirum μᾶλλον comparativo statim intelligitur, Aristophanem dubitanter loqui, atque illarum mulierum erga viros amorem non prorsus negare.

καὶ αἱ ἑταιρίστριαι. Timaeus p. 123. ἑταιρίστριαι· αἱ καλούμεναι τριβάδες, ubi Ruhnkenius: tales crissantes, inquit, mulieres, quae aliis nominibus Lesbiades, tribades, fricatrices et subagitatrices vocantur, intelligit Clemens Alex. Paedag. II. p. 264. γυναῖκες ἀνδρίζοντες παρὰ φύσιν. Stallb. Tetigit nostrum locum Wachsmuthius in libro: Hellenische Alterthumskunde T. II. Abth. II. p. 48 et 49.

ὅσοι δὲ ἄρρενος τιμῆμα. Ut concinnitati singularum partium orationis consuleret, Bastius scribendum coniecit ὅσοι δὲ ἄρρενες ἄρρενος τιμῆμά εἰσιν. Recte fortasse, neque audacior haec coniectura censenda est. Factum est enim scribarum incuria haud raro, ut, ubi scriptor duo verba iuxta posuit, quae inter se aut plane non differrent aut non multum, alterum

αἱ ἑταιρίστριαι ἐκ τούτου τοῦ γένους γίγνονται. ὅσοι δὲ ἄῤῥενος τμῆμά εἰσι, τὰ ἄῤῥενα διώκουσι, καὶ τέως μὲν ἂν παῖδες ὦσιν, ἅτε τεμάχια ὄντα τοῦ ἄῤῥενος,

chartae mandarent, alterum omitterent. Hoc modo depravatus est v. c. locus pulcherrimus Platonis, Crit. p. 43. A et B.; verba haec sunt: *Σ. ἆρτι δὲ ἥκεις ἢ πάλαι; Κρ. ἐπιεικῶς πάλαι. Σ. εἶτα πῶς οὐκ εὐθὺς ἐπήγειράς με, ἀλλὰ σιγῇ παρακάθησαι; Κρ. οὐ μὰ τὸν Δί', ὦ Σώκρατες, οὐδ' ἂν αὐτὸς ἤθελον ἐν τοσαύτῃ τε ἀγρυπνίᾳ καὶ λύπῃ εἶναι· ἀλλὰ καὶ σοῦ πάλαι θαυμάζω αἰσθανόμενος, ὡς ἡδέως καθεύδεις.* Faoit Stallbaumius in annot. ad h. l. ed. p. 102. Critonem loquentem: Ne ipse quidem vellem in tanta insomnia tantoque moerore versari, in quo revera sum, tibi autem, cui tam gravis imminet calamitas, haec tua quies non videbatur turbanda esse. Cur Socratem e somno non excitaverit Crito, caussam iustissimam habes: placidissima quies non videbatur turbanda esse. Cur tacide consederit (*σιγῇ παρακάθησαι*), ei quaestioni quid respondeat in Critonis responso, frustra quaeras. Tantum enim abest, ut verba: ne ipse quidem vellem in tanta insomnia tantoque moerore versari aliquo modo cum Socratis quaestione illa conciliari possint, silentiumque excusent, ut potius ipsa inepti quid habeant atque excusatione indigeant. Verba Critonis depravata sunt, atque eo modo, quo Bastius nostrum Symposii locum emendare studuit, corrigenda. Satis notum est, summam animi anxietatem eam esse, quae silentium non patiatur. Quid multis? Scripsit Plato: *οὐ μὰ τὸν Δί', οὐδ' ἂν αὐτὸς ἄναυδος ἤθελον κ. τ. λ.* Haec verba scribarum incuria in hunc modum depravata sunt: *οὐδ' ἂν αὐτὸς ἄναυτος*, ut scripserunt Symp. p. 174. D. *πρὸ ὁδοῦ* pro *πρὸ ὃ τοῦ*; post alii, cum *ἂν αὐτός* verba male repetita esse putarent, pro *ἂν αὐτὸς ἄναυτος* scripserunt *ἂν αὐτός*. Sensus est totius loci: Socr. Warum wecktest du dann (quae vox quomodo cum denn cognata sit, dixi p. 151.) mich nicht sogleich auf, sonderu setztest dich schweigend neben her? Krit. Beim Zeus, o Socrates, ich selbst vermochte es bei so grosser Unruhe und Trauer nicht über mich zu bringen (vide, quae de *ἐθέλειν* verbi potestate dicta sunt in annot. p. 44.) gänzlich lautlos zu sein; und doch bewundere ich dich schon lange, indem ich bemerke, wie sanft du schläfst. Emendatione nostra quantum gratiarum Critonis responso accedat, prudentiores persentiscent.

καὶ τέως μὲν ἂν παῖδες ὦσι. Memorabilis hic locus, quo relativa potestate *τέως* positum est. Astius praeter nostrum locum cum nullum in Platonicis scriptis reperisset, qui eadem potestate exhiberet *τέως* vocem usurpatam, *ἕως* scribendum coniecit. *Τέως* in textu

φιλοῦσι τοὺς ἄνδρας καὶ χαίρουσι συγκατακείμενοι
192 *καὶ συμπεπλεγμένοι τοῖς ἀνδράσι· καὶ εἰσιν οὗτοι βέλτιστοι τῶν παίδων καὶ μειρακίων, ἅτε ἀνδρειότατοι ὄντες φύσει· φασὶ δὲ δή τινες αὐτοὺς ἀναισχύντους εἶναι, ψευδόμενοι· οὐ γὰρ ὑπ' ἀναισχυντίας τοῦτο δρῶσιν, ἀλλ' ὑπὸ θάῤῥους καὶ ἀνδρείας καὶ ἀῤῥενω-*

posuit prudentissime Stallbaumius, cuius silentium aliter, atque Rückertum fecisse video, ego interpretor. Ipsum Rückertum audi: *Tacet*, inquit, *de h. l. Stallbaumius, sed mallem dixisset, si quid haberet, quo defenderet τέως relative usurpatum.* Si reperitur in veterum libris, quod contra consuetum dicendi usum est, codd. autem auctoritate probatur, a mutando abstinendum notandaque est, si eo opus sit, novitas rei. Nostro loco *τέως* non idem atque *ἕως* esse, quem lateat? sed quo id defendat, quis habeat?

φιλοῦσι τοὺς ἄνδρας — τοῖς ἀνδράσιν. Φιλεῖν verbum feminis amasiisque plerumque convenire supra annotatum est p. 69. Ceterum praecedente *τοὺς ἄνδρας* in sequentibus scriptum exspectaveris fortasse pro *τοῖς ἀνδράσι* pronomen *αὐτοῖς*, quod cur non posuerit Aristophanes, caussa in promptu est. Solent enim interdum veteres praecedente aliquo nomine non pronomen exhibere, sed ipsum illud nomen repetere, ut id significantius emineret lectorumque animis maiore cum gravitate insinuaretur. Igitur nostro loco pueri, quatenus segmenta sunt integrorum virorum, viros amare dicuntur, atque cum viris lubentissime congredi, ut in universum significetur, pueros illos non nisi virorum societate delectari. In sequentibus pro *καὶ εἰσιν οὗτοι βέλτιστοι* scribendum coniicio *καὶ εἰσιν οὗτοι οἱ βέλτιστοι*. Articulus finali syllaba *οὗτοι* verbi absorptus est, ut factum est haud raro. Unum depravationis huius exemplum ut laudem, in plerisque codd. male exhibetur p. 179. B. *οὐ μόνον ὅτι ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες*. Alio loco de superlativo vel cum articulo vel sine eo exhibendo dicemus, quam rem nemo Grammaticus, quantum scimus, adhuc satis accurate tetigit.

ἅτε ἀνδρειότατος ὄντες φύσει. Alludit Aristophanes hoc loco ad *ἀνδρεῖος* nominis ambiguitatem. Significat enim et fortem et eum, qui cum viris aliquid habet coniunctionis, similitudinis, commercii. Neque dubium est, quin Aristophanes illam nominis significationem ex hac derivatam esse censuerit. Verba convertenda sunt: Et sunt hi quidem optimi puerorum et iuvenum, quoad masculo sexu delectantur maxime ideoque natura fortissimi sunt.

φασὶ δὲ δή τινες κ. τ. λ. Eandem rem Pausanias tetigit p. 182. A. his verbis: *οὗτοι γὰρ εἰσὶν οἱ καὶ τὸ ὄνειδος πεποιηκότες, ὥστε τινὰς τολμᾶν λέγειν, ὡς αἰσχρὸν χαρίζεσθαι ἐρασταῖς*. Ceterum etiam hoc

πίας τὸ ὅμοιον αὐτοῖς ἀσπαζόμενοι. μέγα δὲ τεκμήριον· καὶ γὰρ τελεωθέντες μόνοι ἀποβαίνουσιν εἰς τὰ πολιτικὰ ἄνδρες οἱ τοιοῦτοι· ἐπειδὰν δὲ ἀνδρωθῶσι, παιδεραστοῦσι καὶ πρὸς γάμους καὶ παιδοποιΐας οὐ B προσέχουσι τὸν νοῦν φύσει, ἀλλὰ ὑπὸ τοῦ νόμου ἀναγκάζονται· ἀλλ' ἐξαρκεῖ αὐτοῖς μετ' ἀλλήλων καταζῆν

loco Rückerti sententia de Graecorum super paederastia iudicio, quam supra exposuimus in annotat. p. 98., satis reprobatur. *Τινές* enim h. l., ut illic *τινάς*, quamquam de populi quodam rumore accipiendum est, tamen non omnium Graecorum constans de paederastia iudicium exprimit.

Θάῤῥους καὶ ἀνδρείας καὶ ἀῤῥενωπίας. Opponuntur haec tria nomina praecedenti *ἀνατόχυντίας* nomini oratorie, ut indicetur, quantum numero superent praecedens nomen haec tria nomina, tantum etiam ei praevalere significatus potestate. Tantum enim abest, ut pudore illi pueri careant, ut potius virili sua indole ducti ad viros se convertant. Ceterum illa nomina haud multum inter se differunt significatu. *Ἀῤῥενωπία* enim virilem indolem significat non minus quam *ἀνδρεία*, cuius indicium est *θάῤῥος* h. e. fiducia, audacia, animi fortitudo. Laudat Fischerus Etym. M., in quo *ἀῤῥενωπίας* notio sic explicatur: *ἀῤῥενωπὸς ἐκ τοῦ ἄῤῥην ἄῤῥενος καὶ τοῦ ὤψ ὠπός, ὃ σημαίνει τὸ πρόσωπον, ἀῤῥενωπὸς ὁ ἄῤῥενος πρόσωπον ἔχων, κατὰ συνεκδοχήν. ἦγουν ὁ ἀνδρεῖος καὶ ἰσχυρὸς καὶ δυνάμενος πρὸς ἐχθρὸν ἀντιταχθῆναι. ἔστι δὲ κατὰ συνεκδοχὴν ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον.*

καὶ γὰρ τελεωθέντες— ἄνδρες οἱ τοιοῦτοι. Ficinus verba convertit: *Huius evidens argumentum est, quod, cum adoleverint, soli ad civilem administrationem conversi, viri praestantes evadunt.* Non rectius Schleiermacherus in conversione: dass, wenn sie vollkommen ausgebildet sind, solche Männer vorzüglich für die Angelegenheiten des Staats gedeihen. Unice vera Orellii explicatio verborum est in Schulthessii convers. p. 92.: Deutlich erhellet dies daraus, dass solche allein, wenn sie heran wachsen, in den Angelegenheiten des Staates sich als Männer beweisen. Eodem modo verba intelligenda esse docuit Rückertus ad h. l.

ὑπὸ τοῦ νόμου ἀναγκάζονται. Apud Stobaeum Serm. 65. p. 410. legitur: *Σπαρτιατῶν νόμος κάττει ζημίας, τὴν μὲν πρώτην ἀγαμίου· τὴν δευτέραν ὀψιγαμίου· τὴν τρίτην δὲ κακογαμίου.* Utrum apud Athenienses *ἀγαμίου* lex exstiterit, necne, in incerto est. Vide Wachsmuthii librum: Hellenische Alterthumskunde T. II. Abth. I. §. 98. p. 266., Meier u. Schöm. Att. Proc. 287. Cavendum est autem, ne quis forte nostro loco probari censeat, legem *ἀγαμίου* Athenis latam fuisse. Nam *νόμος* ambigua significatione apud Platonem adhiberi solet, ut et legem, et morem receptum,

ἀγάμοις. πάντως μὲν οὖν ὁ τοιοῦτος παιδεραστής τε καὶ φιλεραστὴς γίγνεται, ἀεὶ τὸ ξυγγενὲς ἀσπαζόμενος. ὅταν μὲν οὖν καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ ἐντύχῃ τῷ αὑτοῦ ἡμίσει καὶ ὁ παιδεραστὴς καὶ ἄλλος πᾶς, τότε καὶ θαυμαστὰ C ἐκπλήττονται φιλίᾳ τε καὶ οἰκειότητι καὶ ἔρωτι, οὐκ ἐθέλοντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, χωρίζεσθαι ἀλλήλων οὐδὲ

consuetudinem, exemplum significet. Vide annotat. p. 100.

παιδεραστής τε καὶ φιλεραστής. Non de pueris hic sermo est, sed de viris, qui integri viri segmenta sunt. Merito igitur mirere παιδεραστής verbi cum φιλεραστής coniunctionem. Interpretes verba convertunt: Knabenliebhaber und Liebhaberfreund, ut alterum verbum ad viros, alterum ad amasios pertineat. Sed fac, hanc Aristophanis mentem fuisse, quaeritur, cur ordinem verborum inverterit, admiseritque ὕστερον πρότερον, quod rectissime etiam a Rückerto notatur. Sed quam hic verborum illorum explicationem exhibuit, eam fateor mihi neutiquam probari. *Eam*, inquit, *rationem inii, ut φιλεραστὴν dictum hoc loco putarem amicorum amatorem ad analogiam παιδεραστής, quasi non a φιλέω, sed a φίλος petita esset pars prior nominis. Iam idem est, ac si dicat παίδων τε καὶ φίλων ἐραστήν. Sensus hic est: Ex hoc genere qui est, is semper amator est, sive pueri sunt, quos amat, sive amici. Quos enim pueros amavit, eosdem amicos habet, postquam adulti sunt, ita ut horum etiam amator magis, quam amicus sit.* Displicet haec explicatio duabus de caussis. Pueri enim, qui amantur, non minus amasii sunt quam amici amatorum. Deinde non dicitur Graece *φίλων ἐραστής* sed posito *ἐραστής* nomine *παῖδες* s. *παιδικά* adiungantur necesse est, contra *φίλων* ubi ponitur, non *ἐραστήν* sed *φίλον* adiungi usus loquendi flagitat. Possis παιδεραστής τε καὶ φιλεραστής ita explicare, ut virum intelligi censeas, qui neque alios vituperet amatores puerorum, et ipse pueros amet. Dubito tamen, num haec significatio cum φιλεραστής verbo satis conveniat. Supra annotavimus p. 144. φιλεῖν adhiberi haud raro, ubi de actione sermo sit, cui vis quaedam, qua necessario fiant, inesse indicetur. Eadem significatio interdum in iis nominibus obtinere videtur, quae cum φιλεῖν verbo composita sunt. Sic in Alcib. I. p. 122. C. non dubium est, quin de indole Lacedaemoniorum sermo sit, qua ad labores suscipiendos, ad aemulationem summam et ad honores consequendos ferantur. Verba sunt: εἰ δ' αὖ ἐθελήσεις εἰς σωφροσύνην τε καὶ κοσμιότητα ἀποβλέψαι — καὶ φιλοπονίαν καὶ φιλονεικίαν καὶ φιλοτιμίας τὰς Λακεδαιμονίων κ.τ.λ. Eodem modo verba p. 189. D. intelligenda sunt: ἔστι γὰρ θεῶν φιλανθρωπότατος quae ita de Erote dicuntur, ut deus sua natura perhibeatur homines maxime amare. Adde verba p. 191.

σμικρὸν χρύνον. καὶ οἱ διατελοῦντες μετ' ἀλλήλων διὰ βίου οὗτοί εἰσιν, οἳ οὐδ' ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν, ὅ τι βούλονται σφίσι παρ' ἀλλήλων γίγνεσθαι. οὐδὲ γὰρ ἂν δόξειε τοῦτ' εἶναι ἡ τῶν ἀφροδισίων συνουσία, ὡς ἄρα τούτου ἕνεκα ἕτερος ἑτέρῳ χαίρει ξυνὼν οὕτως ἐπὶ μεγάλης σπουδῆς· ἀλλ' ἄλλο τι βουλομένη ἑκα-

C. φιλογύναικες, p. 191. E. φίλανδροι, quae de naturali quodam instinctu dicta esse, etiam e verbis paullo infra positis colligitur: ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς τὰς γυναῖκας τετραμμέναι εἰσίν, quibus verbis φιλογύναικες nomen manifesto explicatur. Ad nostrum locum ut revertar, φιλεραστὴς idem est, atque ἐραστὴς φύσει, quo nomine supra utitur Aristophanes p. 192. B. παιδεραστοῦσι καὶ πρὸς γάμους καὶ παιδοποιΐας οὐ προσέχουσι τὸν νοῦν φύσει. Igitur Aristophanis mens haec est: Omnino igitur talis puerorum amator est atque naturali quodam instinctu, quippe integri viri segmentum, ad pueros amandos fertur.

καὶ ἄλλος πᾶς. Valet, quod hic de solis iis dicit, qui ex integro viro dissecti sunt, de ceteris quoque, mulierum et androgynorum segmentis; de quibus quum nolit copiosius dicere, solis hisce verbis additis ad hos quoque id pertinere significat. Rückert.

φιλίᾳ τε καὶ οἰκειότητι καὶ ἔρωτι. Exspectabas ordinem nominum inversum, quoniam priori loco positus est παιδεραστής, ad quem ἔρως nomen referendum est. Vide annotat. p. 69. Sed minus veteres in huiusmodi rebus accurati fuisse videntur. Ceterum οἰκειότης ad androgynum referri possit, ad integram feminam φιλία. Sed dubito, num id recte fiat. Tria potius nomina Aristophanes adhibuit amoris, ut esset, quod cum praecedentibus verbis Θαυμαστὰ ἐκπλήττονται conciliaretur, atque recuperatae integritatis gaudio responderet.

καὶ οἱ διατελοῦντες — οὗτοί εἰσιν, οἳ κ.τ.λ. Ficinus verba convertit: *Atque hi sunt, qui per omnem vitam amare pergunt: neque quid potissimum a se vicissim expetant, exprimere possunt.* In conversione Schleiermacheri exstat: und die ihr ganzes Leben lang mit einander verbunden bleiben, diese sind es, welche auch nicht einmal zu sagen wüssten, was sie von einander wollen. Non aliter Schulthessius verba convertit. Sed admodum languent; si quid video, probata hac verborum explicatione οὗτοί εἰσιν, οἳ verba, Aristophanes hoc potius dicturus erat: Mirum esse in amore hoc, quod amantes, cum velint per totam vitam coniuncti esse, iidem huius voluntatis ne causam quidem habeant satis gravem, quippe nescientes, quid alter ab altero sibi fieri velit. Est igitur, quod fugisse VV. DD. miror, διατελοῦντες non praesentis, sed futuri temporis participium.

D τέρου ἡ ψυχὴ δήλη ἐστὶν, ὃ οὐ δύναται εἰπεῖν, ἀλλὰ μαντεύεται ὃ βούλεται, καὶ αἰνίττεται. καὶ εἰ αὐτοῖς ἐν τῷ αὐτῷ κατακειμένοις ἐπιστὰς ὁ Ἥφαιστος, ἔχων τὰ ὄργανα, ἔροιτο· „Τί ἔσθ' ὃ βούλεσθε, ὦ ἄνθρωποι, ὑμῖν παρ' ἀλλήλων γενέσθαι;" καὶ εἰ ἀποροῦν-

ὡς ἄρα τούτου ἕνεκα. *Τούτου* pronomen generis neutrius ad praecedentia verba *τῶν ἀφροδισίων συνουσία* referendum est. Solet autem neutrum genus pronominis relativi et demonstrativi exhiberi, si praecedit tota enuntiatio, ad quam pronomen pertinet, vel si praecedens nomen e pluribus verbis compositum est, velut nostro loco *ἡ τῶν ἀφροδισίων συνουσία*. Latini eodem modo neutro genere pronominis interdum utuntur; saepius aliquod nomen latissimi significatus pronomini addunt: quae res. Adde Plat. de rep. I. p. 329. C. *πῶς, ἔφη, ὦ Σοφόκλεις, ἔχεις πρὸς τἀφροδίσια — καὶ ὅς, Εὐφήμει, ἔφη, ὦ ἄνθρωπε· ἀσμενέστατα μέντοι αὐτὸ ἀπέφυγον κ. τ. λ.*, ad quem locum rectissime Stallbaumius monet, pronomine singularis numeri etiam contemtum rerum venerearum exprimi, ut *ὡς ἄρα τούτου ἕνεκα* convertendum sit: dass dieser Armseligkeit halber cet. In sequentibus *οὕτως*, latioris significatus verbum accuratiori definitioni, uti solet, praemittitur. cfr. p. 192. E. *ἐκεῖ αὖ ἐν Ἅιδου*. Adde Alcib. I. p. 105. c. 4. *ὅτι αὐτοῦ σε δεῖ δυναστεύειν ἐν τῇ Εὐρώπῃ*. Vide annot. p. 43. Censet Rückertus ad h. l. *οὕτως ἐπὶ μεγάλης σπουδῆς* pro *ἐφ' οὕτω μεγάλης σπουδῆς* positum esse. Eam metathesin verborum Graeci admittunt in verbis *πάνυ, πολλύ*, aliis; num in *οὕτως* verbo admiserint, vehementer dubito.

ὃ οὐ δύναται εἰπεῖν κ. τ. λ. Vis amoris haec est, ut amantes impellat ad aliquid, quod quid sit, ipsi, qui amant, prorsus ignorant. Quod autem *μαντεύεσθαι* atque *αἰνίττεσθαι* dicuntur, hoc est, divinare atque caeco quodam animi praesagio sentire id, quod sibi fieri velint, idem Margarethae verbis notissimis in Faustio Goethii pulcherrime expressum est.

ἐπιστὰς ὁ Ἥφαιστος, ἔχων τὰ ὄργανα κ. τ. λ. Si germina duo salicis aliusve arboris, aut fructus duo mali, piri, pruni, filo adhibito ita colligantur, ut alterius latus cum alterius lateri firmissime connexum sit, fieri solet haud raro, ut e duobus germinibus fructibusve prodeat unum. Haec res, nostris temporibus pueris satis nota, non dubium est, quin et Graecis innotuerit. Ad eandem Aristophanes fortasse allusit. Iam intelliges, *τὰ ὄργανα* verbis cuius generis instrumenta significantur. Vincula sunt et compages, quibus adhibitis duo homines ita colligantur, ut germinum fructuumve instar firmissime connexi alter ab altero discedere nequeat atque duo in unum concrescant. Minus apte Rückertus ad h. l. *Semper mihi*, inquit, *visus est Plato his, quae de Vul-*

τας αὐτοὺς πάλιν ἔροιτο· „Ἆρά γε τοῦδε ἐπιθυμεῖτε, ἐν τῷ αὐτῷ γενέσθαι ὅτι μάλιστα ἀλλήλοις, ὥστε καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν μὴ ἀπολείπεσθαι ἀλλήλων; εἰ γὰρ τούτου ἐπιθυμεῖτε, ἐθέλω ὑμᾶς συντῆξαι καὶ E συμφῦσαι εἰς τὸ αὐτό, ὥστε δύ' ὄντας ἕνα γεγονέναι,

cano dicentem facit Aristophanem, Homericam fabulam respicere de Martis ac Veneris amoribus, Odyss. VIII, 266. seqq. maxime propter Mercurii verba, quibus ille, etiam si ter tantis vinculis constringi debeat, omnesque deos deasque spectatores habere, tamen se Veneris fructum vel hoc pretio emturum fore profitetur.

ἆρά γε τοῦδε ἐπιθυμεῖτε. *Ἆρά γε* poni solet, quando is, qui interrogat, veram esse opinatur, quam rem sciscitatur. cfr. Plat. Polit. I, 328. A. *καὶ ὁ Ἀδείμαντος, Ἆρά γε, ἦ δ' ὅς, οὐδ' ἴστε, ὅτι λαμπὰς ἔσται πρὸς ἑσπέραν ἀφ' ἵππων τῇ θεῷ;* Nescire revera Socratem ceterosque Adimantus suspicatur τῆς λαμπάδος celebrationem, quod abitum parantes conspiciebat. Adde Plat. Crit. p. 44. E. *ἆρά γε μὴ ἐμοῦ προμηθεῖ καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων;* ubi supplendum est: aliam certe recusationis caussam non reperio. Alcib. II. p. 138. A. *ἆρά γε πρὸς τὸν θεὸν προσευξόμενος πορεύει;* ubi verba quaedam omissa sunt, ad quae *γέ* particula referenda est: Coronatum te certe conspicio sacrificantium ritu. Nostro loco Vulcanus cum animadvertisset, *ἕτερον ἑτέρῳ χαίρειν ξυνόντα ἐπὶ μεγάλης σπουδῆς, γέ* particula usus hanc cogitationem interrogationi admiscet: Videmini certe velle alter alteri se artissime adiungere.

συντῆξαι καὶ συμφῦσαι. *Συντήκειν* verbo Plato supra usus est p. 183. E. *ὁ δὲ τοῦ ἤθους χρηστοῦ ὄντος ἐραστὴς διὰ βίου μένει ἅτε μονίμῳ συντακείς.* Proprium est de fabri ferrarii arte, qui metalla colliquefacit, ut ea artissime coniungat. Vide Ruhnkenii annot. ad Tim. L. V. Pl. p. 139. Pro *συμφῦσαι* codd. non pauci *συμφυσῆσαι* exhibent, quorum in numero sunt Bodleianus, Vaticani duo, alii. Hinc non mireris, *συμφυσῆσαι* a Reyndersio atque Rückerto in ordinem verborum receptum esse, praesertim cum fabri ferrarii opificio verbum apprime conveniat. Nobis cur unice probetur, quod Bekkerus et Stallbaumius dederunt, *συμφῦσαι*, ex annotatione *ἐπιστὰς ὁ Ἥφαιστος, ἔχων τὰ ὄργανα* verbis subiecta patebit. Sic in Plat. Epist. VI. p. 323. C. legitur: *οἶμαι γὰρ δίκῃ τε καὶ αἰδοῖ τοὺς παρ' ἡμῶν ἐντεῦθεν ἐλθόντας λόγους, εἰ μή τι τὸ λυθὲν μέγα τύχοι γενόμενον, ἐπῳδῆς ἡστινοσοῦν μᾶλλον ἂν συμφῦσαι καὶ συνδῆσαι πάλιν εἰς τὴν προϋπάρχουσαν φιλότητά τε καὶ κοινωνίαν.* Ad nostrum locum Aristoteles videtur respicere De rep. II, 4.: *καθάπερ ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς ἴσμεν λέγοντα τὸν Ἀριστοφάνην, ὡς τῶν ἐρώντων διὰ*

καὶ ἕως τ' ἂν ζῆτε, ὡς ἕνα ὄντα, κοινῇ ἀμφοτέρους ζῆν, καὶ ἐπειδὰν ἀποθάνητε, ἐκεῖ αὖ ἐν Ἅιδου ἀντὶ δυεῖν ἕνα εἶναι κοινῇ τεθνεῶτε. ἀλλ' ὁρᾶτε, εἰ τούτου ἐρᾶτε καὶ ἐξαρκεῖ ὑμῖν, ἂν τούτου τύχητε". ταῦτα ἀκούσας ἴσμεν, ὅτι οὐδ' ἂν εἷς ἐξαρνηθείη, οὐδ' ἄλλο τι

τὸ σφόδρα φιλεῖν ἐπιθυμούντων συμφῦναι καὶ γενέσθαι ἐκ δύο ὄντων ἀμφοτέρους ἕνα.

ὡς ἕνα ὄντα. Vulgo pro ὄντα legitur ὄντας, quae lectio non nisi tribus Bekkeri libris confirmatur. Non dubium est, quin ὄντας in textum irrepserit scribarum errore, qui, cum paullo supra legerint ὥστε δύ' ὄντας, etiam hoc loco pluralem numerum admiserunt. Quamquam autem non falsum est ὡς ἕνα ὄντας, tamen ipsa oppositionis ratio, quae inter ὥστε δύ' ὄντας et ὡς ἕνα ὄντα manifesta reperitur, singularem numerum exigere videtur.

ἐκεῖ αὖ ἐν Ἅιδου — ἕνα εἶναι. De verbis ἐκεῖ — ἐν Ἅιδου supra dictum est p. 43. Ἕνα εἶναι e praecedente ὥστε particula pendet, quae non opus est, ut hoc loco repetatur. Quaeritur autem, qui possit Ἥφαιστος ἔχων τὰ ὄργανα corpora amantium ita coniungere atque colligare, ut et in Orco manes coniuncti maneant. Explicanda haec res est e veterum de animorum post mortem conditione. Manes enim quasi umbrae erant ad similitudinem hominum mortuorum accuratissime conformatae, quapropter apud Homerum haud raro βροτῶν εἴδωλα vocantur. cfr. Odyss. 11. 475. Adde Il. 23. 65.

ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Πατροκλῆος δειλοῖο
κάντ' αὐτῷ, μέγεθός τε καὶ ὄμματα κάλ' εἰκυῖα
καὶ φωνὴν, καὶ τοῖα περὶ χροῒ εἵματα ἕστο.

Ex veterum igitur opinione qui in vita breviorem alterum pedem habebat, etiam in Orco solebat claudicare, monoculus non nisi unius oculi lumine gaudere. Sequitur inde, qui in vita ita colligati fuerint a Vulcano, ut in unum corpus concreverint, eosdem etiam in Orco coniunctissimos esse. — Pro ἀντὶ δυοῖν, quae lectio vulgata est, ἀντὶ δυεῖν edidimus cum Bekkero et Stallbaumio, Bodleiani codicis auctoritatem secuti. Δυοῖν praeter Rückertum etiam Matth. verum habet in Gramm, §. 138. p. 262. Annotat tamen ille ad nostrum locum: *minime*, inquit, *dubium nobis est, quin a Platone usurpata fuerit haec forma* (δυεῖν), *cuius sat multa vestigia in codd. reliqua.*

εἰ τούτου ἐρᾶτε. Haec brevius dicta sunt; expletior oratio audiret: ἀλλ' ὁρᾶτε, εἰ τοῦτό ἐστιν, οὗ ἐρᾶτε. Sequentibus verbis ταῦτα ἀκούσας ἴσμεν ὅτι οὐδ' ἂν εἷς κ. τ. λ. apodosis efficitur ad verba p. 192. E. init. καὶ εἰ αὐτοῖς ἐν τῷ αὐτῷ κατακειμένοις ἐπιστὰς κ. τ. λ. Annotant autem interpretes, Aristophanem αὐτοῖς pronominis in protasi positi non amplius memorem, singularem numerum in

ἂν φανείη βουλόμενος, ἀλλ' ἀτεχνῶς οἷοιτ' ἂν ἀκηκοέναι τοῦτο, ὃ πάλαι ἄρα ἐπεθύμει, συνελθὼν καὶ συντακεὶς τῷ ἐρωμένῳ ἓκ δυεῖν εἷς γενέσθαι.

Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἴτιον, ὅτι ἡ ἀρχαία φύσις ἡμῶν ἦν αὕτη καὶ ἦμεν ὅλοι. τοῦ ὅλου οὖν τῇ ἐπι-

apodosi posuisse, atque eum proximo οὐδ' ἂν εἷς accommodasse. : οὐδ' ἂν εἷς. Οὐδὲ εἷς ita differt ab οὐδείς, ut hoc nullum significet, illud, quoniam interposita ἄν vocula vis negationis augetur incredibiliter, neminem denotet ne uno quidem excepto. Unum exemplum huius usus ut laudem, Plat. Phaed. p. 100. C. φαίνεται γάρ μοι, εἴ τί ἐστιν ἄλλο καλὸν πλὴν αὐτὸ τὸ καλόν, οὐδὲ δ' ἓν ἄλλο καλὸν εἶναι ἢ διότι μετέχει ἐκείνου τοῦ καλοῦ. Plura exempla Stallbaumius congessit in annot. ad Plat. de rep. I. p. 353. D.

ἀλλ' ἀτεχνῶς. Ἀτεχνῶς verbum apud Platonem saepissime reperitur, ibique vario modo explicandum est. Primaria verbi significatio est, ut etymologia docet, ἁπλάστως, ἀδόλως, a qua reliquae verbi significationes facili negotio derivantur. Nam quae sine artificio dicuntur aguntur ve, ea clare aperteque, certissime, ἀσφαλῶς, lucidissime, φανερῶς, simplicissime, ἁπλῶς, summatim, καθάπαξ pronuntiantur. Nostro loco possis etiam de tempore voculam dictam intelligere, ut conversio audiat verborum: und jeder wird sogleich, ohne Weiteres das gehört zu haben vermeinen, wornach eben er lange schon strebte. Scholiasta ad Eutyphronem habet apud Bekkerum, Comment. critt. in Platonem T. II p. 325. ἀτεχνῶς· παντελῶς, ἁπλῶς ἢ καθάπαξ, ἰσχυρῶς, ἢ τελέως. οἱ δὲ ἐν ἴσῳ τῷ ὄντι, καὶ ἀληθείᾳ· οἱ δὲ δηλοῦν τὸ παράπαν καὶ καθόλου, κατ' ἀλήθειαν.

οἷοιτ' ἂν ἀκηκοέναι. Ad οἷοιτ' ἄν ex praecedente οὐδὲ εἷς intellige ἕκαστος. De rep. II. p. 366. D. τῶν γε ἄλλων οὐδεὶς ἑκὼν δίκαιος, ἀλλ' ὑπὸ ἀνανδρίας — ψέγει τὸ ἀδικεῖν, ἀδυνατῶν αὐτὸ δρᾶν. Horatii Serm. I. 1, 1.

Qui fit, Maecenas, ut nemo, quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa
Contentus vivat, laudet diversa sequentes

h. e. sed quisque laudet cet. Stallb. Comparari potest cum hoc dicendi genere ea verborum structura, qua haud raro e praecedente verbo negativo affirmativum repetendum est; eam indicatam reperies in Indicibus. Ceterum Rückertus censet non ἕκαστος sed ὁ ἀκούσας subintelligendum esse.

τοῦτο γὰρ τὸ αἴτιον. Ficinus verba convertit: Huius caussa est, quia prisca hominum natura haec erat integrique eramus. Eodem modo Schleiermacherus: Hievon ist nun dies die Ursache. Neque

193 θυμίᾳ καὶ διώξει Ἔρως ὄνομα. καὶ πρὸ τοῦ, ὥσπερ λέγω, ἓν ἦμεν· νυνὶ δὲ διὰ τὴν ἀδικίαν διωκίσθημεν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθάπερ Ἀρκάδες ὑπὸ Λακεδαιμονίων.

defuerunt, qui τούτου pro τοῦτο in verborum ordinem inferrent. Si pro γάρ legeretur δέ particula, ut in Plat. Apol. Socr. p. 31. C., ipsi τούτου scribendum censeremus: γάρ part. genitivum pronominis non admittit. Referenda autem caussalis particula est ad praecedens ἴσμεν: Scimus ne unum quidem eorum, qui haec audirent, ea recusaturos esse — in caussa enim hoc est, quod natura nostra primitus talis erat integrique eramus.

Ἔρως ὄνομα. Erotis nomen maiore cum vi hoc loco pronuntiandum est; igitur, quo validius emineat, articulo caret. Exempla si quaeris nominum sine articulo positorum, vide annotat. p. 129. Fortasse etiam eadem de caussa in Plat. Gorg. p. 448. E. lectio vulgata vera est, quam codd. lectioni posthabuerunt interpretes. οὐ γὰρ ἀπεκρινάμην, ὅτι εἴη καλλίστη. Codd. plerique articulum exhibent ἡ καλλίστη. Ceterum hoc loco interrogandi signum in punctum mutandum censemus, quod ironicae dictioni convenit apprime. Polus enim hoc dicit: Videlicet non respondebam eam καλλίστην esse. — Quae sequuntur verba, καὶ πρὸ τοῦ ἓν ἦμεν, meram repetitionem sentiae supra probatae continent, ut nemo ea desideraret, si abessent. Hanc repetitionem perspicuitatis caussa admissam ne quis segrius ferat, ὥσπερ λέγω verba addita sunt, de quibus diximus in annot. p. 133. ad verba ἦ τε οὖν ἰατρικὴ, ὥσπερ λέγω, πᾶσα κ. τ. λ.

καθάπερ Ἀρκάδες ὑπὸ Λακεδαιμονίων. Ad quam rem Aristophanes Arcadum Lacedaemonumque laudato exemplo alluserit, notum est atque ab interpretibus satis indicatum. Laudant Xenoph. Hell. V. 2. 7. ἐκ δὲ τούτου καθῃρήθη μὲν τὸ τεῖχος, διωκίσθη δὲ ἡ Μαντίνεα τετραχῇ. Aristid. Orat. T. II. p. 287. ed. Iebb. διωκίσθησαν δέ γε Μαντινεῖς ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἤδη τῆς εἰρήνης ὁμωμοσμένης. Alios Rückertus laudat ad h. l. Adde Wachsmuths Hellenische Alterthumskunde I, 2. p. 420.: Vor allen war Mantinea einträchtig und kräftig. Aber auch gegen diese Stadt machte Sparta mit empörender Gewalt die Satzung des Friedens geltend; sie wurde Olymp. 98. 3., 386 v. Chr., in Ortschaften aufgelöst, aus denen sie vor etwa einem Iahrhundert entstanden war. Constat autem, eo tempore, quo Mantinea a Lacedaemoniis eversa est, plerosque convivas symposii, quod et ipsum celebratum est Olymp. XCVIII. 4. h. e. 386. a Chr. n., iam fuisse mortuos. Anachronismum igitur h. l. Platonem admisisse interpretes annotant simulque Symposium post Olymp. XCVIII. 4. conscriptum docent. Comparationem ipsam quod attinet, frustra tertium, quod vo-

φόβος οὖν ἔστιν, ἐὰν μὴ κόσμιοι ὦμεν πρὸς τοὺς θεούς, ὅπως μὴ καὶ αὖθις διασχισθησόμεθα καὶ περίϊμεν ἔχοντες ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς στήλαις κατὰ γραφὴν

cant, comparationis quaesivi. Vellem annotasset aliquis interpretum, quo iure hominum dissectionem cum Mantineae eversione comparatam putet. Non dubitarem equidem, *καθάπερ Ἀρκάδες ὑπὸ Λακεδαιμονίων* insiticia putare, nisi praecederet *διῳκίσθημεν* verbum, quod aperte ad haec verba comparatum est. Praetervidit hoc Cornarius, qui *διεσχίσθημεν* scribendum coniecit. Sed nec hoc nos prohibet, quominus certe depravationis aliquid verbis inesse censeamus; vide Excurs., ubi fusius de hoc loco disputabimus.

φόβος οὖν ἔστιν. Vulgo *ἔνεστιν* legitur, quod ne Graecum quidem censuerim in huiusmodi enuntiatione. Sequentibus verbis *κόσμιος πρὸς τοὺς θεούς* ad primaevum hominum genus respicitur, quod in ipsos deos impetum fecit. Ex quo genere quoniam, qui nunc vivunt, homines orti sunt, cavendum est, ne forte natura ad impietatem ducente illis similes sint, eandemque, quam illi, corporis dissectionem experiantur.

ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς στήλαις — ἐκτετυπωμένοι. Annotat Stallbaumius ad h. l.: Locus videtur hoc modo explicandus esse. Veteres artifices vasa, signa, alia, ita caelabant, ut ea ostenderent figuras extra prominentes, interdum totas, interdum dimidiatas. Et hae quidem vocabantur *πρόστυπα*, illae vero *περιφανῆ* et *ἐκφανῆ*. v. Salmas. ad Solin. p. 786. Quum igitur *ἐκτυποῦν* omnino sit caelare adeoque de figuris utriusque generis dici soleat, perspicuitatis caussa additur *κατὰ γραφήν*, picturae s. tabulae pictae modo, quo additamento efficitur, ut cogitandum sit necessario de *προστύποις* s. crustis. — Hanc verborum *κατὰ γραφήν* explicationem fateor mihi non placere, neque omnino video, quomodo clarius fiat illis verbis additis, de crustis sermonem esse. Schleiermacherus verba *κατὰ γραφήν* plane non expressit: Dass wir nicht noch einmal zerspaltet werden und so herumgehen müssen, wie die auf den Grabsteinen ausgeschnittenen, die mitten durch die Nase gespalten sind. Atque fortasse interpres doctissimus de figuris cogitavit ab impia incultae plebeculae manu violatis. Quis enim alias unquam de dissectis figurarum usuribus in veterum monumentis quicquam audivit? Altera explicatio est, qua dicuntur homines in monumentis non a facie tota, sed a parte faciei altera efformati esse atque ideo dissecti vocari. Si hoc modo rem animo suo informarunt VV. DD.: potuisse cuiquam huiusmodi artificia intuenti dissectionis cogitationem in mentem venire, constanter negamus. Quid enim? Rem quamque ut in operibus caelatis, picturis, aliis, ita in rerum natura ex altera tan-

ἐκτετυπωμένοι, διαπεπρισμένοι κατὰ τὰς ῥῖνας, γεγονότες ὥσπερ λίσπαι. ἀλλὰ τούτων ἕνεκα πάντ' ἄνδρα

tummodo parte conspicimus, totam uno obtutu non comprehendimus. Num cuiquam in mentem venit de dimidiatis vel monte, vel domo, vel alia quavis re cogitare? Ut in rerum natura alteram tantummodo rei cuiusvis partem conspicimus, alteram supplemus mente, ita etiam in artis operibus ex altera parte effictis, quae non videmus, mente supplere solemus. Alia verborum explicatione opus est, atque, si quid video, litterulae unius mutatione. Vulgo legitur *καταγραφήν*, quod primus Ruhnkenius vidit in annot. ad Timaei L. V. Pl. p. 175. in *κατὰ γραφήν* mutandum esse. Ortum nobis illud est ex *καταβ̓βαφήν*; scripsit autem Plato *κατὰ ῥαφήν*. Haec scriptura quam bene conveniat Aristophanis sententiae, iam vide. *Στήλη* est Suida teste lapis in altum erectus, figura quadrata, idemque figuris haud raro exornatus. *Ῥαφή* compages est laterum duorum, angulum efficientium. Iam patere opinor, figuras in statuis quadratis *κατὰ ῥαφήν ἐκτετυπωμένας* non aliter intelligi posse, quam in ipsa duorum laterum compagine positae. Eo loco dissectione figurae opus erat, ut altera eius pars in altero, altera in altero latere poneretur. Uckermanni, viri humanissimi industria factum est, ut quadri effigies tabulae lapideae incisa apponi posset, qua clarius redderetur lectoribus, quid Aristophanes verbis *κατὰ ῥαφήν* adhibitis intelligi voluerit.



χρὴ ἅπαντα παρακελεύεσθαι εὐσεβεῖν περὶ θεούς, ἵνα B
τὰ μὲν ἐκφύγωμεν, τῶν δὲ τύχωμεν, ὧν ὁ Ἔρως ἡμῖν

Habes duorum virorum segmenta duo, quorum alterae partes non conspiciuntur quippe positae in statuae lateribus, quae cum hoc latere cohaerent, sed ab hac parte statuae non comparent. Vide autem, quam bene haec segmenta conveniant cum verbis supra lectis p. 190. D. ἐὰν δ' ἔτι δοκῶσιν ἀσελγαίνειν — πάλιν αὖ τεμῶ δίχα, ὥστ' ἐφ' ἑνὸς πορεύσονται σκέλους ἀσκωλιάζοντες. Adde dissectarum narium narrationem, quam optime repraesentatam habes horum segmentorum effigie. Ne autem de veritate figurarum κατὰ ῥαφὴν effictarum dubites, ipsi veterum monumenta sepulcralia vidimus, in quibus huiusmodi dissectiones admissae erant. Eas admisisse videntur artifices ea de caussa, ut fabulae, quam figuris describerent, continuitatem, continuo figurarum ordine certius assequerentur. Quod autem artifices plastici sibi licere arbitrati sunt, figuras ut dissecarent, idem haud raro poëtae in versuum finibus imitati sunt. Nullus enim dubito, quin verba, quae et ipsa sunt figurae artificiosae et quasi imagines rerum, in versuum finibus recte dissecari possint.

διαπεπριόμενοι κατὰ τὰς ῥῖνας. Ne quem offendat hoc loco διαπεπριόμενοι verbum, depromptum est e comparatione sequente ὥσπερ λίσπαι. Tali enim serra dissecari solebant. Prorsus eodem modo p. 193. A. de hominum dissectione dicitur διῳκίσθημεν, quo loco διοχίσθημεν Cornarium frustra coniecisse supra monuimus. Λίσπαι autem vocem Schol. ad h. l. explicat: αἱ λεῖαι καὶ ἐκτετριμμέναι καὶ ἄπυγοι λίαν, καὶ οἱ διαπεπριόμενοι ἀστράγαλοι. οἵ τε Ἀθηναῖοι λίσποι καλοῦνται τῷ ἐκ τῆς ἐν τῷ παπηλατεῖν συνεχοῦς ἐφέδρας αὐτοὺς ἀπογλούτους εἶναι. Stallbaumius ad h. l. οἱ διαπεπριόμενοι, inquit, ἀστράγαλοι quid sibi velit, intelligitur e Scholiis Euripideis ad Medeam v. 610.: οἱ ἐπιξενούμενοί τισιν, ἀστράγαλον κατατέμνοντες, θάτερον μὲν αὐτοὶ κατεῖχον μέρος, θάτερον δὲ κατελίμπανον τοῖς ὑποδεξαμένοις, ἵνα, εἰ δέοι πάλιν αὐτοὺς ἢ τοὺς ἐκείνων ἐπιξενοῦσθαι πρὸς ἀλλήλους, ἐπαγόμενοι τὸ ἥμισυ ἀστραγάλιον, ἀνανεοῖντο τὴν ξενίαν. Εὔβουλος Ξούθῳ· τί ποτ' ἐστὶν ἅπαντα διαπεπριόμενα ἡμίσεως, ἀκριβῶς περ εἰς τὰ σύμβολα. οὕτως Ἑλλάδιος. — Non dubium quidem est, quin Aristophanes ad hospitalitatis tesseras respexerit, quae λίσπαι vocabantur, verum, ni fallor, eadem tessera etiam modus dissectionis indicatur. Tali enim non in medio dissecari solere consentaneum est, sed ab uno angulo ad alterum versus.

ὧν ὁ Ἔρως ἡμῖν ἡγεμών. Vulgo legitur ὡς pro ὧν, quod in ordinem verborum recipiendum esse primus vidit H. Stephanus. Eum secuti sunt Bekkerus, Stallbaumius, alii. Rükkertus ὡς reposuit motus codicum auctoritate, quorum exiguus numerus ὧν exhibeat. Sed no-

ἡγεμὼν καὶ στρατηγός. ᾧ μηδεὶς ἐναντία πραττέτω· πράττει δ' ἐναντία, ὅστις θεοῖς ἀπεχθάνεται. φίλοι γὰρ γενόμενοι καὶ διαλλαγέντες τῷ θεῷ ἐξευρήσομέν

luit dicere Aristophanes, faciendum esse, ut eo modo, quem Eros indigitet, pristinae integritatis participes fieri studeamus; (alio enim modo eam nemo assequi potest); sed ut eorum compotes fieri studeamus, ad quae Eros ducat. Necessario autem *ὧν* ponendum est etiam ideo, quod *τῶν δέ*, cum *τὰ μέν* satis explicetur praecedentibus, non satis explicatum est atque definitum. Ceterum *ἡγεμὼν καὶ στρατηγός* abundanter dictum est ornatus gratia, quod moneo, ne quis forte maiorem ipsis vim tribuat, quam qua Aristophanes eadem exhibere voluit.

ᾧ μηδεὶς ἐναντία πραττέτω. Haec verba prorsus eadem gravitate dicta sunt atque verba p. 189. D.: *ἐγὼ οὖν πειράσομαι ὑμῖν εἰσηγήσασθαι τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ὑμεῖς δὲ τῶν ἄλλων διδάσκαλοι ἔσεσθε.* Vide annot. p. 153.

ἐξευρήσομέν τε καὶ ἐντευξόμεθα. Latinis non licet diversae structurae verba ita coniungere, ut sequentis nominis terminatio tantummodo accommodetur ad unius verbi naturam. Neque Graece licet, accurate si rem spectas, huiusmodi structuras verborum adhibere. Nam nostro loco *τε καὶ* particularum ea vis est atque potestas, ut prioris verbi finiti pondus imminuant, posterioris adaugeant, quasi si dixisset Aristophanes *ἐξευρήσοντες ἐντευξόμεθα.* Haud raro etiam nominibus, quae a verbis diversae structurae derivantur, coniungendis, *τε καὶ* particulae solent apponi, v. c. p. 147. E. *παραστάτης τε καὶ σωτήρ.* In nominibus quidem harum particularum non constans usus, ac facile quidem iisdem, ubi non comparent, caremus, nullum autem apud veteres scriptores locum repereris, ubi verba diversae structurae adiunctoque aliquo nomine per simplex *καί* coniuncta sint.

τοῖς ἡμετέροις αὐτῶν, Ingeniosa quidem est, sed minime probanda Bastii coniectura: *τοῖς ἡμιτόμοις αὐτῶν.* Exempla non rara sunt, quae *αὐτός* pronomen cum possessivo pronomine coniunctum exhibeant. Idem usus iam apud Homerum obvaluit, v. c. Odyss. 1. v. 7.

αὐτῶν γὰρ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο.

Alia exempla Matth. congessit in Gramm. plen. §. 466. Verba nostra convertenda sunt: unsern eigensten Lieblingen.

ὃ τῶν νῦν ὀλίγοι ποιοῦσιν h. e. quod eorum, qui nunc vivunt, faciunt pauci. *Ποιεῖν* interdum, ut Latinorum facere, non actionem describit, sed vitae conditionem, quare recte Schleiermacherus verba convertit: Was ietzt nur wenigen begegnet. Invaluit hic *ποιεῖν* verbi usus ideo, quod vitae conditio talis plerumque esse solet, quales fuerunt actiones praecedentes.

τε καὶ ἐντευξόμεθα τοῖς παιδικοῖς τοῖς ἡμετέροις αὐτῶν, ὃ τῶν νῦν ὀλίγοι ποιοῦσι. καὶ μή μοι ὑπολάβῃ Ἐρυξίμαχος κωμῳδῶν τὸν λόγον, ὡς Παυσανίαν

καὶ μή μοι ὑπολάβῃ. Haec est Bodleiani aliorumque nonnullorum lectio, quam receperunt Bekkerus Stallbaumius, alii. Vulgo legitur καὶ μή μου ὑπολάβῃ, quod unice probans Rükkertus: *Reposuerunt*, inquit, *dativum casum recentiores editores omnes. Cuius rei necessitatem ego nullam me confiteor videre. Est enim hyperbaton μου ad τὸν λόγον referendum, sicut haud raro Graeci pronominis casum obliquum in principio ponunt sententiae ita, ut, regens vocabulum in fine demum sequatur.* Speciosa hac annotatione cave seduci te patiaris. Non negamus quidem, pronomina aliusque generis verba interpositis quibusdam voculis ab iis verbis saepissime seiungi, ad quae proprie pertineant, tenendum autem est, huiusmodi verborum disiunctionem non admitti a scriptoribus, nisi ita, ut vi quadam augeatur vel pronomen vel aliud quivis verbum a verbis suis disiunctum. Igitur nostro loco si scribitur καὶ μή μου ὑπολάβῃ Ἐρυξίμαχος κωμῳδῶν τὸν λόγον, sententia existit haec: *Ac ne meam suspicetur Eryximachus orationem ridens, me Pausaniam et Agathonem tangere;* sed hoc neque potuit neque voluit Aristophanes dicere. Unice verus dativus casus est, quem ethicum grammatici vocant; explicatur is commodissime hac conversione: Ne mihi accidat hoc, ut Eryximachus orationem meam ridens suspicetur, me Pausaniam atque Agathonem hic tangere. Exempla dativi ethici Matth. congessit Gramm. plen. §. 389. p. 713.

κωμῳδῶν τὸν λόγον. Stallbaumius ad Plat. Apol. Socr. p. 31. D.: ὅτι μοι θεῖόν τι καὶ δαιμόνιον γίγνεται, ὃ δὴ καὶ ἐν τῇ γραφῇ ἐπικωμῳδῶν Μέλητος ἐγράψατο, Fischeri annotationem laudat hanc, ed. p. 61.: ἐπικωμῳδεῖν est ridere, notare, ut κομῳδεῖν et διακωμῳδεῖν idem valent, quod διασύρειν, σκώπτειν, χλευάζειν, v. Poll. IX. 148. Caussa est, quia in comoedia vetere vitia hominum describebantur et homines quasi notabantur. — Quid igitur de Aristophanico Socrate iudicabis in Nubibus? Num ibi vitia hominis sanctissimi notantur? Non credo, neque mihi satisfacit Fischeriana κωμῳδεῖν verbi explicatio. Κομῳδεῖν non eius solum est, qui vitia notat, sed etiam, qui res serias in ridiculam partem interpretatur. Quo consilio et modo id Aristophanes in Nubibus fecerit, alio loco explicabimus. Nostro autem loco, quoniam Eryximachus medicus censorem se fore minitatus erat orationis p. 189. B., Aristophanes vereri se simulat, ne forte ea, quae hucusque dicta essent, in ridiculam partem interpretaretur atque in Pausaniam Agathonemque orationem directam explicaret.

ἴσως μὲν γὰρ — ἄρρενες. Quod fortasse dicuntur bonorum illorum h. e. pri-

καὶ Ἀγάθωνα λέγω· ἴσως μὲν γὰρ καὶ οὗτοι τούτων
C τυγχάνουσιν ὄντες καὶ εἰσὶν ἀμφότεροι τὴν φύσιν ἄρ-
ρενες, λέγω δὲ οὖν ἔγωγε καθ' ἁπάντων καὶ ἀνδρῶν καὶ
γυναικῶν, ὅτι οὕτως ἂν ἡμῶν τὸ γένος εὐδαίμον γένοιτο,
εἰ ἐκτελέσαιμεν τὸν ἔρωτα καὶ τῶν παιδικῶν τῶν αὑτοῦ
ἕκαστος τύχοι εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀπελθὼν φύσιν. εἰ δὲ
τοῦτο ἄριστον, ἀναγκαῖον καὶ τῶν νῦν παρόντων τὸ
τούτου ἐγγυτάτω ἄριστον εἶναι. τοῦτο δ' ἐστὶ παιδι-
κῶν τυχεῖν κατὰ νοῦν αὐτῷ πεφυκότων. οὗ δὴ τὸν αἴ-
D τιον θεὸν ὑμνοῦντες δικαίως ἂν ὑμνοῖμεν Ἔρωτα, ὃς ἔν
τε τῷ παρόντι ἡμᾶς πλεῖστα ὀνίνησιν εἰς τὸ οἰκεῖον

stinae felicitatis integritatisque participes esse, id satis spinosum Fortasse alterius figura altero procerior erat, ut ne cogitari quidem potuisset, alterum alterius partem esse. De altera parte huius enuntiati καὶ εἰσὶν ἀμφότεροι τὴν φύσιν ἄρρενες vario modo interpretes iudicarunt. Bastius pro ἄρρενες scribendum coniecit ἄρρενος, Orellius ad Isocr. p. 330. loco mederi censuit scriptura ἄρρενος ἑνός. Stallbaumius ad h. l. ἄρρενες idem esse censet atque ἄρρενος ἑνός. — Videtur ἄρρενες cum emphasi positum esse, ut supra p. 192. A. ἄνδρες nomen. Molitiem autem utriusque poëtae notat Aristophanes, atque ad eorum nomina respicit, ut, cum Pausaniam et Agathonem summorum bonorum compotes atque revera viriles dicat, παυσαμένους τῶν ἀγαθῶν intelligi velit, h. e. homines parum virilitate gaudentes, sed elumbes, effeminatos, enervatos. Probatur haec nostra verborum explicatio verbis sequentibus: εἰ ἐκτελέσαιμεν τὸν ἔρωτα. Tetigimus hunc locum in Comment. de Sympos. Platonis.

τῶν νῦν παρόντων. Τὰ νῦν παρόντα sunt, quae in praesenti nostra conditione fieri possunt, nostraque sunt in potestate. Quum enim illud assequi non possimus, ut plane coalescat natura nostra cum altera nostri parte, sicut omnino in rebus humanis, ita hac quoque in re optimum illud est habendum, quod ad idealem illum, in quo olim fuimus, statum quam proxime accedat. Rückert.

κατὰ νοῦν αὐτῷ. In permultis codicibus pro αὐτῷ legitur αὑτῷ, quae lectio ab iis reperta est, qui frustra quaererent, ad quod αὐτῷ referrent. Subiectum cum alias haud raro omittitur, tum hoc loco omissum facillime feras, quod praecedit: καὶ τῶν παιδικῶν τῶν αὑτοῦ ἕκαστος τύχοι κ. τ. λ. Ceterum κατὰ νοῦν αὐτῷ π. apprime respondet nostratium: seinem Geschmack entsprechend.

εἰς τὸ οἰκεῖον ἄγων. De ἄγειν verbi usu absoluto su-

ἄγων, καὶ εἰς τὸ ἔπειτα ἐλπίδας μεγίστας παρέχεται, ἡμῶν παρεχομένων πρὸς θεοὺς εὐσέβειαν, καταστήσας ἡμᾶς εἰς τὴν ἀρχαίαν φύσιν καὶ ἰασάμενος μακαρίους καὶ εὐδαίμονας ποιῆσαι.

Cap. XVII.

Οὗτος, ἔφη, ὦ Ἐρυξίμαχε, ὁ ἐμὸς λόγος ἐστὶ περὶ Ἔρωτος, ἀλλοῖος ἢ ὁ σός. ὥσπερ οὖν ἐδεήθην σου, μὴ κωμῳδήσῃς αὐτόν, ἵνα καὶ τῶν λοιπῶν ἀκούσωμεν τί ἕκαστος ἐρεῖ, μᾶλλον δὲ τί ἑκάτερος· Ἀγάθων γὰρ καὶ Σωκράτης λοιποί.

pra diximus annot. p. 22. Quid significet τὸ οἰκεῖον, frustra in Ficini conversione quaeras: *dum in suum igniculum quemque conducit.* Recte Schleiermacherus verba convertit: *indem er uns zu dem verwandten hinführt.* Ne quis autem scribendum censeat εἰς τὸν οἰκεῖον, quo significentur παιδικὰ κατὰ νοῦν πεφυκότα: amant genus neutrum scriptores adhibere in sententiis, quae in universum proferuntur.

ἐλπίδας μεγίστας παρέχεται — καταστήσας — ποιῆσαι. Participium καταστήσας post ἐλπίδας μ. παρέχεται ponitur, quia ἐλπίδας παρέχω eiusdem fere significatus est atque δείκνυμι, δηλόω, quae verba participium adsciscunt. Vide de hac verborum structura Matth. Gramm. plen. §. 549. 5. p. 1077. De ποιῆσαι aoristi infinitivo vide Heindorfium ad Plat. Phaed. p. 48., Stallbaumium ad Plat. Phileb. p. 204. Ceterum eodem verbo Aristophanes usus est in conditionali enuntiato παρέχεται, ἡμῶν παρεχομένων ut efficacior evaderet vis conditionis.

οὗτος, ἔφη, ὦ Ἐρυξίμαχε, ὁ ἐμὸς λόγος κ. τ. λ. Respicit Aristophanes ad verba p. 189. C. καὶ μήν, ὦ Ἐρυξίμαχε — ἄλλη γέ πη ἐν νῷ ἔχω λέγειν ἢ ἣ σύ τε καὶ Παυσανίας εἰπέτην. — Οὗτος hic δεικτικῶς positum est, ut verba convertenda sint: Ecce talis est oratio mea. cfr. Matth. Gramm. plen. p. 471. 12. p. 875. Ὁ ἐμός autem cum vi pronuntiandum est, significat enim: oratio, quam habere debui.

μὴ κωμῳδήσῃς αὐτόν. vide annotat. p. 185. Ὥσπερ — ἐδεήθην σου verba spectant ad p. 189. B. ἀλλὰ μή με φύλαττε, ὡς ἐγὼ φοβοῦμαι περὶ τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι κ. τ. λ. et p. 193. B. καὶ μή μοι ὑπολάβῃ Ἐρυξίμαχος κωμῳδῶν τὸν λόγον, ὡς Παυσανίαν καὶ Ἀγάθωνα λέγω. De verborum μᾶλλον δέ significatu vide annot. p. 15.

Ἀλλὰ πεισομαί σοι, ἔφη φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον· καὶ γάρ μοι ὁ λόγος ἡδέως ἐῤῥήθη. καὶ εἰ μὴ ξυνῆδειν Σωκράτει τε καὶ Ἀγάθωνι δεινοῖς οὖσι περὶ τὰ ἐρωτικὰ, πάνυ ἂν ἐφοβούμην, μὴ ἀπορήσωσι λόγων διὰ

καὶ γάρ μοι ὁ λόγος ἡδέως ἐῤῥήθη. Spectant haec verba ad p. 189. C. *ἴσως μέντοι ἂν δόξῃ μοι, ἀφήσω σε.* Eryximachus igitur vel ipsa Aristophanis oratione pacatus vel motus verbis *ἵνα καὶ τῶν λοιπῶν ἀκούσωμεν*, nolle se iam promittit iniuriam sibi illatam p. 189. C. ulcisci. *Ἐῤῥήθη* scripturam quod attinet, vulgo *ἐῤῥέθη* legitur, quam formam Buttmannus in Gramm. plen. p. 121. iis scriptoribus tribuendam censet, qui non sint attici. Annotat enim: Aus den Werken älterer Schriftsteller ist diese Form durch die Autorität der Handschriften ietzt vielfältig entfernt. vide Lob. ad Phryn. p. 447. Bekk. ad Aesch. 2. 34, 124. Nicht selten steht sie aber auch grade in den bessern Handschriften.

εἰ μὴ ξυνῆδειν — δεινοῖς οὖσιν. Rariore usu *συνειδέναι τινί τι* ponitur hic pro aliquid de aliquo scire. Isocr. Archidam. p. 229. *συνειδότες Ἀθηναίοις ἐκλιποῦσι τὴν χώραν ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων — ἐλευθερίας.* Id. Areopagit. p. 257. *σύνοιδά τε τοῖς πλείστοις αὐτῶν ἥκιστα χαίρουσιν.* Plat. Phaedon. p. 92. D. *ἐγὼ δὲ τοῖς — λόγοις ξύνοιδα οὐσιν ἀλαζόσιν.* Stallb. Alia huius structurae exempla Matth. laudat in Gramm. plen. §. 548. 2. p. 1075., quibus adde, quem Rückertus locum laudat Plat. Protag. p. 348. B. *ἀλλ' ἤτοι διαλεγέσθω ἢ εἰπέτω, ὅτι οὐκ ἐθέλει διαλέγεσθαι, ἵνα τούτῳ μὲν ταῦτα συνειδῶμεν.*

μὴ ἀπορήσωσι. Coniunctivi modi post praeteritum positi exemplum habes p. 174. A. fin. *ταῦτα δὴ ἐκαλλωπισάμην, ἵνα — ἴω*, ad quae verba vide annot. p. 16. Nostro loco artificio quodam dicendi et non timere se significat Eryximachus, ne non habeant, quippe maxime erotici, Socrates et Agatho, quod dicant, et rursus timere propter ingentem praecedentium sententiarum a convivis prolatarum copiam, ne oratione sua uterque et philosophus et poëta indigeat, Possis haec verba etiam hoc modo interpretari: *πάνυ ἂν ἐφοβούμην (ἀλλ' οὐ φοβοῦμαι νυνὶ, μὴ ἀπορήσωσι*, ut magis ad sententiae efficaciam dicatur scriptor orationem direxisse, quam ad verborum grammaticam conformationem. Eam explicationem verba, quae insequuntur, probare videntur *νῦν δ' ὁμῶς θαῤῥῶ.* Sed non dubito equidem, quin haec verba etiam cum priori structurae explicatione conciliari possint.

καλῶς γὰρ αὐτὸς ἠγώνισαι. Schleiermacherus verba convertit: Du hast eben deine Sache gut bestanden. Schulthessius: du hast deine Rolle glücklich ausgespielt. Rükkertus *καλῶς* rühmlich convertendum censet. Ficinus in

τὸ πολλὰ καὶ παντοδαπὰ εἰρῆσθαι· νῦν δὲ ὅμως θαῤῥῶ. Τὸν οὖν Σωκράτη εἰπεῖν, Καλῶς γὰρ αὐτὸς ἠγώνισαι, ὦ Ἐρυξίμαχε. εἰ δὲ γένοιο οὗ νῦν ἐγώ εἰμι, μᾶλλον δὲ ἴσως οὗ ἔσομαι, ἐπειδὰν καὶ Ἀγάθων εἴπῃ, εὖ 194

conversione exhibet: strenue et ipse certasti. Aliud quid Socrates καλῶς verbo adhibito videtur exprimere voluisse, quod quid sit, e praecedentibus et insequentibus facillime colligitur. In praecedentibus enim Eryximachus vereri se dixerat summopere, ne non habeant Socrates et Agatho, quod proferant, quoniam a plerisque iam multis modis de Erote dictum esset, non vereri se dixerat, ne non bene uterque locuturus sit. In sequentibus Socrates non dubium est, quin verbis οὗ νῦν ἐγώ εἰμι, μᾶλλον δὲ ἴσως οὗ ἔσομαι κ. τ. λ. ordinem sedentium significaverit, quo factum sit, ut sibi de Erote dicturo nihil, quod proferret, relictum sit. Sequitur inde, Socratem Eryximacho non dixisse: bene enim ipse dixisti. Hinc verba ita disponenda esse censebam: καλῶς γὰρ, (sc. θαῤῥεῖς) αὐτὸς ἠγώνισαι, ὦ Ἐρυξίμαχε h. e. Du kannst ganz guten Muthes sein: deine Rede ist vorüber. Sed scripsisset, si hoc voluisset exprimere, Plato: καλῶς γὰρ, ὦ Ἐρυξίμαχε· αὐτὸς ἠγώνισαι. Igitur nunc καλῶς de tempore accipiendum esse autumo, ut idem haec vox significet atque εἰς καλόν, de quo diximus annotat. p. 24. Socrates hoc dicit: Du hast gut von Muth reden, (vide de supplenda enuntiatione quadam ante γάρ particulam quae annotata sunt p. 14.) zu guter Zeit hast du deine Rede gehalten, wärest du aber wo ich jetzt bin oder vielmehr wo ich nach Agathons Rede sein werde cet. Ceterum iam supra sedis inopportunitatem notatam habes a Socrate p. 177. E. καί τοι οὐκ ἐξ ἴσου γίγνεται ἡμῖν τοῖς ὑστάτοις κατακειμένοις· ἀλλ' ἐὰν οἱ πρόσθεν ἱκανῶς καὶ καλῶς εἰπωσιν, ἐξαρκέσει ἡμῖν. Ceterum patet, Socratem Eryximachi verba aliter interpretari, quam medicus ea intelligi voluit. Dicturus enim erat: nunc non metuo, ne non habeant Socrates et Agatho, quod proferant. Socrates contra ita respondit, quasi ille dixisset: Nunc mihi securo esse licet, ne, quod proferam, non habeam. Sed solent, qui cum acerbitate loquuntur, interdum non ad sententias respicere, sed singula verba captare iisque ad suam sententiam contorsis responsa accommodare.

εἰ δὲ γένοιο, οὗ νῦν ἐγώ εἰμι. Eandem fere sententiam hoc modo expressit Terentius in Andr. Act. II. S. 1. 9. Facile omnes cum valemus recta consilia aegrotis damus. Tu si hic sis, aliter censeas. De insequentibus verbis καὶ ἐν παντὶ εἶης vide annotat. p. 62. Recte ea Stallbaumius interpretatur: in summa consilii inopia, in summo timore versari. Deinde εὖ καὶ μάλα rarior dicendi formula est, pro consuetiore εὖ μάλα. Addiderunt interdum veteres scri-

καὶ μάλ' ἂν φοβοῖο, καὶ ἐν παντὶ εἴης, ὥσπερ ἐγὼ νῦν. Φαρμάττειν βούλει με, ὦ Σώκρατες, εἰπεῖν τὸν Ἀγάθωνα, ἵνα θορυβηθῶ διὰ τὸ οἴεσθαι τὸ θέατρον προσδοκίαν μεγάλην ἔχειν, ὡς εὖ ἐροῦντος ἐμοῦ. Ἐπιλήσμων μέντ' ἂν εἴην, ὦ Ἀγάθων, εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, εἰ ἰδὼν

ptores καί particulam, qua significarent, cum vi maiore et εὖ et μάλα pronuntiandum esse. Non male Rückertus ad h. l. καί addito effici censet, ut eadem fere cogitatio bis ad animum afferatur. Huic dicendi generi apprime respondet nostratium gut und gern, quibus verbis utuntur, qui animi sui sedulitatem ostensuri sunt.

φαρμάττειν βούλει με. φαρμάττειν fascinare significat herbarum adhibito succo, deinde etiam de aliis remediis valet, inprimis autem de magniloquentia, qua aliquis ita sui impos reddi posse credebatur, ut nihil eorum, quae vellet, neque facere posset nec dicere. Sic in Plat. Phaedon. p. 95. B. legitur: Ὦ γαθὲ, ἔφη ὁ Σωκράτης, μὴ μέγα λέγε, μή τις ἡμῶν βασκανία περιτρέψῃ τὸν λόγον τὸν μέλλοντα λέγεσθαι. Ceterum nihil aliud voluit Socrates laudato Agathonis nomine efficere, quam ut accuratius locus definiretur, quo sibi esset dicendum. Poterat enim inde loquendi difficultas expendi. Igitur notabis, quam manifesto Plato hic carpit, vanitatem Agathonis verba Socratica in suam virtutem dicendique artem directa censentis.

τὸ θέατρον — ὡς εὖ ἐροῦντος ἐμοῦ. τὸ θέατρον h. l. de convivis intelligendum est. Eius vocabuli insolentiam ne mireris, adhibitum est a Platone, recte monente Wolfio, ad h. l., ut scenicum poëtam hic loqui lectores moneantur. De ὡς cum genitivo participii coniuncto vide annot. p. 158.

ἐπιλήσμων μέντ' ἂν εἴην. Recte monet Rückertus ad. h. l., μέντοι interdum non adversandi, sed asseverandi potestate adhiberi. Eandem significationem καί τοι habet, quod disiunctim scribendum esse supra monuimus p. 51. Fortasse etiam μέντοι, ubi asseverandi vi positum est, scribendum est μέν τοι, neque dubito, quin Graeci, quos studiosissimos fuisse constat verborum recte pronuntiandorum, pronuntiando discreverint μέντ' ἄν et μέν τ' ἄν. Ἐπιλήσμων verbum quod attinet, senum decrepitorum constans epitheton est, ut et oblivionis atque ridiculae stultitiae significationem habeat. Schleiermacherus in conversione exhibet: Sehr vergesslich müsste ich dann sein. Eodem modo Ficinus verba reddidit: Nimis, o Agathon, oblivious essem. Neutra nobis ἐπιλήσμων vocis explicatio arridet, neque tamen facile verbum repertum iri concedimus, quod illi vocabulo satis respondeat.

τὴν σὴν ἀνδρείαν — ἀναβαίνοντος κ. τ. λ. Laudat hunc locum Matth. in Gramm. ampl. §. 466. 1. p. 864.

τὴν σὴν ἀνδρείαν καὶ μεγαλοφροσύνην ἀναβαλνοντος ἐπὶ B
τὸν ὀκρίβαντα μετὰ τῶν ὑποκριτῶν καὶ βλέψαντος ἐναντία τοσούτῳ θεάτρῳ, μέλλοντος ἐπιδείξεσθαι σαυτοῦ λόγους, καὶ οὐδ' ὁπωστιοῦν ἐκπλαγέντος, νῦν οἰηθείην σε θορυβηθήσεσθαι ἕνεκα ἡμῶν, ὀλίγων ἀνθρώπων.

ubi complura huius structurae exempla congesta sunt, e. c. Arist. Ach. 98. *ἐκκώψειέγε κόραξ κατάξας τόν γε σὸν (ὀφθαλμὸν) τοῦ πρέσβεως*. Ceterum dubitari nequit, quin Socrates Agathonis virtutem animositatemque praedicet ironia consueta usus; paullo infra enim ipsum pugnare secum ostendit, ut, ni Phaedrus eius pudori succurrisset, hominem misere turbatum eiusque animum elatiorem prostratum humi cerneres. Hoc ironiae artificium, quo eximia laudatio acerrimae notae praemittitur, videlicet ut elatiores cadant miserius, ex epicorum arte depromptum est, qui heroum solent, quorum caedes narranda est, ipsi huic narrationi summam laudationem virtutis, magnanimitatis, pulcritudinis praemittere.

ἐπὶ τὸν ὀκρίβαντα. Schol. ad h. l. *ὀκρίβαντα*, inquit, *τὸ λογεῖον, ἐφ' οὗ οἱ τραγῳδοὶ ἠγωνίζοντο· τινὲς δὲ κιλλίβαντα τρισκελῆ φασὶν, ἐφ' οὗ ἵστανται οἱ ὑποκριταὶ καὶ τὰ ἐκ μετεώρου λέγουσιν.* Adde Photii verba: *ὀκρίβας· τὸ λογεῖον, ἐφ' ᾧ οἱ τραγῳδοὶ ἠγωνίζοντο. καὶ Πλάτων ὁ φιλόσοφος Συμποσίῳ κέχρηται τῷ ὀνόματι.* Timaeus haec habet: *ὀκρίβας· πῆγμα τὸ ἐν τῷ θεάτρῳ τιθέμενον, ἐφ' οὗ ἵστανται οἱ τὰ δημόσια λέγοντες· θυμέλη γὰρ οὐδέπω ἦν.* Hesychius exhibet: *βέλτιον φάναι τὸ λογεῖον, ἐφ' οὗ ἵστανται οἱ τραγῳδοὶ ἢ οἱ ὑποκριταὶ ἐκ μετεώρου καὶ ἔλεγον.*

βλέψαντος ἐναντία τοσούτῳ θεάτρῳ. *Ἐναντία βλέπειν* de bellatoribus dicitur, qui intrepidi hostem adventantem intuentur. Pro *τοσούτῳ θεάτρῳ*, quae plurimorum optimorumque codicum lectio est, vulgo *τοσούτου θεάτρου* legebatur, id quod in hac loquendi formula usitatum fuisse Stallbaumius rectissime negat. In sequentibus *σαυτοῦ λόγους* ne quis articulum desideret, quem, si in codicibus exstaret, nemo non probaret: Socrates hoc dicturus est: indem du im Begriff standest, eigene Compositionen bekannt zu machen.

τί δαί. Codicum haud exiguus numerus *τί δέ* exhibet. Multis in locis, ubi *τί δαί* scriptum reperitur, de lectionis veritate dubitari potest. Nostro loco nihil certius est, quam *τί δαί* bene se habere. Miratur enim, Rückertus inquit, quem consentire nobiscum gaudemus, Agatho Socratis orationem, qui multitudinis se nimio studio teneri insimulet; verissimum autem illud est, quod Stallbaumius ad Philebum p. 6. notavit, *τί δαί* locum habere, ubi admiratio quaedam esset exprimenda. — Quoniam autem admiratio alicu-

Τί δαὶ, ὦ Σώκρατες, τὸν Ἀγάθωνα φάναι, οὐ δή που με οὕτω θεάτρου μεστὸν ἡγεῖ, ὥστε καὶ ἀγνοεῖν, ὅτι νοῦν ἔχοντι ὀλίγοι ἔμφρονες πολλῶν ἀφρόνων φοβερώτεροι·
C *Οὐ μέντ' ἂν καλῶς ποιοίην, φάναι τὸν Σωκράτη, ὦ Ἀγάθων, περὶ σοῦ τι ἐγὼ ἄγροικον δοξάζων. ἀλλ' εὖ οἶδα, ὅτι, εἴ τισιν ἐντύχοις, οὓς ἡγοῖο σοφοὺς, μᾶλλον*

ius rei haud raro cum quadam indignatione coniuncta est, quae e rei alicuius insolentia, quam *ἀτοπίαν* vocant Graeci, enascitur, *τί δαί* plerumque ita exhibetur, ut rem aliquam veram esse neget is, qui illis voculis utatur. Exemplo est Plat. Gorg. p. 461. B. *τί δαί, ὦ Σωκράτης; οὕτω καὶ σὺ περὶ τῆς ῥητορικῆς δοξάζεις, ὥσπερ νῦν λέγεις;*

οὐ δή που με οὕτω seqq. Haec est codicum lectio, quam Themistius confirmare videtur Orat. XXXVI. p. 311. B., qui nostra verba imitatus est: *οὐ δή που με τὰ θέατρα οὕτως ἀγαπᾶν ἡγεῖσθε, ὥστε ἀγνοεῖν, ὅτι ὀλίγοι ἔμφρονες πολλῶν ἀφρόνων τῷ λέγοντι φοβερώτεροι.* H. Stephanus scribendum coniecit *σὺ δή που με κ. τ. λ.*, quam scripturam verissimam censerem, si in sequentibus scriptum exstaret: *ὅτι νοῦν ἔχοντι ὀλίγοι πολλῶν φοβερώτεροι.* Ridiculum enim foret, si Agatho quaereret de re, quae Socratico dicto pro certa iam posita esset. Dixerat nimirum Socrates, fieri non posse, ut Agatho paucorum hominum praesentiam extimesceret, cum coram ingenti multitudine animatum se ostenderit atque intrepidum. Ad quae verba pessime responderetur ab Agathone: Profecto non ita me spectatorum applausu elatum iudicabis, ut qui nesciam, prudenti paucorum hominum, quam multitudinis iudicia timenda esse magis. Additis autem verbis *ἔμφρονες* et *ἀφρόνων* nihil certius est, quam Platonem *οὐ δή που με* scripsisse. De *δή που* verborum significatu vide annot. p. 98. Verba convertenda sunt: Du wirst mich doch offenbar wohl nicht so vom Lobe der Zuschauer eingenommen halten, dass ich nicht wüsste, dass das Urtheil weniger Besonnener weit mehr zu fürchten ist, als der Unverstand der Menge?

περὶ σοῦ τι ἐγώ. Nota vim pronominum, quorum ordine hoc exprimitur: de te, viro tanto tamque insigni ego, homo vilis. Ceterum Rückertum audi, annotantem ad h. l.: *ἄγροικον*. Sic dedi cum edd. rec. inde a Wolfio, vehementer licet dubitans de Grammaticorum illo praecepto, quod inter *ἄγροικος* et *ἀγροῖκος* hoc discrimen poni iubet, ut *ἄγροικος* eum denotet, qui rusticis moribus sit, *ἀγροῖκος*, qui ruri habitet. Timaeus: *ἄγροικος σκληρὸς καὶ ἀπαίδευτος, ἢ ὁ ἐν ἀγρῷ κατοικῶν.* Esse accentuum discrimen nolumus negare, sed utrum idem etiam significationis sit, an potius dialectorum aut aetatum, dubitamus.

ἀλλὰ μὴ οὐχ οὗτοι ἡμεῖς ὦμεν. Alio loco dicturi sumus de usu *μὴ οὐ* ne-

ἂν αὐτῶν φροντίζοις ἢ τῶν πολλῶν, ἀλλὰ μὴ οὐχ οὕτοι ἡμεῖς ὦμεν. ἡμεῖς μὲν γὰρ καὶ ἐκεῖ παρῆμεν καὶ ἦμεν τῶν πολλῶν. εἰ δὲ ἄλλοις ἐντύχοις σοφοῖς, τάχ' ἂν αἰσχύνοιο αὐτούς, εἴ τι ἴσως οἷοιο αἰσχρὸν ὂν ποιεῖν. ἢ πῶς λέγεις; Ἀληθῆ λέγεις, φάναι. Τοὺς δὲ πολλοὺς οὐκ ἂν αἰσχύνοιο, εἴ τι οἷοιο αἰσχρὸν D

gationum. Nuperrime de iis egit Bellermannus in Comment. de graeca verborum timendi structura, censetque esse apud Graecos eandem et cavendi et timendi verborum structuram, qua, quicquid molesti instare sibi arbitrentur, praemissa indicent μή particula, cui alteram insuper addant negationem οὔ, si quod exspectent malum, in eo contineri dicant, quod quid non sit eventurum. Haec sententia cur nobis non probetur prorsus, alibi dicemus. Ad nostrum locum ut revertar, convivas ex ordine τῶν ἐμφρόνων esse, Socrates non negat quidem disertis verbis, sed vereri se tantummodo ait, ne non sint tales, quales esse ab Agathone perhibeantur.

εἰ δὲ ἄλλοις ἐντύχοις σοφοῖς. Σοφοῖς nomen a verbo, ad quod pertinet, seiunctum est, ut sensus sit: si aliis iisque sapientibus, de quo verborum dispositione saepius iam diximus; vide annot. p. 59. p. 129. al. Ne autem scriptum exspectes pro σοφοῖς verbo σοφωτέροις ἡμῶν: Socrates et se et ceteros convivas multitudinis imprudentiae prorsus aequiparat, id quod etiam colligitur e verbis: ἡμεῖς μὲν καὶ ἐκεῖ παρῆμεν καὶ ἦμεν τῶν πολλῶν.

εἴ τι ἴσως οἷοιο αἰσχρὸν ὂν ποιεῖν. Stallbaumius ad hunc locum, non est, inquit, quod ὄν participium cum Astio delendum putes, si quidem sententia haec est: si quid facere te putares, quum tamen turpe esset, sc. ποιεῖν. Participium revera in Stallbaumiana textus recensione omissum miror. Ceterum ponderosior est eius explicatio ὄν participii. Si abesset, nemo, opinor, id desideraret. Addito eo nihil nisi rei veritas exprimitur, ut verba convertenda sint: si quid forte facere te opineris, quod revera sit turpe.

καὶ τὸν Φαῖδρον, ἔφη, ὑπολαβόντα. Supra iam dictum est, Agathonem, cum non haberet, quo se posset Socraticis retibus extricare, pudore suffusum obmutuisse, Phaedrum autem miserrimae eius conditionis miseritum, atque ut finis esset silentii ingratissimi, Ὦ φίλε Ἀγάθων et quae sequuntur verba protulisse. Ut igitur esset, quo etiam oculis legentium illa Agathonis reticentia indicaretur, post αἰσχρὸν ποιεῖν lineolam ponendam curavimus.

ἐὰν ἀποκρίνῃ Σωκράτει h. e. si pergas respondere. Amant enim Graeci, ut vim augeant verborum, ipsa verba ponere pro eorum infinitivis cum aliquo finito verbo

ποιεῖν; — Καὶ τὸν Φαῖδρον ἔφη ὑπολαβόντα εἰπεῖν, Ὦ φίλε Ἀγάθων, ἐὰν ἀποκρίνῃ Σωκράτει, οὐδὲν ἔτι διοίσει αὐτῷ, ὁπηοῦν τῶν ἐνθάδε ὁτιοῦν γίγνεσθαι, ἐὰν μόνον ἔχῃ ὅτῳ διαλέγηται, ἄλλως τε καὶ καλῷ. ἐγὼ δὲ ἡδέως μὲν ἀκούω Σωκράτους διαλεγομένου, ἀναγκαῖον δέ μοι ἐπιμεληθῆναι τοῦ ἐγκωμίου τῷ Ἔρωτι, καὶ ἀποδέξασθαι παρ' ἑνὸς ἑκάστου ὑμῶν τὸν

coniunctis. Diximus de hoc genere dicendi in annot. p. 169. Sic in Plat. Phaedr. p. 230. A. legitur ἀτὰρ, ὦ ἑταῖρε, μεταξὺ τῶν λόγων, ἆρ' οὐ τόδε ἦν τὸ δένδρον, ἐφ' ὅπερ ἡμᾶς ἦγες; quo loco ἦγες cum vi positum est pro ἄγειν ἐβούλου. Adde Engelhardtum ad Platonis Lachetem ed. p. 29. Mens autem Phaedri haec est: Cave Socrati respondere pergas, nam ubi perrexeris, nihil ipsius intererit, quomodo ea, de quibus dicere constituimus, peragantur, dummodo ipse habeat, quocum colloquatur. Magnam fuisse constat Socrati aviditatem colloquendi, quae haud raro apud Platonem descripta reperitur. cfr. Apol. Socr. p. 38. A. ἐάν τ' αὖ λέγω, ὅτι καὶ τυγχάνει μέγιστον ἀγαθὸν ὂν ἀνθρώπῳ τοῦτο, ἑκάστης ἡμέρας περὶ ἀρετῆς τοὺς λόγους ποιεῖσθαι καὶ τῶν ἄλλων κ. τ. λ. Adde Phaed. p. 61. E. τί γὰρ ἄν τις καὶ ποιοῖ ἄλλο ἐν τῷ μέχρι ἡλίου δυσμῶν χρόνῳ sc. ἢ μοθολογεῖν τε καὶ διασκοπεῖν περὶ κ. τ. λ. De more Socratico autem abeundi a proposito atque aliis ab eo abducendi vide Plat. Lachetem p. 187. p. 13. οὔ μοι δοκεῖς εἰδέναι, ὅτι ὃς ἂν ἐγγύτατα Σωκράτους ἴῃ λόγῳ, ὥσπερ γυναικὶ πλησιάζει διαλεγόμενος καὶ ἀνάγκη αὐτῷ, ἐὰν ἄρα καὶ περὶ ἄλλου του πρότερον ἄρξηται διαλέγεσθαι, μὴ παύεσθαι ὑπὸ τούτου περιαγόμενον τῷ λόγῳ, πρὶν ἂν ἐμπέσῃ εἰς τὸ διδόναι περὶ αὐτοῦ λόγον κ. τ. λ., ad quem locum vide quae annotata sunt p. 122.

ἄλλως τε καὶ καλῷ. De his verbis, quae cave falso interpreteris, vide Comment. de Sympos. Platonis.

καὶ ἀποδέξασθαι παρ' ἑνὸς ἑκάστου. Dixerat Eryximachus p. 177. D. δοκεῖ γάρ μοι χρῆναι ἕκαστον ἡμῶν λόγον εἰπεῖν ἔπαινον Ἔρωτος ἐπὶ δεξιὰ ὡς ἂν δύνηται κάλλιστον κ. τ. λ., quod dictum cum probassent convivae ad unum omnes, unumquemque Erotis laudatione habenda obstrictum recte censeas. Igitur non mirum, quod Phaedrus hoc loco ἀποδέχεσθαι verbo utitur; id enim de debito accipiendo solenne. Cum vi autem Phaedrus ἀποδέξασθαι et paullo infra ἀποδοὺς verba adhibet, ut commoneatur, Socrates, super alia re non disputandum esse prius, quam debita Erotis laudatio exsoluta sit. Apposite Stallbaumius ad h. l.

λόγον. ἀποδοὺς οὖν ἑκάτερος τῷ θεῷ οὕτως ἤδη διαλεγέσθω. Ἀλλὰ καλῶς λέγεις, ὦ Φαῖδρε, φάναι τὸν Ἀγάθωνα, καὶ οὐδέν με κωλύει λέγειν· Σωκράτει γὰρ καὶ αὖθις ἔσται πολλάκις διαλέγεσθαι. E

Cap. XVIII.

Ἐγὼ δὲ δὴ βούλομαι πρῶτον μὲν εἰπεῖν, ἣ χρὴ

laudat Plat. Politic. p. 173. B. καλῶς καὶ καθαπερεὶ χρέως ἀπέδωκάς μοι τὸν λόγον.

οὕτως ἤδη διαλεγέσθω. Οὕτω haud raro ita in veterum scriptis positum reperiri, ut aliquam conditionem in universum insigniat verbisque insequentibus accuratius definiatur, supra indicavimus p. 43. Contra ubi accurate descriptae actioni postponitur, illam vim prorsus amittit; ridiculum enim foret atque inutile, si quis in universum id describeret, quod accurate descriptum praemiserit. Aliam igitur vim habet, de qua solertissime, uti solet, disseruit Engelhardtus ad Plat. Lachetem ed. p. 52.: Οὕτω, inquit, repetit notionem participii tanquam cum sequente actione (h. l. διαλέγεσθαι) caussae, conditionis, rationis ineundae similique notione coniunctam. — Exempla si quaeris huius structurae, cf. Plat. Apol. Socr. p. 29. B. καὶ εἰ δή τῳ δοροῦτερός του φαίην εἶναι, τούτῳ ἄν, ὅτι οὐκ εἰδὼς ἱκανῶς περὶ τῶν ἐν Ἅιδου οὕτω καὶ οἶομαι οὐκ εἰδέναι. Plat. Phaed p. 61. D. καὶ ἅμα λέγων ταῦτα καθῆκε τὰ σκέλη ἀπὸ τῆς κλίνης ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ καθεζόμενος οὕτως ἤδη τὰ λοιπὰ διελέγετο. Plat. Protag. p. 314. C. ἵν' οὖν μὴ ἀτελὴς γένοιτο (sc. ὁ λόγος) ἀλλὰ διαπερανάμενοι οὕτως εἰσίοιμεν κ. τ. λ. Plat. de rep. IX. p. 576. E. καταδύντες εἰς ἅπασαν (τὴν πόλιν) καὶ ἰδόντες οὕτω δόξαν ἀποφαινώμεθα.

καὶ οὐδέν με κωλύει λέγειν. Λέγειν h. l. est orationem habere atque deum laudare. Qui paullo ante obmutuerat, cum, quod responderet, non haberet, nunc effugio opportunissimo usus, recuperata animi audacia, Socrati, inquit, etiam posthac saepe erit respondendi facultas.

ἐγὼ δὲ δὴ βούλομαι. Queritur in ipso orationis initio Agatho, quod omnes, qui ante se dixerint, non Erotem laudaverint, sed homines felices praedicaverint ob bona, quorum ipsis Eros sit auctor. Omne autem encomium pergit esse debere ita comparatum, ut priori loco eius natura describatur, cuius encomium exhibendum sit, posteriori loco bona commemorentur, quae ab illo proficiscantur. His [illegible]aemissis ad ipsam dei laudationem abit, tantosque honores in ipsum confert, ut in Agathonem potissimum verba Socratica directa videantur, quae infra leguntur p. 198. D. τὸ δὲ ἄρα, (sc. τἀληθῆ λέγειν κ. τ. λ.) ὡς ἔοικεν,

με εἰπεῖν, ἔπειτα εἰπεῖν. δοκοῦσι γάρ μοι πάντες οἱ πρόσθεν εἰρηκότες οὐ τὸν θεὸν ἐγκωμιάζειν, ἀλλὰ τοὺς ἀνθρώπους εὐδαιμονίζειν τῶν ἀγαθῶν, ὧν ὁ θεὸς αὐτοῖς αἴτιος. ὁποῖος δέ τις αὐτὸς ὢν ταῦτα ἐδωρήσατο, 195 *οὐδεὶς εἴρηκεν. εἷς δὲ τρόπος ὀρθὸς παντὸς ἐπαίνου περὶ παντὸς, λόγῳ διελθεῖν οἷος οἵων αἴτιος ὢν τυγ-*

οὐ τοῦτο ἦν τὸ καλῶς ἐπαινεῖν ὀτιοῦν, ἀλλὰ τὸ ὡς μέγιστα ἀναπτέναι τῷ πράγματι καὶ ὡς κάλλιστα, ἐάν τε ᾖ οὕτως ἔχοντα, ἐάν τε μή. Nam beatissimum Erotem vocat omnium deorum et pulcherrimum et fortissimum. Haec epitheta tum ut firmentur, tum ut augeantur, alia multa accedunt, quae singula enumerare nunc non lubet. Altera pars orationis, in qua dei dona recensentur, ita referta est antithetis aliisque ornamentis orationis, ut Gorgiae discipulum invenili ardore exsultantem facile agnoscas. Ut autem auditores Agathonis finita eius oratione hominem summopere admirati esse narrantur p. 198. A., ita universis Atheniensibus ipse Gorgias acceptissimus erat atque iucundissimus, ut teste Olympiodoro, quem Stallbaumius laudat ad Plat. Gorg. p. 447. B. eos dies, quibus artem suam publice ostentabat spectandam, festos (ἑορτάς) et orationes ipsas lampades vocarent. Hoc nomen quam bene conveniat oppositionibus saepissime repetitis, antithetis captatis, cincinnis orationis delicatulis, patere opinor. *Λαμπάδες* enim faces intelliguntur, quae certis quibusdam festis diebus per nocturna spatia huc illuc circumferebantur. Ut hae faces in *λαμπαδουχίᾳ*, quae et ipsa *λαμπάς* vocabatur et *λαμπαδοδρομία*, mox hunc, mox illum locum campi illustrare solebant, ita illis orationis artificiis adhibitis sententiae oratoris splendidae reddebantur atque luce clariores.

ᾗ χρή με εἰπεῖν. Sic editores omnes praeter Rückertum, qui e codicum plurimorum auctoritate *ὡς χρή* in ordinem verborum recepit. Addit idem, non minus recte habere *ὡς* quam *ᾗ*, utramque enim vocem exhiberi, ubi quomodo quid fiat aut fieri debeat, oblique rogetur. — Interest tamen aliquid, utrum *ὡς* an *ᾗ* posueris. Exemplo ut clarior res fiat, *ᾗ χρή με εἰπεῖν* est, qua ratione dicendum sit; verbum autem *χρή* non nisi expletivum est, ut qua ratione ego debeam dicere nihil aliud significet, quam qua ratione dicendum sit. Contra *ὡς χρή με εἰπεῖν* significat accentu orationis in sequens post *ὡς* verbum transmisso, quo modo debeam dicere. Pari modo explicandus est locus Plat. Euthyphr. p. 4. E. *κακῶς εἰδότες τὸ θεῖον ὡς ἔχει τοῦ ὁσίου τε πέρι καὶ τοῦ ἀνοσίου.* Adde Polit. p. 304. E. *ὡς πολεμητέον ἑκάστοις οἷς ἂν προελώμεθα πολεμεῖν.* Protag. p. 338. D. *πειράσομαι αὐτῷ δεῖξαι, ὡς ἐγὼ φημι χρῆναι τὸν ἀποκρινόμενον ἀποκρίνεσθαι.* Legg. VI. p. 774. A. *ἔτι πλείω*

χάνει περὶ οὗ ἂν ὁ λόγος ᾖ. οὕτω δὴ τὸν Ἔρωτα καὶ ἡμᾶς δίκαιον ἐπαινέσαι πρῶτον αὐτὸν οἷός ἐστιν, ἔπειτα τὰς δόσεις. φημὶ οὖν ἐγὼ πάντων θεῶν εὐδαιμόνων ὄντων Ἔρωτα, εἰ θέμις καὶ ἀνεμέσητον εἰπεῖν, εὐδαιμονέστατον εἶναι αὐτῶν, κάλλιστον ὄντα καὶ ἄριστον.

τις ἂν εἴποι περὶ γάμων, ὡς χρὴ γαμεῖν. Quibus exemplis male ita usus est Rückertus, ut probaret, *ὡς* prorsus eadem potestate atque *ᾗ* usurpari. Agit autem nostro loco Agatho cum vi de ratione dicendi, ut rectius *ᾗ* scribatur, non item, quomodo debeat dicere, indicaturus est; certa enim quaedam dicendi ratio non praescripta est ab iis, qui Erotem laudandum convivis praeceperunt, Eryximachus et Phaedrus. — De *ἔπειτα* verbo praecedente *πρῶτον μέν* vide Indices.

ἀλλὰ τοὺς ἀνθρώπους εὐδαιμονίζειν Urgendum est pronuntiando *εὐδαιμονίζειν* verbum. Sensus est: Alle, die vorher gesprochen haben, scheinen mir nicht den Gott zu loben, sondern die Menschen den Göttern gleich zu stellen. Sequentem genitivum casum quod attinet, notum est, verba, quae affectum animi exprimant, genitivo casu eas res adiunctas habere haud raro, quae affectus caussae nominantur. Laudat Rückertus ad h. l. Thucyd. VI. 36. *τοὺς ἀγγέλλοντας τὰ τοιαῦτα καὶ περιφόβους ὑμᾶς ποιοῦντας τῆς μὲν τόλμης οὐ θαυμάζω, τῆς δὲ ἀξυνεσίας, εἰ μὴ οἴονται ἔνδηλοι εἶναι.* Plat. Crit. p. 43. B. *πολλάκις σε εὐδαιμόνισα τοῦ τρόπου.* Adde Plat. Phaed. p. 58. E. *εὐδαίμων γάρ μοι ἀνὴρ ἐφαίνετο — καὶ τοῦ τρόπου καὶ τῶν λόγων κ. τ. λ.* Alia huius structurae exempla Matth. congessit in Gramm. ampl. §. 368. p. 681. Plerumque illo casu ponuntur res inanimatae. Dubito, num eadem structura usi sint scriptores, ubi homines affectuum auctores narrantur.

οἷος οἷων αἴτιος ὤν. Frequentissimum hoc genus dicendi est, quo adhibito et graviorem reddiderunt et ornatiorem orationem Graeci. Laudat Stallbaumius Eurip. Alcest. v. 145. *οἵας οἷος ὢν ἁμαρτάνεις.* Soph. Trach. v. 1047. *οἵαις οἷος ὢν ἐλαύνεται.* Ceterum ut recte intelligantur *περὶ παντός* verba, mens Agathonis haec est: In quavis laudatione dei hominisve unam tantummodo laudandi rationem esse, ut explicetur, qualis sit et quorum bonorum auctor is, qui laudetur.

οὕτω δὴ τὸν Ἔρωτα καὶ ἡμᾶς. Exspectaveris scriptum *οὕτω δὴ καὶ τὸν Ἔρωτα.* Respicit autem Agatho nunc magis ad laudandi rationem, quam, qui ante ipsum locuti sunt, servaverunt, quam ad rem laudandam. Hinc factum, ut advocato *ἡμᾶς* pronomine *καί* cum pronomine, non cum Erotis nomine coniungeretur.

εὐδαιμονέστατον εἶναι αὐτῶν. Apud Stobaeum Serm.

Ἔστι δὲ κάλλιστος ὢν τοιόσδε. πρῶτον μὲν νεώ-
B τατος θεῶν, ὦ Φαῖδρε. μέγα δὲ τεκμήριον τῷ λόγῳ αὐ-
τὸς παρέχεται, φεύγων φυγῇ τὸ γῆρας, ταχὺ ὂν δηλον-

LXI, p. 396., quo loco tota Agathonis oratio repetita est, pro *αὐτῶν* legitur *αὐτόν*. Sed nihil mutandum est. Stallbaumium audi haec annotantem ad h. l.: Sic *αὐτός* saepius post nomen substantivum vel pronomen per redundantiam quandam infertur. Infra p. 200. A. *πότερον ὁ ἔρως ἐκείνου — ἐπιθυμεῖ αὐτοῦ*. Xenoph Cyrop. I. 3. 15. *πειράσομαι τῷ πάππῳ, ἀγαθῶν ἱππέων κράτιστος ὢν ἱππεύς, συμμαχεῖν αὐτῷ*. Ibid. I. 4. 5. al. Ceterum Agatho non minore, quam Pausanias providentia (v. p. 180. E. *ἐπαινεῖν μὲν οὖν δεῖ πάντας θεούς*) hic agit. Omnes enim deos excepto nullo beatos esse praefatur, deinde cautione hac praemissa omnium beatissimum vocat, si quidem ita dicere liceat, Erotem.

νεώτατος θεῶν, ὦ Φαῖδρε. Ne mireris, cur Phaedrum alloquatur Agatho, Erotem deum natu minimum dicens: Phaedrus Erotem *ἐν τοῖς πρεσβύτατον* esse dixerat p. 178. B. Igitur ad eum potissimum oratio dirigitur, cui maxime ab Agathone contradicitur. Apertius paullo infra poëta *ἐγὼ δέ*, inquit, *Φαίδρῳ πολλὰ ἄλλα ὁμολογῶν τοῦτο οὐχ ὁμολογῶ, ὡς Ἔρως Κρόνου καὶ Ἰαπετοῦ ἀρχαιότερός ἐστιν, ἀλλά φημι νεότατον αὐτὸν εἶναι κ. τ. λ.*

φεύγων φυγῇ τὸ γῆρας h. e. summa contentione, quam fieri potest maxime, fugiens senectutem. Magnopere augetur notionis alicuius gravitas, si duo verba eiusdem radicis iuxta ponuntur, ut hoc factum est nostro loco. Quae sequuntur verba *ταχὺ ὂν δηλονότι — προσέρχεται* Bastius delenda censuit motus, ut videtur, *ἀτοπίᾳ* sententiae. Recte autem servantur ab editoribus, quippe Agathonis ingenio, apprime convenientia. Ceterum vulgo *δηλονότι* legitur, quam scripturam Stallbaumius ex optimorum codd. auctoritate in *δῆλον ὅτι* immutavit. Recepimus nos *δηλονότι* Buttmanni iudicium probantes, quod in Indicibus continetur ad Platonis Dial. IV. Berol. MDCCCXI. Servari, inquit, forma disiuncta solet, ubi commode et solenni modo *ὅτι* vocula sequentibus se adaptat, scriptura autem continua adhibetur, ubi pars saltem eorum, quae ex *ὅτι* pendent, iam praecessit. Sunt vero alia etiam exempla, ubi integra, quae ex *ὅτι* particula pendet, *ῥῆσις* praemissa est, ut in fine locatum sit *δηλονότι*. Legitimam autem esse etiam ad antiquorum mentem scripturam continuam, inde apparet, quod etiam in structura, quae fit per accusativum cum infinitivo, formula illa servatur, ubi dissolvi nequit v. c. Alcib. II. B, *τὸν γὰρ θεὸν οὐκ ἐᾶν δηλονότι*.

οὐδ' ἐντὸς πολλοῦ πλησιάζειν. Libri ad unum omnes exhibent *οὐδ' ὄντος πολλοῦ πλησιάζειν*, quam lectionem exstiterunt, qui tueri atque

ὁτι· θᾶττον γοῦν τοῦ δέοντος ἡμῖν προσέρχεται. ὃ δὴ πέφυκεν Ἔρως μισεῖν, καὶ οὐδ' ἐντὸς πολλοῦ πλησιάζειν. μετὰ δὲ νέων ἀεὶ ξύνεστί τε καὶ ἔστιν· ὁ γὰρ

explicare studerent. Apud Stobaeum legitur, *οὐδ' ἐντός*, quod hodie ab omnibus in verborum ordinem receptum est, atque Thucydidis loco confirmatur, qui Astii industriae debetur, II 77. *Ἐντὸς γὰρ πολλοῦ χωρίου τῆς πόλεως οὐκ ἦν πελάσαι.* Ad *πολλοῦ* autem nostro loco neque *χωρίου*, neque, quod Stallbaumio placet, *διαστήματος*, supplendum est, licet id in huiusmodi formulis haud raro additum reperiatur docente Lamb. Bos. de Ellips. p. 103. seqq; non video enim, quid obstet, quominus neutro genere positum per se multum spatii significet. Pro *πλησιάζειν* in aliquot codicibus legitur *πλησιάζει*, quod nullo modo probari potest. Proprie dicendum erat *ὃ δὴ πέφυκεν Ἔρως μισεῖν ὥστ' οὐδ' ἐντὸς πολλοῦ πλησιάζειν*; sed supra iam monuimus saepius, Graecos haud raro, quae per caussae consequentiaeve particulas proferenda essent proprie, copula addita praecedenti actioni annectere. Iam cum mens Agathonis sit: quam natura Eros odit, ut ne eminus quidem accedat, patere opinor et odium et fugam senectutis ex Erotis indole atque natura exaptanda esse, id quod efficitur *πλησιάζειν* scriptura. Ceterum Stallbaumius ad h. l. Ad *πλησιάζειν*, inquit, intelliges *αὐτῷ*. Id praeceptum cur improbemus, haud difficile est ad explicandum. *Πλησιάζειν* absolute positum est, prorsus ut nostratium: Welches Eros seiner Natur nach hasst ohne sich die entfernteste Annäherung zu gestatten.

μετὰ δὲ νέων ἀεὶ ξύνεστί τε καὶ ἔστιν. Et in his et in praecedentibus verbis reddendis negligentissimus fuit Ficinus: *eamque* (sc. senectutem) *Amor natura odit fugitque, invenibus vero se miscet.* Bastius tautologia offensus verborum *ξύνεστί τε καὶ ἔστιν* scribendum censuit *μετὰ δὲ νέων ξύνεστί τε καὶ ἀεὶ ἐστιν*, cuius coniecturae ipsum postea poenituit. Schleiermacherus verborum quaesita similitudine verba convertit: Mit der Jugend aber gesellt er sich und gefällt sich. Schulthessius in conversione exhibet: Dagegen naht er sich (?) der Jugend und weilet bei ihr. Aliud quid Agathonem nostris verbis exprimere voluisse certissimum est. Laudat Stallbaumius ad h. l. Plutarchi locum, quem cum nostris verbis Wyttenbachius comparavit ad Plut. de Ser. Num. Vind. p. 36., de Is. et Osir. p. 352. A. *παρ' αὐτῇ καὶ μετ' αὐτῆς ὄντα καὶ συνόντα*; quo docemur, simplicis verbi potestatem sequente composito interdum augeri, sed ad nostri loci insolentiam mitigandam nihil sane confert. Negamus autem, Graecos ita locutos esse, ut praemisso composito verbo simplex verbum adderent, quod cum illo eiusdem actionis notionem describeret. Nos ellipticam enuntiationem esse cen-

παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει. ἐγὼ δὲ Φαίδρῳ πολλὰ ἄλλα ὁμολογῶν τοῦτο οὐχ ὁμολογῶ, ὡς Ἔρως Κρόνου καὶ Ἰαπετοῦ ἀρχαιότερός ἐστιν, C ἀλλά φημι νεώτατον αὐτὸν εἶναι θεῶν καὶ ἀεὶ νέον,

semus, quae hoc modo supplenda est: μετὰ δὲ νέων ἀεὶ ξύνεστί τε καὶ ἀεὶ νέος ἐστὶν h. e. ut semper cum iuventute est, ita ipse aeterna iuventate gaudet. Ellipseos simillimae exemplum infra habes p. 213. C. οὐδὲ εἴ τις ἄλλος γελοῖος ἔστι τε καὶ βούλεται sc. γελοῖος εἶναι. Ceterum cum hac nostri loci explicatione quam bene conveniat insequentis proverbii mentio, nemo non videt. Ne autem dubites de verborum structura μετά τινος ξυνεῖναι, laudat Stallbaumius ad Plat. de rep. V. p. 464. A. οὐκοῦν μετὰ τούτου τοῦ δόγματός τε καὶ ῥήματος ἕφαμεν ξυνακολουθεῖν τάς τε ἡδονὰς καὶ τὰς λύπας κοινῇ, praeter nostrum locum Plat. de legg. I. p. 639. C. μετὰ κακῶν ἀρχόντων συννοῦσαν.

ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει. Laudat versiculum Schol. quo et Plato usus est:

ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον,

quibus verbis haec addantur: ἐπὶ τῶν τοὺς τρόπους παραπλησίων καὶ ἀλλήλοις ἀεὶ συνδιαγόντων, ἐξ Ὁμήρου λαβοῦσα τὴν ἀρχήν. μέμνηται δὲ αὐτῆς Πλάτων καὶ ἐν Λύσιδι καὶ ἐν Συμποσίῳ, καὶ Μένανδρος Σικυωνίᾳ. Satis nota Tullii conversio est huius proverbii in libello de Senectute 3. pares cum paribus (veteri proverbio) facillime congregantur.

ὡς Ἔρως Κρόνου καὶ Ἰαπετοῦ ἀρχαιότερος. Ridet Agatho allatis Croni Iapetique nominibus Phaedri sententiam censentis, omnium deorum antiquissimum Erotem esse. Quid enim antiquius cogitari potest Iapeto, cuius vetustate Suida et Hesychio testibus usi sunt veteres ἐπὶ διασυρμῷ, aut Crono, h. e. ipso tempore, cuius ille deus esse putabatur? cfr. Moeris, quem Stallbaumius laudat, p. 200. Ἰαπετός· ἀντὶ τοῦ γέρων. καὶ Τίθωνος καὶ Κρόνος ἐπὶ τῶν γερόντων.

ἃ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης. Stallbaumius ad h. l. Nomen, inquit, Parmenidis Astius mutandum censet in Ἐπιμενίδης propterea, quod de theogonia Parmenidea nihil memoriae traditum est. Quid vero? si Parmenides in altera carminis parte, nunc deperdita, vulgi opiniones de diis eorumque rebus gestis exposuerit? Quod si verum esse ponimus — nam pro vero affirmare nemo audeat in tanta certorum testimoniorum penuria — manifestum est, Agathonem prae nimio doctrinae ostentandae studio, quid inter Hesiodi atque Parmenidis narrationes interesset, prorsus non vidisse adeoque nunc diasimillima temere inter se confundere ac miscere. — Viri doctissimi iudicio adstipulantur Rückertus et Schleierma-

τὰ δὲ παλαιὰ πράγματα περὶ θεούς, ἃ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης λέγουσιν, Ἀνάγκῃ καὶ οὐκ Ἔρωτι γεγονέναι, εἰ ἐκεῖνοι ἀληθῆ ἔλεγον. οὐ γὰρ ἂν ἐκτομαὶ οὐδὲ δεσμοὶ ἀλλήλων ἐγίγνοντο καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ βίαια, εἰ Ἔρως

cherus. Equidem sic statuo: Parmenidis versiculum esse a Phaedro laudatum p. 179. B. praeter Phaedrum etiam alii testantur, v. c. Aristot. Metaph. 1. 4.; quo iure auctorem Empedoclem Goettlingius narret ad Hesiodi Theog. v. 120., non reperio. Ipse autem ille Parmenidis versus, quippe theogoniae alicuius fragmentum, testis est, theogoniam Parmenidem conscripsisse. Utrumque autem et Hesiodi et Parmenidis versum Phaedrus l. c. ita laudat, ut quibus probetur, Erotem deorum antiquissimum esse, atque parentibus carere. Recte ad eam rem probandam versus adhibitos esse, neque, quae virorum doctorum opinio est, Hesiodum atque Parmenidem inter se pugnare, supra demonstare studuimus annotat. p. 57. Sed tertium est, quod allatis Hesiodi atque Parmenidis versibus Phaedrus videtur probare voluisse. Cogitasse nimirum censendus est ita: Nisi indicaturi fuissent Hesiodus atque Parmenides, omnia, quaecunque gesta sint usque a principio rerum, Erotis auxilio gesta esse, Eroti non primum in theogonia sua locum concessissent. Hinc verba Phaedri recte explicabis: *πρεσβύτατος δὲ ὢν μεγίστων ἀγαθῶν ἡμῖν αἴτιός ἐστιν.* Sed cum ipse sentiret, antiquis temporibus gesta esse, quae cum Erotis natura neutiquam conciliari possint, ad bonorum descriptionem subito confugisse videtur, quae ex mutuo amore et amasio et amatori enascantur. Ad Agathonem ut revertar, poëtam non latuit Phaedri artificium, atque ut ille antiquissimum deum vocaverat ideoque summorum bonorum auctorem, ita hic et natu minimum laudat et necessitati, quod fatum interpretari licet, adscribit, quaecunque Homerus et Parmenides e Phaedri certe sententia per Erotem facta esse dixerunt. Elliptico igitur dicendi genere usus est Agatho. Expletior oratio audit: *τὰ δὲ παλαιὰ πράγματα, ἃ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης λέγουσιν Ἔρωτι γεγονέναι, Ἀνάγκῃ καὶ οὐκ Ἔρωτι γεγονέναι.*

εἰ ἐκεῖνοι ἀληθῆ ἔλεγον. Ficinus verba convertit: Si modo illi vera narrarunt. Exhibet Schleiermacherus: wenn iene anders wahr erzählt haben. Iisdem fere verbis Schulthessius usus est in Symposii conversione, quam Orellius denuo edidit p. 100. Dixisset opinor Agatho, si hoc exprimere voluisset, *εἰ ἐκεῖνοι ἀληθῆ εἰρήκασι* s. *λέγουσιν.* Quis porro ferat hanc sententiarum coniunctionem: vetera illa facinora Necessitati, non Eroti patrata sunt, si vera illi dixerunt. Ut paucis fungar, aliud quid Agatho dicturus erat, quod quid sit, quoniam tectius locutus est atque brevius, interpretes non perspexerunt. Sensus verborum hic est: veteres deorum rixas, quas per Erotem factas narrant

ἐν αὐτοῖς ἦν, ἀλλὰ φιλία καὶ εἰρήνη, ὥσπερ νῦν, ἐξ οὗ Ἔρως τῶν θεῶν βασιλεύει.

Νέος μὲν οὖν ἐστι, πρὸς δὲ τῷ νέῳ ἁπαλός. ποιη-
D τοῦ δ' ἔστιν ἐνδεὴς, οἷος ἦν Ὅμηρος πρὸς τὸ ἐπιδεῖξαι θεοῦ ἁπαλότητα. Ὅμηρος γὰρ Ἄτην θεόν τέ φησιν

Hesiodus atque Parmenides, dixissent, opinor, si vera dicere voluissent, Necessitate non Erote factas esse. Noluit autem dicere Agatho ἃ — λέγουσιν, ἔλεγον ἂν Ἀνάγκῃ καὶ οὐκ Ἔρωτι γεγονέναι, εἰ ἀληθῆ ἔλεγον, ne ter posito λέγειν verbo oratio incomtior fieret atque inelegantior. Possis etiam hanc primitivam verborum conformationem putare: τὰ δὲ παλαιὰ πράγματα, ἃ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης λέγουσιν (Ἔρωτι γεγονέναι), Ἀνάγκῃ καὶ οὐκ Ἔρωτι γεγονέναι, (ἃ ἐκεῖνοι ἔλεγον ἄν,) εἰ ἀληθῆ ἔλεγον.

ἐκτομαὶ οὐδὲ δεσμοί. Conferri iubet Stallbaumius ad h. l. Plut. Euthyphr. c. 6. αὐτοὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι τυγχάνουσι νομίζοντες τὸν Δία τῶν θεῶν ἄριστον καὶ δικαιότατον, καὶ τοῦτον ὁμολογοῦσι τὸν αὐτοῦ πατέρα δῆσαι, ὅτι τοὺς υἱεῖς κατέπινεν οὐκ ἐν δίκῃ, κἀκεῖνόν γε αὖ τὸν αὐτοῦ πατέρα ἐκτεμεῖν δι' ἕτερα τοιαῦτα; his adde, quae paullo infra leguntur καὶ πόλεμον ἄρα ἡγεῖ σὺ εἶναι τῷ ὄντι ἐν τοῖς θεοῖς πρὸς ἀλλήλους καὶ ἔχθρας γε δεινὰς καὶ μάχας καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλὰ, οἷα λέγεταί τε ὑπὸ τῶν ποιητῶν κ. τ. λ. cfr. Hesiod. Theog. 164 seqq.

ποιητοῦ δ' ἔστιν ἐνδεὴς κ. τ. λ. Huius loci verba Bekkerus et Stallbaumius ita disposuerunt, ut comma ponerent post Ὅμηρος. Efficitur hac interpunctione, ut arctius coniungantur verba ποιητοῦ δ' ἔστιν ἐνδεὴς πρὸς τὸ ἐπιδεῖξαι θεοῦ ἁπαλότητα, quae iunctura sane molesti quid habet atque spinosi. Ficinus verba convertit: *Opus autem est tali quodam poëta, qualis Homerus exstitit, ad teneram Amoris mollitiem demonstrandam.* Sed haec verba non satis respondent Graecis. Quis, quaeso, probaret dicendi genus hoc: *Ad demonstrandam dei mollitiem deus poëta eget*, qualis Homerus fuit? Omnis haec orationis difficultas removetur commate post Ὅμηρος deleto, posito post ἐνδεὴς, quae verborum dispositio etiam Rückerto placuit. Sensus est: Tali autem poëta Eros eget, qualis Homerus fuit ad divinam mollitiem describendam. Videtur autem se ipsum poëta tangere, utpote qui mollitie atque teneritate in carminibus componendis ne Homero quidem cedat.

τοὺς γοῦν πόδας αὐτῆς ἁπαλοὺς εἶναι. Addidit haec verba Agatho, ne quis aut imprudentia aut fraude factum opinetur, ut Ἄτη ἁπαλὴ dicatur, exemplo allato non nisi pedum mollities probetur. Frustra Orellius ad Isocr. p. 330. verba τοὺς γοῦν — βαίνει censuit expungenda esse. Stallbau-

εἶναι καὶ ἁπαλήν· τοὺς γοῦν πόδας αὐτῆς ἁπαλοὺς εἶναι, λέγων

Τῆς μέν θ' ἁπαλοὶ πόδες· οὐ γὰρ ἐπ' οὔδει
Πίλναται, ἀλλ' ἄρα ἥ γε κατ' ἀνδρῶν κράατα βαίνει.

Καλῷ οὖν δοκεῖ μοι τεκμηρίῳ τὴν ἁπαλότητα ἀποφαί-

mius ad h. l.: Ista, inquit, versuum Homericorum recitatio non indigna est Agathonis ingenio, quem iam antea vidimus inani quadam se iactare doctrinae ubertate atque elegantia. Vide annotat p. 200. Diximus autem de hoc versuum recitandorum more annotat. p. 55. Ceterum Homerici versus leguntur Il. XIX. 92. qui, ut mollissimi sunt atque exquisita elegantia compositi, ita Agathonis ingenio maxime conveniunt. Pro *οὔδεος*, quae plurimorum codicum lectio est, apud Homerum *οὔδει* legitur. Illud eorum sedulitati debetur, qui versuum fines similiter cadentes non ferendos censuerunt. Versus similiter cadentes veteribus mollitiei indicium fuisse videntur. Apprime igitur convenit *οὔδει* lectio nostro loco, ubi mollissimis versibus allatis Agathonis ingenium describitur. Similiter cadentium versuum exemplum, quod apud Persium legitur, acerbissimum effeminatorum poëtarum osorem, hic laudare iuvat petitum e Sat. I. v. 98 seqq.

Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis
Et raptum vitulo caput ablatura superbo
Bassaris, et lyncem Maenas flexura corymbis
Evion ingeminat: reparabilis adsonat Echo.

Qui his versibus praecedit:

Quidnam igitur tenerum, et laxa cervice legendum

et qui sequuntur:

Haec fierent, si testiculi vena ulla paterni
Viveret in nobis?

Persii iudicium continent, quod idem fuit totius antiquitatis. Alio loco Persius Sat. I, v. 93. dicit de enervato aliquo poëta:

Claudere sic versum didicit: Berecyntius Attin
Et qui caeruleum dirimebat Nerea Delphin

καὶ ἡμεῖς χρησώμεθα. Rückertus ad h. l. annotat: Bekkerus, Dindorfius, Astius, Stallbaumius *χρησώμεθα*, utamur. Quos cur sequar, non video; licuit enim hoc quidem Agathoni, ut semet ipse cohortabundus coniunctivum poneret; at non minus licuit, quid facere vellet, indicare: *eodem igitur nos argumento utemur.* — Et coniunctivo et futuro uti licet in huiusmodi dictionibus, neque facile dignoscas, ubi utrumque libris commendatur, coniunctivum an futurum scriptor exhibuerit. Coniunctivum plurimi codices exhibent, pauciores sed optimae notae libri futurum habent. Inprimis codex Bodleianus nominandus est, ex quo rectissime Stallbaumius *χρησώμεθα* in ordinem verborum recepit.

νειν, ὅτι οὐκ ἐπὶ σκληροῦ βαίνει, ἀλλ' ἐπὶ μαλθακοῦ. Ε τῷ αὐτῷ δὴ καὶ ἡμεῖς χρησώμεθα τεκμηρίῳ περὶ Ἔρωτα ὅτι ἁπαλός. οὐ γὰρ ἐπὶ γῆς βαίνει οὐδ' ἐπὶ κρανίων, ἃ ἐστιν οὐ πάνυ μαλακά, ἀλλ' ἐν τοῖς μαλακωτάτοις τῶν ὄντων καὶ βαίνει καὶ οἰκεῖ. ἐν γὰρ ἤθεσί καὶ ψυχαῖς θεῶν καὶ ἀνθρώπων τὴν οἴκησιν ἵδρυται, καὶ οὐκ αὖ ἐξῆς ἐν πάσαις ταῖς ψυχαῖς, ἀλλ' ἥτινι ἂν σκληρὸν ἦθος ἐχούσῃ ἐντύχῃ, ἀπέρχεται, ᾗ δ' ἂν μαλακόν, οἰκίζεται. ἁπτόμενον οὖν ἀεὶ καὶ ποσὶ καὶ πάντῃ ἐν μαλακωτάτοις τῶν μαλακωτάτων, ἁπαλώτατον ἀνάγ-
196 κη εἶναι. νεώτατος μὲν δή ἐστι καὶ ἁπαλωτάτος·

ἐπὶ κρανίων, ἃ ἐστιν οὐ πάνυ μαλακά. Hoc loco confirmatum habes, quod supra de οὐ πάνυ vocularum potestate monuimus p. 79. Nam prorsus non mollia virorum capita hic intelligi nullo modo possunt. Sed et rectius explicata haec verba ita comparata sunt, ut non possis non mirari inconstantiam Agathonis, qui modo laudata Homeri in describenda divina mollitie peritia nunc eundem corrigit atque capita virorum non admodum mollia censendo auditorum risui poëtam exponit.

καὶ οὐκ αὖ ἐξῆς. Ficinus convertit: neque tamen in quibuslibet animis. Ἐξῆς significat continua serie; dicitur igitur non promiscue in omnibus animis habitare, sed selectu facto eas tantummodo sibi eligere, quarum mollis sit ac tenera indoles.

καὶ ποσὶ καὶ πάντῃ. Pedum mentio fit propter comparationem cum Ate homerica, cuius non nisi pedes teneros fecit poëta. Rückert. Quae sequuntur verba, ἐν μαλακωτάτοις τῶν μαλακωτάτων, ἁπαλώτατον, ipsius Agathonis mollitiem describunt, quae si audiret Persius Flaccus, rursus diceret:

Haec fierent, si testiculi vena ulla paterni
Viveret in nobis?

ὑγρὸς τὸ εἶδος. Ὑγρός verbum est latissimae significationis. Primitus videtur humidus, madidus significasse. Quod autem madidum, idem etiam lubricum est atque haud raro splendore quodam insigne. Hinc apud Homerum sexcenties legitur ὑγρὰ κέλευθα, quod non minus de splendore undarum dicitur, quam de earum flexibilitate; utramque autem notionem micandi verbo expresserunt Latini. Quam notionem nostro loco habeat, e σκληρός nomine colligitur, quod paullo infra positum illi opponitur. Recte Stallbaumius monet, ὑγρός saepe de rebus lubricis, lentis, flexibilibus, mollibus dici atque frequenter

πρὸς δὲ τούτοις ὑγρὸς τὸ εἶδος, οὐ γὰρ ἂν οἷός τ' ἦν πάντῃ περιπτύσσεσθαι οὐδὲ διὰ πάσης ψυχῆς καὶ εἰσιὼν τὸ πρῶτον λανθάνειν καὶ ἐξιών, εἰ σκληρὸς ἦν. συμμέτρου δὲ καὶ ὑγρᾶς ἰδέας μέγα τεκμήριον ἡ εὐσχημοσύνη, ὃ δὴ διαφερόντως ἐκ πάντων ὁμολογουμένως Ἔρως ἔχει· ἀσχημοσύνῃ γὰρ καὶ Ἔρωτι πρὸς ἀλλήλους ἀεὶ πόλεμος. χρόας δὲ κάλλος ἡ κατ' ἄνθη δίαιτα τοῦ θεοῦ σημαίνει· ἀνανθεῖ γὰρ καὶ ἀπηνθηκότι καὶ σώματι καὶ ψυχῇ καὶ ἄλλῳ ὁτῳοῦν οὐκ ἐνίζει B Ἔρως, οὗ δ' ἂν εὐανθής τε καὶ εὐώδης τόπος ᾖ, ἐνταῦθα καὶ ἵζει καὶ μένει.

ad Amorem transferri. Apposite Rückertus Plat. Theaet. laudat p. 162, B. *μὴ ἔλκειν πρὸς τὸ γυμνάσιον σκληρὸν ἤδη ὄντα* (h. e. aetate provectiorem atque corpore robustiorem) *τῷ δὲ δὴ νεωτέρῳ τε καὶ ὑγροτέρῳ ὄντι παλαίειν.*

σύμμετρον δὲ καὶ ὑγρᾶς ἰδέας. Acute vidit Astius, *σύμμετρον* referendum esse ad *περιπτύσσεσθαι.* Amor enim, quia potest *πάντῃ περιπτύσσεσθαι*, recte *σύμμετρος* vocatur. Itaque ne hic quidem audiendus est Orellius, qui *σύμμετρος* pro *συμμέτρου* legendum putabat. Aristaenet. I. 1. p. 4. ed. Abr. *οὕτω μέντοι σύμμετρα καὶ τρυφερὰ τῆς Λαΐδος τὰ μέλη, ὡς ὑγροφυῶς αὐτῆς λυγίζεσθαι τὰ ὁστᾶ τῷ περιπτυσσομένῳ.* Stallb. Ficinus habet in conversione: *aptae vero, compositae flexibilisque formae*, vitio, ut videtur, typothetarum. Non dubium enim est, quin scripserit: apte vero compositae et quae seqq.

ὃ δὴ διαφερόντως — ἔχει. Pronomina relativa haud raro praecedentis nominis, ad quod grammatice referenda sunt, genus non sequuntur, ut indicetur, nomen collectivum, quod vocant, ipsum illud nomen esse, atque complures notiones in se contiaere, quae genere neutro pronominis relativi consummentur. cfr. Matth. Gramm. ampl. §. 439. p. 820., ubi et noster locus laudatur, sed addita ante *διαφερόντως* vocula *καί*, quam ex optimorum codicum auctoritate Stallbaumius expunxit, Rückertus uncis inclusit. Eandem prorsus delere V. D. noluit, quod vim habeat h. l., quae ad rem paene necessaria videatur. Etiam Bekkerus *καί* expungendum curavit, neque idem in Ficini conversione expressum est: *qua* (sc. figurae concinnitate) *Amor omnium maxime procul dubio decoratus est.*

ἡ κατ' ἄνθη δίαιτα. Notabis levitatem argumentandi, quasi non cogitari possit, eum, qui deformis sit, pulcra amare, turpia fugere. Respexisse videtur Agatho ad proverbium, quo

Cap. XIX.

Περὶ μὲν οὖν κάλλους τοῦ θεοῦ καὶ ταῦτα ἱκανὰ, καὶ ἔτι πολλὰ λείπεται. Περὶ δὲ ἀρετῆς Ἔρωτος μετὰ

similis simili gaudere dicitur. Verum non probatur tamen eo, quod probandum erat hoc loco. Sequentia verba quod attinet, *οὗ δ' ἂν εὐανδές τε καὶ εὐώδης τόπος ᾖ, ἐνταῦθα καὶ ἵζει καὶ μένει*, cfr. Soph. Antig. v. 781 seqq.

Ἔρως ἀνίκατε μάχαν
Ἔρως, ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις
ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς
νεάνιδος ἐννυχεύεις.

Adde Aristaeneti Platonicorum verborum imitationem II. 1. p. 73. Abr. *ἀνανδεῖ γὰρ καὶ ἀπηνθηκότι σώματι οὐ πέφυκε προσιζάνειν ὁ Ἔρως.*

περὶ δὲ ἀρετῆς κ. τ. λ. Laudat Agatho Amoris virtutes ita, ut eius iustitiam, temperantiam, fortitudinem, prudentiam ordine celebret; quae quidem virtutum cardinalium, quas vocant, recensio et ipsa habet nescio quid inanis ostentationis atque redolet ingenium hominis, qui praeter poësin etiam philosophorum sapientiam degustaverat, sed fortasse nonnisi primis labris degustaverat. Observes praeterea, quam artificiose Agatho verba composuerit, quam lepide paria paribus retulerit et ut similiter caderent, elaboraverit. Stallb.

οὐδ' ἀδικεῖ. Prorsus repugnant haec cum aliorum poëtarum sententiis, tum iis, quae apud Sophocl. leguntur in Antig v. 191.

σὺ καὶ δικαίων ἀδίκους
φρένας παρασπᾷς ἐπὶ λώβᾳ
σὺ καὶ τόδε νεῖκος ἀνδρῶν
ξύναιμον ἔχεις παράξας.

οὔτε γὰρ αὐτὸς βίᾳ πάσχει, εἴ τι πάσχει. Haec verba Schleiermacherus convertit: Denn weder widerfährt ihm selbst gewaltsam, wenn ihm etwas widerfährt. In Schulthessii conversione exstat: denn er selbst leidet nie Gewalt, es widerfahre ihm, was da wolle. Ficinus verba interpretatur: non enim ipse vi patitur, si quid patitur. *Αὐτός* pronomen ita explicandum est, ut oppositum cogitetur verbo cuidam, quod nunc non comparet, quoniam structuram verborum, quam in mente habuisse videtur, Agatho immutavit. Dicturus videlicet erat: *οὔτε γὰρ αὐτὸς βίᾳ πάσχει, εἴ τι πάσχει· — οὔτ' ἄλλος ὁστισοῦν βίᾳ πάσχει κ. τ. λ.* Structurae verborum ita mutatae, ut cogitatam structuram singula verba sequantur, quae cum structura revera posita non satis conveniant, exempla non rara sunt atque a grammaticis ita explicantur plerumque, ut ad sententiam, non ad verba directa esse dicantur. Verba *βίᾳ πάσχει* quod attinet, quaeritur, qui fieri possit, ut aliquis patiatur aliquid, neque tamen *βίαν* experiatur. *Πάθος* enim ne cogitari quidem potest nisi coniunctum cum vi quadam ex-

ταῦτα λεκτέον. τὸ μὲν μέγιστον, ὅτι Ἔρως οὔτ' ἀδικεῖ οὔτ' ἀδικεῖται οὔθ' ὑπὸ θεοῦ οὔτε θεὸν, οὔθ' ὑπ' ἀνθρώπου οὔτε ἄνθρωπον. οὔτε γὰρ αὐτὸς βίᾳ πάσχει, εἴ τι πάσχει· βία γὰρ Ἔρωτος οὐχ ἅπτεται· οὔτε ποιῶν ποιεῖ· πᾶς γὰρ ἑκὼν Ἔρωτι πᾶν ὑπηρετεῖ· ἃ δ' ἄν C

trinsecus illata. *Οὐ βίᾳ πάσχει* contradictio est in adiecto, quam vocant, quam hic admissam esse ab Agathone admodum dubito. Aliud quid poëta videtur exprimere voluisse illis verbis, quod quid sit, e rectius explicatis *εἴ τι πάσχει* verbis patebit. Supra monuimus annotat. p. 169. Graecos haud raro, ubi infinitivus verbi alicuius ponendus esset proprie cum finito aliquo verbo coniunctus, omisso hoc verbo infinitivum eo tempore collocare, quo finitum verbum ponendum erat. Sic legitur Plat. Alcib. I, p. 106. c. 7. *οὐκοῦν ταῦτα μόνον οἶσθα, ἃ παρ' ἄλλων ἔμαθες ἢ αὐτὸς ἐξεῦρες*, quo loco iam supra monuimus, *οἶσθα* positum esse pro *εἰδέναι λέγεις*. Eodem modo Agatho nostro loco ad fabulas quasdam respiciens, in quibus *πάθη* Erotis narrantur, *εἴ τι πάσχει* posuit pro *εἴ τι πάσχειν λέγεται*. Hinc sententia verborum existit haec: Weder er ist es, der etwas erleidet, wenn man gemeinlich sagt, dass er etwas erleidet, cett. *βίᾳ* autem positum est, ut eo *πάσχειν* verbi potestas augeatur, ad utrumque autem negatio praecedens tanquam ad notionem unam refertur.

οὔτε ποιῶν ποιεῖ. In paucis quibusdam codicibus, in Vindob. uno et Paris. uno *ποιῶν* participium non comparet; hinc Rückertus ad h. l.: habet, inquit, primo adspectu speciei nonnihil haec omissio; quid enim iucundius procedit, quam haec oratio: *οὔτε αὐτὸς βίᾳ πάσχει, οὔτε ποιεῖ*? neque tam necessaria est h. l. conditionis additio, quam altero in membro; agere enim Amorem aliquid nemo dubitat, utrum patiatur an minus, incertum. Attamen non puto a Platone omissam vocem esse, sed solam duarum similium viciniam hanc lectionem peperisse. — De hoc genere corruptionis vide quae annotavimus p. 171. Praeterea codices nonnulli exhibent *οὔτε βίᾳ ποιῶν ποιεῖ*, quod ab iis additum est, qui bene sentirent, *βίᾳ* nostro loco e praecedentibus repetendum esse. Sed ut clarius videas, *βίᾳ* non Platonis manum esse, posita vox est in loco ineptissimo, eodemque modo se habet, quasi supra scriptum exstaret *οὔτε γὰρ αὐτὸς πάσχει, εἴ τι βίᾳ πάσχει*.

πᾶς γὰρ ἑκών. Si dixisset poëta *ἑκὼν ἀέκοντί γε ϑυμῷ*, nemo eius verbis offenderetur. *Ἑκών* nude positum multorum poëtarum de saevitia Amoris querentium refutatur exemplo. Moneo haec, ut habeas, quorsum referas verba Socratica p. 198. E. *τὸ δὲ ἄρα — οὐ τοῦτο ἦν τὸ καλῶς ἐπαινεῖν ἕτιοῦν; ἀλλὰ τὸ ὡς μέγιστα ἀνατιθέναι τῷ πράγματι καὶ ὡς κάλλιστα, ἐάν τε ᾖ*

ἑκὼν ἑκόντι ὁμολογήσῃ, φασὶν οἱ πόλεως βασιλῆς νόμοι δίκαια εἶναι. πρὸς δὲ τῇ δικαιοσύνῃ σωφροσύνης πλείστης μετέχει. εἶναι γὰρ ὁμολογεῖται σωφροσύνη τὸ κρατεῖν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν, Ἔρωτος δὲ μηδεμίαν ἡδονὴν κρείττω εἶναι. εἰ δὲ ἥττους, κρατοῖντ' ἂν ὑπ' Ἔρωτος, ὁ δὲ κρατοῖ. κρατῶν δὲ ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ὁ Ἔρως διαφερόντως ἂν σωφρονοῖ. καὶ μὴν εἴς γε ἀν-
D δρείαν Ἔρωτι οὐδὲ Ἄρης ἀνθίσταται. οὐ γὰρ ἔχει Ἔρωτα Ἄρης, ἀλλ' Ἔρως Ἄρη, Ἀφροδίτης, ὡς λόγος. κρείττων

οὕτως ἔχοντα, ἐάν τε μή· εἰ δὲ ψευδῆ, οὐδὲν ἄρ' ἦν πρᾶγμα. Nostro loco Erotis aequitas probanda erat, quod quibus fieret argumentis, verisne an falsis, non magnopere curabatur. In sequentibus verbis ἃ ὅ' ἂν ἐκών e paucissimorum codicum auctoritate τις ante ἑκών positum servarunt Bekkerus, Stallbaumius, alii. Rückertus, quem secuti sumus, voculam expunxit. Qui factum sit, ut in ordinem verborum irrepserit, per se intelligitur.

οἱ πόλεως βασιλῆς νόμοι. Haec Bodleiani codicis lectio est. Florentini quatuor βασιλικῆς habent, vulgo βασιλεῖς legitur. Bastius conferri iubet Arist. Rhetor. III. 3. τοὺς τῶν πόλεων βασιλεῖς νόμους. In Plat. Gorg. p. 484. B. dictum Pindaricum laudatur: νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων.

εἶναι γὰρ ὁμολογεῖται σωφροσύνη. In Definitionum libello Platoni vulgo adscripto p. 412. A. legitur: σωφροσύνη· μετριότης τῆς ψυχῆς περὶ τὰς ἐν αὐτῇ κατὰ φύσιν γιγνομένας ἐπιθυμίας τε καὶ ἡδονάς. εὐαρμοστία καὶ εὐταξία ψυχῆς πρὸς τὰς κατὰ φύσιν ἡδονὰς καὶ λύπας. Adde Aristot. Rhet. I. 9. Σωφροσύνη ἀρετή, δι' ἣν πρὸς τὰς ἡδονὰς τοῦ σώματος οὕτως ἔχουσιν, ὡς ὁ νόμος κελεύει. Neque aliter monente Stallbaumio ad h. l. σωφροσύνην definit ipse Plato. cfr. Phaedon. p. 68. C. de rep. IV. p. 431, A.

κρατῶν δὲ ἡδονῶν. Facta conclusione hac nemo non videt, in σωφροσύνην aperte illudi ab Agathone, homine huius virtutis, ut videtur, expertissimo eodemque Pausaniae amasio, quem non puduit Xenophonte teste Symp. c. VIII. §. 32. ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ τῶν ἀκρασίᾳ συγκυλινδουμένων. Sed non dubium est, quin ipse Agatho bene senserit, huiusmodi nugas sophisticas auditoribus minime probatum iri. Ut igitur haberet, quo posset futurae convivarum reprehensioni sese subtrahere, in fine orationis suae haec apposuit: οὗτος — ὁ παρ' ἐμοῦ λόγος — τῷ θεῷ ἀνακείσθω, τὰ μὲν παιδιᾶς τὰ δὲ σπουδῆς μετρίας — μετέχων.

καὶ μὴν — εἴς γε. De

δὲ ὁ ἔχων τοῦ ἐχομένου. τοῦ δ' ἀνδρειοτάτου τῶν ἄλλων κρατῶν πάντων ἂν ἀνδρειότατος εἴη. περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας τοῦ θεοῦ εἴρηται, περὶ δὲ σοφίας λείπεται. ὅσον οὖν δυνατὸν, πειρατέον μὴ ἐλλείπειν. καὶ πρῶτον μὲν, ἵν' αὖ καὶ ἐγὼ τὴν ἡμετέραν τέχνην τιμήσω, ὥσπερ Ἐρυξίμαχος τὴν ἑαυτοῦ, ποιητὴς ὁ θεὸς σοφὸς οὕτως, ὥστε καὶ ἄλλον Β ποιῆσαι· πᾶς γοῦν ποιητὴς γίγνεται, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν, οὗ ἂν Ἔρως ἅψηται. ᾧ δὴ πρέπει ἡμᾶς μαρ-

καὶ μὴν — γέ voculis vide annotat. p. 64. Patet autem, Homericam narrationem hic tangi, quae legitur Odyss. VIII. v. 267. seqq. Ceterum non opus est, ut ad Ἀφροδίτης nomen, quod paullo infra legitur, nomen appellativum ἔρως suppleatur. Dei enim nomen saepissime appellativum nomen simul exprimit. Unum exemplum ut laudem, legitur p. 197. B. ὅθεν δὴ καὶ κατεσκευάσθη τῶν θεῶν τὰ πράγματα Ἔρωτος ἐγγενομένου δῆλον ὅτι κάλλους.

πειρατέον μὴ ἐλλείπειν. Λείπειν verbum cum ἐν praepositione compositum iis verbis adnumerandum est, quae amissa vi transitiva non actionem aliquam exprimunt, sed absolutam verbi notionem indicant; ἐλλείπειν igitur idem significat atque ἐλλείποντα εἶναι. Hinc accedente indicio rei, quam aliquis praetermittit s. negligit, genitivus casus exhibetur, non accusativus. Vide, quae de hoc genere verborum diximus p. 87.

ἵν' αὖ καὶ ἐγώ. Tres Bekkeri codices exhibent ἵνα τι καὶ ἐγώ. Non male. Sed nihil videtur mutandum esse. Etenim αὖ vocula reiterationem significat actionis, quae indicata est p. 186. B. ἵνα καὶ πρεσβεύωμεν τὴν τέχνην; καί autem pronomini additur, ut significantius indicetur, aliquem olim fuisse, qui idem fecerit. Verum inest tamen nostro loco, quod attentiorem lectorem merito offendat. Nimirum notum satis est atque a nobis commemoratum annotat. p. 5., Graecos scriptores comparationis membra ita exhibere, ut καί in posteriore comparationis membro ponant, quando idem in priore positum sit, contra id illic omittant, si in priore comparationis membro non comparuerit. Iam nostro loco, quoniam ὥσπερ vocula duae actiones indicantur inter se comparari, Platoni scribendum erat vel dicendum Agathoni ex praecepto supra laudato: ἵν' αὖ καὶ ἐγὼ τὴν ἡμετέραν τέχνην τιμήσω, ὥσπερ καὶ Ἐρυξίμαχος τὴν ἑαυτοῦ sc. ἐτίμησεν. Potuit etiam hoc modo haec enuntiatio proferri: ἵν' αὖ ἐγὼ τὴν ἡμετέραν τέχνην τιμήσω, ὥσπερ Ἐρυξίμαχος τὴν ἑαυτοῦ. Exemplum est καί in comparatione dupliciter positi Plat. Phaedon. p. 64. C. σκέψαι δή, ὦ

τυρίῳ χρῆσθαι, ὅτι ποιητὴς ὁ Ἔρως ἀγαθὸς ἐν κεφαλαίῳ πᾶσαν ποίησιν τὴν κατὰ μουσικήν· ἃ γάρ τις ἢ μὴ ἔχει ἢ μὴ οἶδεν, οὔτ' ἂν ἑτέρῳ δοίη οὔτ' ἂν ἄλλον

γαθὲ, ἐὰν ἄρα καὶ σοὶ ξυνδοκῇ, ἅπερ καὶ ἐμοί. Alia huius structurae exempla Stallbaumius laudat annot. ad Plat. Apol. Socr. p. 22. D. Num praeter nostrum locum aliud exemplum apud veteres scriptores reperiatur, quo in priori comparationis membro *καί* positum, in altero omissum sit, vehementer dubito.

πᾶς γοῦν ποιητὴς γίγνεται κ. τ. λ. Audi Stallbaumium annotantem ad h. l.: Alludit iudice Valckenario Diatrib. in Eurip. Fragm. p. 207. ad versus Steneboae Euripideae:

ποιητὴν δ' ἄρα
Ἔρως διδάσκει κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν. —

Quae sequuntur verba, aliquid vitii contraxerunt, quod facta verborum incisione duplici optime sanari videtur. Annotat Stallbaumius: Ne quid desideres in verbis sequentibus, *πᾶσαν ποίησιν τὴν κατὰ μουσικήν* arcte connectas cum *ἀγαθός*. Perperam enim in vett. editt. post *ἀγαθός* interpungitur. Addit vero *τὴν κατὰ μουσικήν* propterea, quod deinde *ποίησις* et *ποιητής* latiore sensu de cuiusvis generis procreatione et generatione dicit. Itaque nunc de poësi, quae in carminibus pangendis cernitur, cogitari cupiens, commemorat *ποίησιν τὴν κατὰ μουσικήν*. Exhibet Schleiermacherus in conversione: Und zuerst nun, damit auch ich unsere Kunst ehre, wie Eryximachus die seinige, ist der Gott so kunstreich (*σοφὸς οὕτως*) als Dichter, dass er auch andere dazu macht. Ieder wenigstens wird ein Dichter, wär' er auch den Musen fremd vorher, den Eros trifft. Was wir also wohl können als Beweis brauchen dafür, dass Eros ein trefflicher Künstler ist (*ποιητὴς ἀγαθός*) iedes hervorzubringen, was zur Kunst der Musen gehört. Ut Schleiermacherus, ita ceteri interpretes non satis accurate interpretati sunt verba *σοφὸς ποιητής* et *ἀγαθὸς ποιητής*, quorum verborum rectior explicatio viam aperit totius loci rectius explicandi. Eryximachus medicus, ad cuius exemplum Agatho suam artem celebraturus est, de theoretico et de practico medico (*τεχνικός*, *ἰατρικώτατος* et *ἀγαθὸς δημιουργός*) disseruit p. 186. C. et D.; vide annotationem p. 131. Pari modo nunc Agatho de theoretico et de practico poëta agit ita, ut *σοφὸν ποιητήν* vocet eum, qui poëticae artis theoriam calleat, *ἀγαθὸν ποιητήν* practicum poëtam nominet. Mens Agathonis igitur haec est: Die Theorie der Dichtkunst hat der Gott so inne, dass er auch andere zu Dichtern macht. Ieder wenigstens wird ein Dichter, den Eros ergreift, wenn er vorher der Dichtkunst auch noch so fremd war. Quae sequuntur, revocata post *ἀγαθός* interpunctione vulgata hoc modo scribenda sunt: *ᾧ δὴ πρέπει ἡμᾶς μαρτυρίῳ χρῆσθαι, ὅτι ποιητὴς ὁ Ἔρως ἀγαθός, ἐν κε-*

διδάξειε. καὶ μὲν δὴ τήν γε τῶν ζώων ποίησιν πάντων 197
τίς ἐναντιώσεται μὴ οὐχὶ Ἔρωτος εἶναι σοφίαν, ᾗ γίγνεταί τε καὶ φύεται πάντα τὰ ζῶα; ἀλλὰ τὴν τῶν τεχνῶν

φαλαίῳ πᾶσαν ποίησιν, τὴν κατὰ μουσικήν. Sensus est: Dies mag uns zum Beweise dienen, dass Eros practischer Dichter ist, wie überhaupt in aller Kunst, so in der, welche sich auf Poesie bezieht. Sed ne hoc quidem modo verba Platonis satis recte se habere videntur. Fortasse scriptor exhibuit ordinem verborum hunc: ἐν κεφαλαίῳ πᾶσαν ποίησιν, κατὰ τὴν μουσικήν.

ἃ γάρ τις ἢ μὴ ἔχει ἢ μὴ οἶδεν. Praecedentium verborum explicationi favent ἔχειν et εἰδέναι verba, quorum alterum ad artis usum, alterum ad eius theoriam refertur. Idem in sequentia verba cadit διδόναι et διδάσκειν. Ceterum cavendum est, ne quis οὔτε ἄν praecedente οὔτε ἄν minus elegans iudicet aut rei exprimendae non satis conveniens, ideoque facillima litterulae unius mutatione scribat οὔτε αὖ: frequentissima est, Stallbaumio annotante ad Plat. Apol. Socr. p. 31. E. in huiusmodi dictionibus ἄν particulae repetitio. Sic in Apol. Socr. loco laudato legitur — πάλαι ἂν ἀπολώλη καὶ οὔτ' ἂν ὑμᾶς ὠφελήκη οὐδὲν οὔτ' ἂν ἐμαυτόν. Addit Stallbaumius Plat. Phileb. p. 43. A. δῆλον δὴ τοῦτό γε, ὦ Σωκράτης, ὡς οὔτε ἡδονὴ γίγνοιτ' ἂν ἐν τῷ τοιούτῳ ποτὲ, οὔτ' ἄν τις λύπη. Xenoph. Hier. V. 3. ἄνευ γὰρ τῆς πόλεως οὔτ' ἂν σώζεσθαι δύναιτο, οὔτ' ἂν εὐδαιμονεῖν.

καὶ μὲν δὴ τήν γε. Ficinus in conversione: Quod utique per Amoris sapientiam animalia cuncta gignantur atque nascantur, quis dubitet? quod sane negligentius est interpretandi genus, quandoquidem καὶ μὲν δή — γέ vocularum potestas delitescit. Fischerus scribendum censuit καὶ μὴν δή, quae nonnullorum codicum hodie ab omnibus editoribus improbata lectio est. Καὶ μὲν δή — γέ eadem prorsus potestate adhiberi videtur atque καὶ μήν — γέ, de quo vide annotat. p. 64.; utrumque enim ita ponitur, ut commemorari significet, quod aut praeter exspectationem accidit, aut quod fidem superat hominum, aut in rebus summae gravitatis.

ἀλλὰ οὐκ — ἴσμεν. Lenis ironia huic dicendi generi inest, quae adhiberi solet, ubi plane fieri nequit, quin nesciant, quod nescire confitentur, qui ita loquuntur. De ἀποβαίνειν verbi tropico usu vide annot. p. 88. Aoristicum autem tempus positum est de re, quam experientia docuit. cfr. annotat. p. 144. Ceterum Hesychius, quem Stallbaumius laudat, habet: φανόν· φωτεινὸν καὶ λαμπρόν. Apte Schleiermacherus: in Ruhm und Glanz.

τοξικήν γε μήν. Γέ particula argumentationi inservit ita, ut indicetur, alia multa exempla afferri posse, sed pauca nunc sufficere. Diximus de hoc usu γέ particulae annot. p. 85.

δημιουργίαν οὐκ ἴσμεν, ὅτι οὗ μὲν ἂν ὁ θεὸς οὗτος διδάσκαλος γένηται, ἐλλόγιμος καὶ φανὸς ἀπέβη, οὗ δ' ἂν Ἔρως μὴ ἐφάψηται, σκοτεινός; τοξικήν γε μὴν καὶ ἰατρικὴν καὶ μαντικὴν Ἀπόλλων ἀνεῦρεν, ἐπιθυμίας καὶ Ἔρωτος ἡγεμονεύσαντος, ὥστε καὶ οὗτος Β Ἔρωτος ἂν εἴη μαθητής, καὶ Μοῦσαι μουσικῆς καὶ Ἥφαιστος χαλκείας καὶ Ἀθηνᾶ ἱστουργίας καὶ Ζεὺς κυβερνήσεως θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων. ὅθεν δὴ καὶ κατεσκευάσθη τῶν θεῶν τὰ πράγματα Ἔρωτος ἐγγε-

et p. 136. In sequentibus maiuscula littera scribendum curavimus Erotis nomen, ut alibi saepe, καί enim h. l. explicativum est, de quo vide annot. p. 130. p. 132. al. De ἡγεῖσθαι verbi absoluto usu supra dictum est annot. p. 59.

καὶ Μοῦσαι μουσικῆς. Magnopere in explicanda horum verborum structura interpretes se torserunt. Astius eam ita expedire studuit, ut nominativos casus ad ἀνεῦρεν referendos censeret et ad μαθητὴς ἂν εἴη, genitivos autem casus e verbis ἐπιθυμίας καὶ Ἔρωτος ἡγεμονεύσαντος e praecedentibus repetendis exaptaret. Annotat Rückertus ad h. l.: Simplicissimum hoc esse videtur, ut proxime praecedens membrum ὥστε — μαθητής plane negligi in seqq. dicamus et quasi in parenthesi positum, de reliquis autem sic statuamus, sensisse Agathonem, amorem illum, quo duce Apollinem dixisset artium inventorem exstitisse, non esse alius rei, quam ideae artis, apud mentem conceptae et spectatae; quum igitur dicendum esset Μοῦσαι μουσικὴν ἀνεῦρον Ἔρωτος ἡγεμονεύσαντος, quia μουσικῆς ille amor esset, contrahentem omnia haec, quae plene posuisset de Apolline, unum in membrum, subiectum posuisse, omisisse praedicatum ex superioribus repetendum, suo cum accusativo supplendo illo ex genitivo, quem apposuit, quique ab Ἔρωτι aptus est, quod et ipsum supplendum. Stallbaumius ad nominativos e superioribus mente repetendum censet Ἔρωτος ἂν εἴησαν μαθηταί, ut genitivi μουσικῆς, χαλκείας cet. a nomine μαθηταί pendeant. — Et Astii et Rückerti contortior est explicandi ratio. Quam Stallbaumius laudat, ea proxime ad verum accedit. Nollem autem, genitivos μουσικῆς, χαλκείας cet. cum μαθηταί coniungendos censuisset. Nihil certius est, quam μουσικῆς ceterosque genitivos ab Erotis nomine regi, quod in verbis supplendis Ἔρωτος ἂν εἴησαν μαθηταί continetur. Musica autem ut τοξική, ἰατρική, μαντική, inventa est ἐπιθυμίας καὶ Ἔρωτος (sc. μουσικῆς τοξικῆς, ἰατρικῆς, cet.) ἡγεμονεύσαντος. Ut igitur Apollo, illarum inventor artium, μαθητής vocatur Erotis, ita Musae, musicae artis inven-

νομένου δῆλον ὅτι κάλλους· αἴσχει γαρ οὐκ ἔπεστιν Ἔρως. πρὸ τοῦ δὲ, ὥσπερ ἐν ἀρχῇ εἶπον, πολλὰ καὶ δεινὰ θεοῖς ἐγίγνετο, ὡς λέγεται, διὰ τὴν τῆς Ἀνάγκης βασιλείαν· ἐπειδὴ δ' ὁ θεὸς οὗτος ἔφυ, ἐκ τοῦ ἐρᾶν τῶν καλῶν πάντ' ἀγαθὰ γέγονε καὶ C θεοῖς καὶ ἀνθρώποις. οὕτως ἐμοὶ δοκεῖ, ὦ Φαῖδρε, Ἔρως πρῶτος αὐτὸς ὢν κάλλιστος καὶ ἄριστος μετὰ τοῦτο τοῖς ἄλλοις ἄλλων τοιούτων αἴτιος εἶναι.

trices, hoc loco discipulae vocantur Ἔρωτος μουσικῆς, Vulcanus discipulus Ἔρωτος χαλκείας κ. τ. λ.

καὶ Διὸς κυβερνήσεως. Mira hoc loco codicum varietas reperitur, cuius originem causamque frustra quaesivi. Undecim libri Bekkeri exhibent: κυβερνᾶν pro κυβερνήσεως, tres alii apud eundem κυβερνᾶν τὰ habent, in uno κυβερνῶν reperitur.

τῶν θεῶν τὰ πράγματα. Intelliguntur rixae illae, quarum iam supra Agatho mentionem fecit p. 195. C.: τὰ δὲ παλαιὰ πράγματα περὶ θεούς, et quae paullo infra verbis insigniuntur: πολλὰ καὶ δεινὰ θεοῖς ἐγίγνετο. In sequentibus Ἔρωτος ἐγγενομένου δῆλον ὅτι κάλλους, rursus nomen proprium ita positum habes, ut simul appellativi nominis potestatem obtineat. Hinc κάλλους genitivum explicabis.

αἴσχει γὰρ οὐκ ἔπεστιν Ἔρως. In Basil. uno legitur ἔνεστιν pro ἔπεστιν. Unus Paris. paucissimique alii libri exhibent ἔστιν; Porsonius Advers. p. 58. ἔνι scribendum coniecit, qua coniectura facile caremus. Ut supra dicitur p. 195. D. οὐκ ἐπὶ σκληροῦ βαίνει ἀλλ' ἐπὶ μαλθακοῦ, ita quidni hoc loco dicatur: αἴσχει οὐκ ἔπεστιν? Neque audiendus est Astius, qui collatis verbis p. 201. A. αἰσχρὸν γὰρ οὐκ εἴη Ἔρως scribendum esse censuit αἴσχους γὰρ οὐκ ἔστιν Ἔρως.

Πρῶτος αὐτὸς ὢν κάλλιστος. Ficinus habet in conversione: *Ita mihi videtur, o Phaedre, Amor ipse primum pulcherrimus optimusque esse.* Legisse igitur videtur πρῶτόν pro πρῶτος. Illud etiam apud Stobaeum reperitur, atque Wolfio adeo placuit, ut in ordinem verborum recipiendum duceret. Frustra. Agathonis mens haec est: Ante natum Erotem pulcrum non erat; ille omnibus et diis et hominibus pulcritudinis auctor; ipsum igitur deum prius, quam omnes alios, pulcherrimum et optimum fuisse necesse est: nam quae quis ipse non habet, alii haud facile largiatur (vide p. 196. E. fin.)

ἐπέρχεταί δέ μοι h. e. subit me dicere, valetque ἐπέρχεσθαι de ea memoria, quam nos verbo unwillkührlich

Ἐπέρχεται δέ μοί τι καὶ ἔμμετρον εἰπεῖν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ ποιῶν

εἰρήνην μὲν ἐν ἀνθρώποις, πελάγει δὲ γαλήνην,
νηνεμίαν ἀνέμων κοίτην, ὕπνον τ' ἐνὶ κήδει.

insignimus. Ceterum ut versus p. 195. D. ita laudati sunt, ut sua mollitie, quae cum in ipsorum verborum placidissimo quasi flumine, tum in finibus similiter cadentibus conspicitur, Agathonis ingenium ad mollitiem proclive depingant, ita nostri loci versus non dubium est, quin habeant in se, quo Agatho notetur. De qua re nemodum interpretum quicquam annotavit. Notatur autem, si quid video, in his versibus artificium, quo singula verba earundem litterarum repetitione inter se comparantur. Sic *εἰρήνην μὲν ἐν ἀνθρώποις* positum ita habes, ut inverso ordine, quae litterae in verbo *εἰρήνην* continentur ρ̄ et ν̄, easdem habeas in *ἀνθρώποις* nomine positas; idem cadit in sequentia verba *πελάγει δὲ γαλήνην*. Idem artificium in verbis *νηνεμίαν ἀνέμων* conspicitur, sed auctius et clarius, quod verba sunt eiusdem radicis. Restat, ut de *κοίτην ὕπνον τ' ἐνὶ κήδει* dicamus, in quibus videmur equidem nobis aliquid vitii deprehendisse. Lectio vulgata *ἐνὶ κήδει* a Bekkero, Stallbaumio, aliis in ordinem verborum recepta est, ac Stallbaumius quidem *ἐνὶ κήδει* ita explicat, ut esse dicat *ἐν τοῖς κηδομένοις*. Accuratius opinor verba *ἐνὶ κήδει* explicantur *τιόλν ἐνὶ κήδει οὐσιν*. Sed sive hanc, sive illam explicationem probes, certum hoc est, hominum, maris, ventorumque praecedente mentione non bene commemorari *τοὺς κηδομένους* s. *τινὰς ἐν κήδει ὄντας*, et cum *εἰρήνην ἐν ἀνθρώποις* non aliter intelligi possit, quam *ἐν κηδομένοις*, hoc loco *ἐν κήδει* admodum friget. Ac ne quis cum Stallbaumio censeat, non offensurum esse quemquam in sententiae ratione parum diligenter expressa, qui meminerit, Agathonem hos versiculos ludere a Platone iussum esse, ut sibi ipse quasi illuderet: alio loco de consilio Platonis dicemus, excusationem autem Stallbaumianam quod attinet, vide, ne probata ea, ne manifestissimum quidem in huiuscemodi versiculis vitium mutando tollere possis. Quicquid enim vitiosum ibi deprehenditur, poëtae, non scribarum negligentiae vel ignorationi imputabitur. Magna autem est in codicibus varietas lectionis. Bro *ὕπνον τ' ἐνὶ κήδει* Vindob. unus habet *ὕπνον τε νικήδει*. Quatuor Flor. aliique non pauci *ὕπνον τε νηκηδῆ* s. *ὕπνον τε νηκηδῆ* exhibent. Hinc variae doctorum hominum coniecturae. Dindorfius scribendum censuit:

νηνεμίαν ἀνέμοις, κοίτῃ θ' ὕπνον νηκηδῆ.

quae coniectura verissime monente Stallbaumio propter *τέ* alieno loco positum improbanda est. Vix commemorandum Bastii commentum est *ὕπνον τ' ἐνὶ γήθει*. Ficinus, quem veram Platonis ma-

οὗτος δὲ ἡμᾶς ἀλλοτριότητος μὲν κενοῖ, οἰκειότητος δὲ πληροῖ, τὰς τοιάσδε ξυνόδους μετ' ἀλλήλων πάσας τιθεὶς ξυνιέναι, ἐν ἑορταῖς, ἐν χοροῖς, ἐν θυσίαις γιγνόμενος ἡγεμών· πραότητα μὲν πορίζων, ἀγριότητα D

num habuisse suspicor, versiculos sic convertit: qui pacem largitur hominibus, qui mari tranquillitatem, qui ventis requiem, cubile viventibus omniumque (Stallbaumius somnumque rectissime censuit legendum) securum. Viventibus autem verbo adhibito animalia, ut videtur, exprimere voluit, quae videtur et ipse Agatho in mente habuisse, sed more poëtarum adhibito unius animalis nomine expressisse, ad quod nomen reperiendum ultro duxit πελάγους commemoratio. Scripsit enim Plato: κοίτην ὕπνον τ' ἐνὶ κήτει Ut autem melius intelligas, quam facile κήτει in κήδει mutari potuerit: Hesychius κήτει affert pro στερήσει, ἐρημίᾳ, dicens κῆτος esse non solum θαλάσσιον ἰχθῦν παμμεγέθη, sed etiam ἀπορίαν. Iam aliquis olim Platonis commentator non indoctus, cum κήτει de fero marino non intelligi posse opinaretur, de ἀπορίᾳ verbum dictum intellexit, atque, ut intelligentiae faciliori versiculorum consuleret, κήδει scripsit. Ut autem praecedentia verba earundem litterarum reiteratione inter se comparantur, ita nunc κοίτην et κῆτει eodem ornatu gaudent.

τὰς τοιάσδε ξυνόδους μετ' ἀλλήλων. His verbis conventus significantur similes Agathonis convivio. Hinc minus accurate legitur in Schulthessii conversione p. 105: indem er mancherlei Vereine und Zusammenkünfte stiftet. Schleiermacherus verba convertit: Und dieser eben entlediget uns des Fremdartigen und sättiget uns mit dem Angehörigen, indem er nur solche Vereinigungen uns unter einander anordnet cet. Non reddidit V. D. πάσας vocem, quae et nobis molesta est. Si quid video, vitium his verbis inest, quae hoc modo emendari videntur: τὰς τοιάσδε ξυνόδους μετ' ἀλλήλων πάντας τιθεὶς ξυνιέναι. Ne quis autem hanc scripturam iusto audaciorem censeat, facile fieri potuit, ut scribarum aliquis, cum praecederet feminini generis substantivum, ad id dirigendum censeret πάντας verbum, idque in πάσας mutaret. Sensus est: Hic solitudinem a nobis cohibet, familiaritatis studio nos implet, quippe huiusce modi conventibus omnes inter se conciliari iubens. Quae sequuntur πορίζων, ἐξορίζων participia optime a Schleiermachero conversa sunt: Mildheit dabei verleihend, Wildheit aber zerstreuend. Captat enim Agatho et hoc loco et in sequentibus syllabarum similes sonos.

φιλόδωρος εὐμενείας κ. τ. λ. Haec verborum structura, rarior apud prosae orationis scriptores, propria est tragicorum poëtarum, vide Matth. Gramm. ampl. §. 339. p. 647. ubi praeter alia laudantur Soph. Oed. C.

δ' ἐξορίζων· φιλόδωρος εὐμενείας, ἄδωρος δυσμενείας· ἵλεως ἀγαθοῖς, θεατὸς σοφοῖς, ἀγαστὸς θεοῖς· ζηλωτὸς ἀμοίροις, κτητὸς εὐμοίροις· τρυφῆς, ἀβρότητος, χλιδῆς, χαρίτων, ἱμέρου, πόθου πατήρ· ἐπι-

677. *ἀνήνεμος πάντων χειμώνων.* Eurip. Med. 671. *οὐκ ἐσμὲν εὐνῆς ἄζυγες γαμηλίου.* Eur. Phoen. 334. *ἄπεπλος φαρέων.*

ἵλεως ἀγαθοῖς. Consentiunt codices in *ἀγαθός* scriptura, quam Ficinus in conversione expressit: propitius, beneficus, spectandus sapientibus. Sed nemo non videt, *ἀγαθός* scriptura probata singulorum huius enuntiati memborum concinnitatem turbari, quam studiose ab Agathone quaesitam esse supra annotavimus. Rursum igitur exemplum habes corruptelae, quae omnium codicum consensu tuetur. Apud Stobaeum *ἀγαθοῖς* legitur, quod primus recepit Wolfius, quem ceteri editores secuti sunt.

χλιδῆς. Mollities, deliciae. Derivatum nomen est a *χλίω* verbo, calore solvo, mollio, deliciis frango. Stallb. Timaeus habet Lex. V. Pl. *χλιδή· ἔκλυσις καὶ μαλακία. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ ἐχλιάνθαι ἀσθενείᾳ τοῦ θερμοῦ*, ad quae verba vide annotationem Ruhnkenii p. 176.

ἐν πόνῳ, ἐν φόβῳ, ἐν λόγῳ κ. τ. λ. Magno ingenii acumine de his verbis egit Schützius in Lect. Platon. Specim. I. p. 4. Quam ibi verborum emendationem profert, quamquam ut aliis, ita nobis minus probatur, tamen ita egit V. D., ut non sine fructu et delectatione lectorum eius dissertatio repeti videatur. Sententiarum, inquit, inter se relatarum oppositionem turbatam esse, nullo negotio perspicitur. Primum enim inter *πόνῳ* et *λόγῳ* prorsus nulla est relatio, quae inter *φόβῳ* et *πόθῳ* satis clara intercedit, deinde quorsum omnino hic *ἐν λόγῳ* pertineat, aut quam vim habeat, intelligi vix potest; denique quatuor illi nominativi *κυβερνήτης, ἐπιβάτης, παραστάτης καὶ σωτήρ* quomodo ad quatuor dativos *ἐν πόνῳ, ἐν φόβῳ, ἐν πόθῳ, ἐν λόγῳ* referantur, ut singula singulis ad sententiam respondeant, haud apparet. Itaque cum vix credibile sit, Agathonis operam in concinnitate sententiarum assectanda positam extrema in parte claudicasse, librariorum culpa nonnulla hic turbata esse arbitamur. Ut paucis defungamur, ita nobis Plato videtur scripsisse: *ἐν φόβῳ, ἐν πόθῳ, ἐν πόνῳ, ἐν μόγῳ, κυβερνήτης, ἐπιβάτης, παραστάτης καὶ σωτὴρ ἄριστος.* Iam primum totam imaginem e re nautica petitam esse existimamus. Nautis enim saepe timor naufragii, desiderium terrae, labor in difficultate navigandi, aerumna nauseantibus, fame periclitantibus, cum tempestatibus conflictantibus accidere solet. In timore igitur illo quid gubernatore, in desiderio

μελὴς ἀγαθῶν, ἀμελὴς κακῶν· ἐν πόνῳ, ἐν φόβῳ, ἐν πόθῳ, ἐν λόγῳ κυβερνήτης, ἐπιβάτης, παραστάτης τε καὶ σωτὴρ ἄριστος, ξυμπάντων τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων κόσμος, ἡγεμὼν κάλλιστος καὶ ἄριστος. ᾧ E

quid socio itineris et comite (ἐπιβάτῃ), in labore quid auxiliatore (παραστάτῃ) in aerumna quid sospitatore (σωτῆρι) optabilius? Haec igitur officia unum Amorem omnia praestare amantibus docet. Deinde hac unius litterae mutatione uniusque vocabuli transpositione hoc efficitur, ut singula singulis ad amussim respondeant. Ut enim ἐν φόβῳ ad malorum, sic ἐν πόθῳ ad bonorum exspectationem refertur; ut πόνος molestiam in agendo, sic μόγος molestiam in patiendo designat; tandem κυβερνήτης ad φόβον, ἐπιβάτης ad πόθον (quis enim flagrantis desiderii sensum melius lenire possit, quam socius itineris, quicum colloquendo horas tardius euntes fallere possis?) παραστάτης ad πόνον, similitudine a remigantibus ducta, denique σωτήρ ad μόγον aptissime refertur. Haec Schützii ingeniosa et perjucunda explicatio ideo non probanda est, quod codicum lectioni adversatur, quae et ipsa commode explicari potest. Neque tamen Astiana verborum explicatio placet, quam Stallbaumio probari video. Censet nimirum Astius, λόγον h. l. bene habere, quod nonnisi inanes verborum similitudines Agatho quaesiverit; id negamus nos, quamvis ὁ μῦθος ἐσώθη, ὁ λόγος ἀπώλετο apud Platonem saepe reperiatur. Verba ἐν πόνῳ, ἐν φόβῳ, ἐν πόθῳ, ἐν λόγῳ e[illegible] amatoria depromta sunt, affectusque amatorum exprimunt, donec congrediendi confabulandique cum amatis potestate fruantur. Πόνος curam denotat, quam quis animo concepit amasio conspecto; φόβος timorem, quo cruciatur, qui amat, ne ab alio amasius sibi praeripiatur, indicat; πόθος desiderii summi indicium est, λόγος confabulandi cum amasio potestatem quaesitam describit. Atque λόγου κυβερνήτης Eros dicitur, ut qui flumen orationis largiatur idque ad optatum finem dirigat, πόθου ἐπιβάτης Eros audit, quod cupienti se adiungit, παραστάτης ἐν φόβῳ, quid significet, sponte intelligitur, σωτὴρ autem ἐν πόνῳ ne quis opinetur non recte dici: periret amans, nisi Eros accederet animosque ac spem potiundi amasii adderet.

ᾧ χρὴ ἕπεσθαι. Haec est codicum plurimorum lectio. Vulgo ᾧ δεῖ ἕπεσθαι exhibetur. Recte illud recentiores editores probarunt. Non enim de necessitate quadam hic sermo est, quam propter non possit non sequi, quisquis est humana conditione natus, sed de lege agitur, quem quisque ipse sibi imponere debeat. Vide de δεῖ et χρή verborum significatu annot. p. 12. Recte verba Ficinus convertit: quem profecto sectari debet praeclarisque hymnis venerari vir quisque cantilenae illius parti-

χρὴ ἕπεσθαι πάντα ἄνδρα ἐφυμνοῦντα καλῶς, καλῆς ᾠδῆς μετέχοντα, ἣν ᾄδει θέλγων πάντων θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων νόημα. Οὗτος, ἔφη, ὁ παρ' ἐμοῦ λόγος, ὦ Φαῖδρε, τῷ θεῷ ἀνακείσθω, τὰ μὲν παιδιᾶς, τὰ δὲ σπουδῆς μετρίας, καθ' ὅσον ἐγὼ δύναμαι, μετέχων.

Cap. XX.

195 Εἰπόντος δὲ τοῦ Ἀγάθωνος πάντας ἔφη ὁ Ἀριστόδημος ἀναθορυβῆσαι τοὺς παρόντας, ὡς πρεπόν-

ceps, quam Amor ipse concinit, mentem deorum hominumque permulcens. — *Καλῆς* post *καλῶς* positum permulti codices non habent. Potuit facillime, cum praecedat *καλῶς*, scribarum incuria vel addi vel omitti *καλῆς*. In textum id receperunt Bekkerus et Stallbaumius. Astius scribendum censuit *τῆς ᾠδῆς μετέχοντα*, Orellius scribere maluit *καὶ τῆς ᾠδῆς μετέχοντα*, Rückertus verbum uncis inclusit. Sed neque uncis opus est, neque mutatione verbi. — *Ἣν ᾄδει θέλγων* pro *ἣν ᾄδων θέλγει* positum est, de qua verborum structura vide Indices.

τὰ μὲν παιδιᾶς. Si quaeris, quo consilio haec verba ab Agathone proferantur, vide annotat. p. 208.

ἀναθορυβῆσαι. Prorsus eodem modo in Plat. Protag. p. 334. C. *εἰπόντος οὖν ταῦτα αὐτοῦ οἱ παρόντες ἀνεθορύβησαν ὡς εὖ λέγοι.* Ut l. l. nudus optativus, ita nostro loco genitivus participii opinionem exprimit eorum, qui magno cum clamore exsurrexisse narrantur. vide annot. p. 158.

βλέψαντα εἰς τὸν Ἐρυξίμαχον. cfr. p. 193. E. *καὶ εἰ μὴ ξυνῆδειν Σωκράτει τε καὶ Ἀγάθωνι δεινοῖς οὖσι περὶ τὰ ἐρωτικά, πάνυ ἂν ἐφοβούμην, μὴ ἀπορήσωσι λόγων διὰ τὸ πολλὰ καὶ παντοδαπὰ εἰρῆσθαι. νῦν δὲ ὅμως θαῤῥῶ*, ad quae verba Socratis allocutio nunc refertur.

ἀδεὲς πάλαι δέος δεδιέναι. Suid. laudatus a Stallbaumio habet T. I. p. 48. *ἀδεὲς δέδιας δέος λεγόμενόν τι ἔστι ἐπὶ τῶν τὰ μὴ φοβερὰ φοβουμένων. Πάλαι* exprimendae praeteriti temporis notioni ita inservit, ut cum perfecto tempore coniunctum plusquamperfecti temporis notionem efficiat, quae cum praesente tempore aliquam habeat coniunctionem: Num frustra metus, quem habeo, fuerat meus? Convenit cum hac notione Ammonii explicatio *δέος* verbi: *Δέος καὶ φόβος διαφέρει. Δέος μὲν γάρ ἐστι πολυχρόνιος κακοῦ ὑπόνοια, φόβος δὲ ἡ παραυτίκα πτόησις, διόπερ Ἡρόδοτος ἐν τῇ τετάρτῃ· Ἡμέας ἔχει φόβος τε καὶ δέος.* Contra ubi cum praesente tempore *πάλαι* coniungi-

τως τοῦ νεανίσκου εἰρηκότος καὶ αὐτῷ καὶ τῷ θεῷ. Τὸν οὖν Σωκράτη εἰπεῖν βλέψαντα εἰς τὸν Ἐρυξίμαχον, Ἆρά σοι δοκῶ, φάναι, ὦ παῖ Ἀκουμενοῦ, ἀδεὲς πάλαι δέος δεδιέναι, ἀλλ' οὐ μαντικῶς, ἃ νῦν δὴ ἔλεγον, εἰπεῖν, ὅτι Ἀγάθων θαυμαστῶς ἐροῖ, ἐγὼ δ' ἀπορήσοιμι; Τὸ μὲν ἕτερον, φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον, μαντικῶς δοκεῖς μοι εἰρηκέναι, ὅτι Ἀγάθων εὖ ἐρεῖ· τὸ δὲ σὲ ἀπορήσειν, οὐκ οἶμαι. Καὶ πῶς, ὦ μακάριε, εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, οὐ μέλλω ἀπορεῖν καὶ ἐγὼ καὶ ἄλλος ὁστισοῦν, μέλλων λέξειν μετὰ καλὸν καὶ παντο-

tur, perfecti notio efficitur, ut in Plat. Apol. Socr. p. 18. B. *ἐμοῦ γὰρ πολλοὶ κατήγοροι γεγόνασι πρὸς ὑμᾶς, καὶ πάλαι πολλὰ ἤδη ἔτη καὶ οὐδὲν ἀληθὲς λέγοντες*, quo loco *πάλαι λέγοντες* idem est atque *εἰρηκότες*. Noluit autem ipsum perfecti temporis participium exhibere Plato, ut significantius et praesenti hora accusatores meras nugas proferre dicantur atque credularum anicularum inanes susurrationes. vide annot. p. 107. Ceterum schol. ad h. l. habet: *ἀδεὲς δέος ἐπὶ τῶν τὰ μὴ ἄξια φόβου δεδιότων. ὅμοιον τοῦτο καὶ τὸ ψοφοδεὴς ἄνθρωπος.*

ἃ νῦν δὴ ἔλεγον. *Νῦν δή* saepissime a librariis confunditur, neque pauci loci exstant, ubi pro *νῦν δή* scriptum reperitur *δὴ νῦν*, et pro *δὴ νῦν* vice versa *νῦν δή*. Utraque verborum compositio propriam potestatem habet, ac *δὴ νῦν* quidem in adhortatione solenne, atque nostratium also nun apprime respondet; aut ad rem praesenti tempore notissimam refertur cfr. p. 191. A. *ὃ δὴ νῦν ὄμφαλον καλοῦσιν* p. 191. B. *ὃ δὴ νῦν γυναῖκα καλοῦμεν.* *Νῦν δή* autem de tempore accipiendum est, ut significet nunc igitur. Vide Boeckhium ad Plat. Min. p. 90. et Stallbaumium ad Plat. Phileb. p. 105 seqq.

ὅτι Ἀγάθων θαυμαστῶς ἐροῖ. Vulgo legitur *ἐρεῖ*, quod ferri nequit propter insequentem modum optativum; accedit huc Bodleiani aliorumque optimae notae codicum auctoritas, qui *ἐροῖ* optativum repraesentant. In sequentibus *ἀπορήσαιμι* vulgo edebatur. Recte Bekkerus, Stallbaumius, alii, futurum in ordinem verborum receperunt.

καὶ πῶς, ὦ μακάριε. *Καί* h. l. mere expletivum est, de quo vide annot. p. 6. p. 38. al. — *Μακάριος* nomen quod attinet, haud raro apud Platonem ita reperitur, ut blandae appellationi exprimendae inserviat. Interdum id apud eundem, docente Stallbaumio ad Plat. de rep. I. p. 335. E., ad ingenii sapientiaeque praestantiam refertur. cfr. Plat. Menon. p. 70. B. *κινδυνεύω σοι δοκεῖν μακάριός τις εἶναι, ἀρετὴν γοῦν, εἴτε διδακτὸν,*

δαπὸν οὕτω λόγον ῥηθέντα; καὶ τὰ μὲν ἄλλα οὐχ ὁμοίως θαυμαστά; τὸ δὲ ἐπὶ τελευτῆς τοῦ κάλλους

εἴθ' ὅτῳ τρόπῳ παραγίγνεται, εἰδέναι. Adde Plat. Menex. p. 249. D. M. *Νὴ Δί', ὦ Σώκρατες, μακαρίαν γε λέγεις τὴν Ἀσπασίαν, εἰ γυνὴ οὖσα τοιούτους λόγους οἷα τ' ἐστὶ συντιθέναι.*

καὶ παντοδαπὸν οὕτω. Apud Bekkerum legitur *μετὰ καλὸν οὕτω καὶ παντοδαπὸν λ. ῥ.* Uterque verborum ordo codicum non paucorum auctoritate nititur. Equidem non dubito, quin *οὕτω* vocem ei verbo Plato apposuerit, quod maiore cum vi pronuntiandum est; igitur *παντοδαπὸν οὕτω* in verborum ordinem recepi. Recte autem Stallbaumius ad verba *καὶ παντοδαπὸν οὕτω* annotat: Multiplicem vocat Agathonis orationem quippe quae videatur omnia attigisse et percurrisse, quae ad laudem Amoris pertineant.

καὶ τὰ μὲν ἄλλα οὐχ ὁμοίως θαυμαστά; Sic Bekkerus et Stallbaumius omisso *μέν*, quod post *ὁμοίως* in omnibus fere codicibus reperitur. Ruckertus ad h. l.: Habet sane, inquit, quod mireris, *μέν* particula in eodem orationis membro repetita. Attamen hoc ipsum cautionem imponit critico, cui nihil magis est metuendum, quam ne librariorum vel grammaticorum correcturas in textum recipiat. Quos quum multa hic illic correxisse constet ex iis libris, in quibus ipsa correctoris manus cernitur, quid est magis consentaneum, quam iis quoque in locis, ubi insolentius dictum aliquid pars codd. non agnoscat, omissionem ab antiquiore critico institutam in libros recentiores receptam esse. Quam ob rem, ut ratio reddi nullo modo possit repetitionis, servandam tamen particulam equidem existimo. Sed vide, an possit sic defendi, ut prius *μέν* membrorum oppositioni, alterum sententiae inservire dicas: et cetera quidem, non sunt illa quidem similiter admiranda. — Si recte Rückertum intellexi, eius explicandi ratio nullo modo probari potest; non perspicio enim, quomodo membrorum oppositio non item sententiae oppositio esse possit. Ceterum exempla nonnulla laudavi supra (cfr. annot. p. 21. et p. 216.), quibus probatur, interdum falsum esse, quod omnium codicum consensu confirmetur. Nostro loco duo Bekkeri codices *μέν* post *ὁμοίως* positum omittunt, ex quorum auctoritate id recte omiserunt Bekkerus et Stallbaumius. Ceterum male post *θαυμαστά* punctum ponitur. Schleiermacherus verba convertit: und wenn auch das Uebrige wol nicht alles eben so bewundernswerth gewesen ist; aber die Schönheit der Wörter und Redensarten am Ende, welcher Hörer ist nicht über diese erstaunt? Haec quamquam cum oratione Agathonis apprime conveniunt, tamen quoniam vituperium continent prioris partis orationis, praeter consuetudinem Socraticam sunt, de qua vide annot. p. 191. Signo interrogandi post *θαυμαστά* posito locus sanatur. Sensus est: Et cetera qui-

τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων τίς οὐκ ἂν ἐξεπλάγη ἀκούων; ἐπεὶ ἔγωγε ἐνθυμούμενος, ὅτι αὐτὸς οὐχ οἷός

dem num non pari modo praestantissima sunt?

τὸ δὲ ἐπὶ τελευτῆς τοῦ κάλλους. Haec verba Rückertus ita explicat, ut *τὸ δέ* voculas censeat cum sequente *τοῦ κάλλους* genitivo arctius coniungendas esse. Addit idem, genitivum nominis alicuius coniunctum cum nominativo articuli genere neutro positi prorsus non differre ab ipso nomine, quod cum suo articulo exhibeatur; perinde igitur esse, utrum *τὸ δὲ τοῦ κάλλους*, an *τὸ δὲ κάλλος* scribatur. Idem praeceptum Matthiaeus dedit in Gramm. ampl. §. 285. p. 574., quod tamen neutiquam probari potest. Nominis periphrasis effecta illa per articulum neutro genere positum semper aliquam nominis adiuncti conditionem indicat, quae e verborum contextu facillime eruitur. Posses igitur nostro loco, si scriptor *τὸ δὲ τοῦ κάλλους* arctius coniungi voluisset, verba convertere: Vim autem pulcritudinis et verborum et dictionum cet. Non aliter, quam Rückertus, verba converterant Schleiermacherus in conversione p. 427. et Schulthessius p. 106. ed. Orellii. Persuasum nobis est, *τὸ δὲ ἐπὶ τελευτῆς* ita positum esse, ut, cum praecedentia verba *τὰ μὲν ἄλλα* reliquam ab initio orationem denotent, hoc nihil aliud denotet, quam: verba posita sub finem orationis. *Τοῦ κάλλους* autem genitivus e verbo *ἐξεπλάγη* pendet, de quo genere structurae vide annotat. p. 197. et Matth. Gramm. ampl. §. 368. p. 681. Sensus est: Quod autem verba attinet sub finem orationis posita, quis pulcritudinis verborum dictionumque non summa admiratione tenebatur audiens? Ceterum aoristo tempore Plato usus est temporis rationem habens, quo Agathonis audita est oratio. Rarissime verba magnum animi affectum indicantia alio, quam aoristo tempore ponuntur. In caussa hoc est, quod animi commotio maior, ut subitanea, ita fugitiva est, non durans, ut iam praeterierit necesse sit eo tempore, quo quis eius mentionem facit. Perfectum tempus infra habes p. 211. D., ad quem locum vide annotat.

τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων. Ῥήματα sententiae sunt, *ὀνόματα* singula verba. Hinc Eryximachus non singula Heracliti verba, sed integram sententiam vituperans male verbis expressam p. 187. A. dicit: *ὥσπερ ἴσως καὶ Ἡράκλειτος βούλεται λέγειν, ἐπεὶ τοῖς γε ῥήμασιν οὐ καλῶς λέγει.* Infra legitur p. 221. E. *τοιαῦτα καὶ ὀνόματα καὶ ῥήματα ἔξωθεν περιαμπέχονται κ. τ. λ.* Adde Plat. Apol. Socr. p. 17. B. *οὐ μέν τοι, μὰ Δί', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κεκαλλιεπημένους γε λόγους, ὥσπερ οἱ τούτων, ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασιν οὐδὲ κεκοσμημένους κ. τ. λ.* Plat. Cratyl. p. 399. A. — *οἷον Διὸς φίλος· τοῦτο ἵνα ἀντὶ ῥήματος ὄνομα ἡμῖν γένηται, τό τε ἕτερον αὐτόθεν ἰῶτα ἐξείλομεν κ. τ. λ.*

ἐπεὶ ἔγωγε ἐνθυμούμενος κ. τ. λ. De *ἐπεί* vocis

C τ' ἔσομαι οὐδ' ἐγγὺς τούτων οὐδὲν καλὸν εἰπεῖν, ὑπ' αἰσχύνης ὀλίγου ἀποδρὰς ᾠχόμην, εἴ πῃ εἶχον. καὶ γάρ με Γοργίου ὁ λόγος ἀνεμίμνησκεν, ὥστε ἀτεχνῶς τὸ τοῦ Ὁμήρου ἐπεπόνθη· ἐφοβούμην, μή μοι τελευ-

caussali potestate atque de eius origine supra diximus annotat. p. 151. Ad verba, quae sequuntur, ὀλίγου ἀποδρὰς ᾠχόμην Stallbaumius rectissime annotat: *ne quis scribendum suspicetur* ὀλίγου ἀποδρὰς ἂν ᾠχόμην, *sententia verborum haec est*: ego prae pudore paene aufugeram, si qua potuissem. Vide praeterea annotationem p. 159.

εἴ πῃ εἶχον. Vulgo legitur ποί pro πῇ. Hoc optimi plurimique codices praebent. Atque videtur, Rückertus inquit, πῇ etiam verius est; non tam enim, quem in locum fugeret, curandum Socrati fuerat, quam quae fugiendi ratio et via esset, possetne an non. — Utrumque licet, sententiam si spectas, in sermone familiari, et locum, quem versus aliquis fugam parat, et rationem, qua fugi possit, sine magno sententiae discrimine commemorare, neque nostratium vituperaretur, qui diceret: ich war schon halb auf der Flucht, wenn ich nur wusste, wohin aut wenn ich nur wusste, wie. Sed amant Graeci, ut supra indicavimus annotat. p. 28., verba motum in aliquem locum significantia cum quietis notione coniungere; hinc non dubium est, praesertim cum codd. optimi, quorum in numero Bodleianus est, πῇ exhibeant, quin Plato ποί non exhibuerit. Ceterum ἀποδιδράσκειν verbum de servis solenne, qui, quod hero debent, id non solvunt aufugientes. Debent autem hero servitium. Apte igitur ἀποδράς h. l. Socrates dicit, quod clunculum aufugiendo, quam promiserit, non praestiturus esset Erotis laudationem.

καὶ γάρ με Γοργίου ὁ λόγος. Gorgiae Leontini celeberrimi sophistae et dicendi magistri illius aetatis, cuius omne artificium in verborum ornatu et magnificentia (λαμπάδες, vide annotat. p. 196.) constabat, id quod abunde discimus ex Phaedro Platonis. Duae declamationes, quae eius nomine feruntur, Helenae encomium et Palamedis defensio quibus de caussis suspectae fidei habeantur, nescio; id scio, proprietatem Gorgianae eloquentiae in iis reperiri. Rückert. cfr. Philostratus de Vit. Sophist. I. καὶ Ἀγάθων δὲ ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητής, ὃν ἡ κωμῳδία σοφόν τε καὶ καλλιεπῆ οἶδε, πολλαχοῦ τῶν ἰαμβείων γοργιάζει.

ἐπεπόνθη. Hanc formam Atticis usitatam cum parum notum habuissent librarii, factum est, ut saepe mutarent. Vulgo legitur ἔπεπόνθειν. Bodleianus codex ἐπεπόνθει exhibet. cfr. Matth. Gramm. ampl. §. 198. 4. p. 360 Buttmanni Gramm. ampl. T. I. p. 432. Rem extra dubitationem ponit Eustathius ad Hom. Odyss. p. 1946. ed Rom., quem Stallbaumius laudat: παραδιδώσι γὰρ Ἡρακλείδης, ὅτι Ἀττικοὶ

τῶν ὁ Ἀγαθων Γοργίου κεφαλὴν δεινοῦ λέγειν ἐν τῷ λόγῳ ἐπὶ τὸν ἐμὸν λόγον πέμψας αὐτόν με λίθον τῇ ἀφωνίᾳ ποιήσειε. καὶ ἐνενόησα τότε ἄρα καταγέλαστος ὢν, ἡνίκα ὑμῖν ὡμολόγουν ἐν τῷ μέρει μεθ' ὑμῶν

τοὺς τοιούτους ὑπερσυντελικοὺς ἐν τῷ ἦτα μόνῳ κερατοῦσιν, ἤδη λέγοντες καὶ ἐνενοήκη καὶ ἐπεποιήκη· καὶ οὕτω φησὶ Παναίτιος ἔχειν τὰς γραφὰς παρὰ Πλάτωνι· καὶ Θουκιδίδης δὲ κέχρηται τῷ τοιούτῳ Ἀττικῷ ἔθει. cfr. Stallbaumius ad Plat. de rep. I. p. 329. B. ubi eadem eiusdem verbi forma in omnibus fere codicibus depravata reperitur in *ἐπεκόνθειν*.

Γοργίου κεφαλὴν δεινοῦ λέγειν. Annotant interpretes, ad Homeri Odyss. λ. 632. respici, ubi haec leguntur:

Ἐμὲ δὲ χλωρὸν δέος ἴρει,
Μή μοι Γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου.
Ἐξ ἀΐδου πέμψειεν ἀγαυὴ Περσεφόνεια.

Gorgus adspecto capite mortales in lapides mutari, veterum opinio erat. Iam vide, quam lepide Socrates in Gorgiae Gorgusque nominibus lusit. Tanquam conspecto Gorgus capite, audita Agathonis oratione, ne in lapidem mutaretur h. e. lapidis instar *ἄναυδος* sederet, veritum se esse dicit. Ceterum quod apud Homerum est *δεινοῖο πελώρου* nunc satis festive *δεινοῦ λέγειν* dicitur adhaerente notione monstruosae dictionis.

ἐπὶ τὸν ἐμὸν λόγον. *Λόγος* hoc loco orationem significat, quam Socrates habiturus est; igitur verba convertenda sunt: in futuram orationem meam. Rependit autem Socrates satis festive, quae ab Agathone dicta erant p. 194. A. *φαρμάττειν βούλει με, ὦ Σώκρατες — ἵνα ᾄορυβηθῷ.* — Pro *λίθον τῇ ἀφωνίᾳ* consuetius dicendi genus est *μὴ — μὲ ἄφωνον ποιήσειεν ὥσπερ λίθον*, sed multo lepidius est atque praecedenti comparationi convenientius *λίθον τῇ ἀφωνίᾳ*.

καὶ ἐνενόησα τότε ἄρα καταγέλαστος ὤν. Aoristicum tempus positum habes tempore praecedente imperfecto, ut momentanea actio a durtua discernatur, de quo significatu temporum vide annot. p. 86. *καταγέλαστος* nominis significatum supra tetigimus annot. p. 148. Ceterum cave *τότε* cum *ἐνενόησα* coniungendum censeas, pertinet enim ad sequentia verba tempus accurate exprimens, quo tempore Socrates deum laudare promiserit. *Ὤν* imperfecti participium est: oratio enim recta audiret: *τότε ἄρα καταγέλαστος ἦν ἡνίκα κ. τ. λ.* Respicit autem Socrates ad p. 177. D. *οὐδείς σοι, ὦ Ἐρυξίμαχε, — ἐναντία ψηφιεῖται. οὔτε γὰρ ἂν που ἐγὼ ἀποφαίσαιμι, ὃς οὐδὲν φημι ἄλλο ἐπίστασθαι ἢ τὰ ἐρωτικὰ κ. τ. λ.*

ἐν τῷ μέρει μεθ' ὑμῶν. Socrates sibi ipsi ridiculus videri se simulat, non tam, quod Erotem laudare promiserit, quam quod iis promiserit, quibus nemo elegantiorem et pulcriorem Ero-

D ἐγκωμιάσεσθαι τὸν Ἔρωτα καὶ ἔφην εἶναι δεινὸς τὰ ἐρωτικά, οὐδὲν εἰδὼς ἄρα τοῦ πράγματος, ὡς ἔδει ἐγκωμιάζειν ὁτιοῦν. ἐγὼ μὲν γὰρ ὑπ' ἀβελτερίας ᾠμην δεῖν τἀληθῆ λέγειν περὶ ἑκάστου τοῦ ἐγκωμιαζομένου, καὶ τοῦτο μὲν ὑπάρχειν, ἐξ αὐτῶν δὲ τούτων τὰ κάλλιστα ἐκλεγομένους ὡς εὐπρεπέστατα τιθέναι. καὶ πάνυ

tis laudationem exhibere possit. Vides igitur, accentum orationis in verbis ponendum esse ἐν τῷ μέρει μεθ' ὑμῶν, quo facto ironiae acerbitas incredibiliter augetur. Quae sequuntur verba καὶ ἔφην εἶναι δεινὸς τὰ ἐρωτικά non satis cum Socratico dicto p. 179. D. conveniunt. Modestius enim illic Socrates locutus est. Ne mireris igitur, quid sit, quod vehementius Socrates hic se vituperet: omne vituperium in convivas convertitur, qui non veriti sint, coram Socrate, homine maxime erotico, rerum eroticarum imperitiam suam pro sapientia vendidisse.

ἐγὼ μὲν γὰρ ὑπ' ἀβελτερίας κ. τ. λ. His verbis auditis verisimile est, erubuisse, qui de Erote verba fecerunt. — Ἀβελτερίας teste Stallbaumio Bodleiani codicis lectio est aliorumque plurimorum librorum. Rückertus non nisi in Bodleiano, Vaticano uno, Angelico uno, ἀβελτερίας reperiri annotat. Hoc certum est, codices permultos ἀβελτηρίας praebere, quae lectio unde originem duxerit, haud difficile est ad explicandum. Librarii enim cum non ad etymologiam respicerent ἀβελτερία nominis, sed ad analogiam vocabulorum in ηρία desinentium, ad ἀβελτηρία formam recipiendam proclives erant.

περὶ ἑκάστου τοῦ ἐγκωμιάζομένου. Ficinus haec verba convertit: Putabam equidem ob ruditatem meam, de quocunque quod laudatur a nobis, vera oportere referri; quod si verbis exprimere voluisset Plato, scripsisset haud dubie ὃ ἐγκωμιάζεται. Schleiermacherus exhibet in conversione: Ich dachte nämlich in meiner Einfalt, man müsse die Wahrheit sagen in iedem Stück von dem zu preisenden, quam conversionem verborum nemo facile probaverit. Rückertus idem esse contendit ἕκαστον τὸ ἐγκωμιαζόμενον atque τὸ ἀεὶ ἐγκωμιαζόμενον, sed exemplis hic loquendi usus probandus erat, quod V. D. facere omisit. Vulgo legitur: περὶ ἑκάστου τῶν ἐγκωμιαζομένων, quae lectio Schleiermachero placuisse videtur. Nobis ea non est, nisi coniectura eorum, qui περὶ ἑκάστου τοῦ ἐγκωμιαζομένου explicari posse diffiderent. Scripsit fortasse Plato: περὶ ἑκάστου ἐγκωμιαζομένου h. e. de omni re, si laudatur; fortasse etiam verba τοῦ ἐγκωμιαζομένου glossema sunt, quo facillime, si abesset, careremus. Nam cum praecedat οὐδὲν εἰδὼς ἄρα τοῦ πράγματος, ὡς ἔδει ἐγκωμιάζειν ὁτιοῦν, satis patere opinor, περὶ ἑκάστου per se positum rem laudandam significare.

δὴ μέγα ἐφρόνουν ὡς εὖ ἐρῶν, ὡς εἰδὼς τὴν ἀλήθειαν τοῦ ἐπαινεῖν ὁτιοῦν. τὸ δὲ ἄρα, ὡς ἔοικεν, οὐ τοῦτο ἦν τὸ καλῶς ἐπαινεῖν ὁτιοῦν, ἀλλὰ τὸ ὡς μέγιστα ἀνατιθέναι τῷ πράγματι καὶ ὡς κάλλιστα, ἐάν τε ἦ οὕτως ἔχοντα ἐάν τε μὴ. εἰ δὲ ψευδῆ, οὐδὲν ἄρ' ἦν πρᾶγμα. προὐρρήθη γὰρ, ὡς ἔοικεν, ὅπως ἕκαστος B

καὶ τοῦτο μὲν ὑπάρχειν. Bastius parum perspecta ὑπάρχειν verbi potestate καὶ τοῦτο πρῶτον μὲν vel μέγιστον μὲν ὑπάρχειν scribendum coniecit. Frustra. Rectissime Stallbaumius καὶ τοῦτο μὲν ὑπάρχειν, inquit, est: et hoc debere orationi subiectum esse argumentum. Nam verissime Schneiderus ad Xenoph. Oecon. XXI. 11. ὑπάρχειν dicuntur a Platone quaecunque fundamenti loco adesse debent, ubi quis quid exequi voluerit.

τὸ δὲ ἄρα, ὡς ἔοικεν, οὐ τοῦτο ἦν κ. τ. λ. De τὸ δέ vocularum significatione vide annotat. p. 111. Adde Stallbaumium ad Plat. Apol. 8. p. 23. A. Ἄρα conclusivae notionis particula hoc loco ironiae augendae inservit. Praeteritum tempus falsam opinionem aut spem fuisse indicat, quam aliquis olim susceperit atque per aliquod tempus veram habuerit. Utuntur autem hac formula satis cum dolore aut acrimonia ii, quos eventus docuit, aliter atque antea putaverint, rem se habere. Eodem modo paullo infra legitur p. 199. A. ἀλλὰ γὰρ ἐγὼ οὐκ ᾔδη ἄρα τὸν τρόπον τοῦ ἐπαίνου κ. τ. λ. Egit de hoc genere dicendi Stallbaumius ad Plat. Phaed. p. 68. B., ibique Homerum laudat, Odyss. XVI. v. 418.

Ἄντινο', ὕβριν ἔχων, κακομήχανε, καὶ δέ σέ φασιν
ἐν δήμῳ Ἰθάκης μετ' ὀμήλικας ἔμμεν' ἄριστον
βουλῇ καὶ μύθοισι· σὺ δ' οὐκ ἄρα τοῖος ἔησθα.

Pro imperfecto interdum in hoc dicendi genere praesens tempus reperitur, v. c. in Plat. Gorg. p. 469. B. Ὦ Σώκρατες, οὕτω μὲν πάντες ἂν μέγα δύναιντο, ἐπεὶ κἂν ἐμπρησθείη οἰκία τούτῳ τῷ τρόπῳ ἥντιν' ἂν σοι δοκῇ, καὶ τά γε Ἀθηναίων νεώρια καὶ τριήρεις καὶ τὰ πλοῖα πάντα καὶ τὰ δημόσια καὶ τὰ ἴδια. ἀλλ' οὐκ ἄρα τοῦτ' ἔστι τὸ μέγα δύνασθαι, τὸ ποιεῖν ἃ δοκεῖ αὐτῷ. Differt a praeteriti praesentis temporis usus ita, ut illo posito eventu aliquis indicet se edoctum esse, rem aliter se habere, atque olim existimaverit, praesente autem tempore indicatur, iudicare aliquem ita, ut iudicium eius adhuc non probatum sit eventu.

ἀλλὰ τὸ ὡς μέγιστα ἀνατιθέναι τῷ πράγματι. Ἀνατιθέναι verbum solenne est de donis, quae diis ab hominibus consecrantur. Idem etiam eum significatum habet, quo aliquis alicui aliquid attribuere dicitur. Neutra verbi notio ad nostrum locum satis quadrat. Nimirum ironia consueta Socrates usus et pietatem dona diis

ἡμῶν τὸν Ἔρωτα ἐγκωμιάζειν δόξει, οὐχ ὅπως ἐγκωμιάσεται. διὰ ταῦτα δὴ, οἶμαι, πάντα λόγον κινοῦντες ἀνατίθετε τῷ Ἔρωτι, καὶ φατε αὐτὸν τοιοῦτόν τε
199 εἶναι καὶ τοσούτων αἴτιον, ὅπως ἂν φαίνηται ὡς κάλλιστος καὶ ἄριστος δῆλον ὅτι τοῖς μὴ γιγνώσκου-

consecrantium et mentientium impudentiam notaturus est. Deest vernaculo sermoni verbum, quod utramque notionem exprimat; nam quod mihi nunc in mentem venit, aufhängen, de fure suspendendo intelligas facilius, quam de coronis, quibus templorum parietes exornabant veteres. Sed pone, vernaculum illud Graecorum verbo ἀναχρεμαννύναι apprime respondere, alteram notionem adde, qua dicimus: jemandem etwas aufhängen, et expressum habebis ἀνατιθέναι verbum. In Latina lingua verbum est, quod Graecorum verbo ad unguem respondeat: imponere alicui aliquid.

προυῤῥήθη γὰρ, ὡς ἔοικεν. Socrates ex orationibus, quae hucusque habitae erant, conclusionem facit ad Eryximachi medici voluntatem p. 177. D., eiusque verba ita interpretatur, ut non veram Erotis laudationem, sed arbitrariam, hoc est, vel veram vel falsam laudationem exegerit. Hinc verba explicabis ὡς ἔοικεν, quae ita proferuntur a Socrate, ut ad convivarum orationes respici significetur. Sensus est: Denn die Aufgabe war, wie aus den gehaltenen Reden erhellt cet.

ἐγκωμιάζειν δόξει, οὐχ ὅπως ἐγκωμιάσεται. Ficinus haec verba convertit: Nihil enim referre, falsane an vera sint, cum propositum sit, non quomodo Amor ipse laudetur, immo ut quisque Amorem laudare quam maxime videatur. — Indicativo futuri rei veritas indicatur, quae arbitrio opponitur, quo quis Erotem laudandum censeat. Paullo obscurius Socrates loquitur. Verborum sensus hic esse videtur: Convivas non Erotem, sed se ipsos laudasse ita, ut suam sententiam de Erote laudando maxime celebraverint.

πάντα λόγον κινοῦντες ἀνατίθετε τῷ Ἔρωτι. Rückertus ad h. l. λόγος, inquit, utrumque significat, orationem et orationis materiam. κινεῖν λόγον, excitare sermonem vel excitare, de quo dicatur. Hinc sensus est, *nihil, quod dici possit ullo modo, praetermittitis, quin Amori tribuatis.* — Πάντα λόγον κινεῖν neque de oratione neque de materie orationis accipiendum est, sed de genere dicendi ac de modo res animo concipiendi; verba converterim: iede mögliche Rede- und Betrachtungsweise anwenden. cfr. Plat. Phileb. p. 15. E. ὁ δὲ πρῶτον αὐτοῦ γευσάμενος ἑκάστοτε τῶν νέων ἡσθεὶς ὡς τινα σοφίας εὕρημα ὡς Θησαυρὸν ὑφ' ἡδονῆς ἐνθουσιᾷ τε καὶ πάντα κινεῖ λόγον κ. τ. λ. Adde Plat. Theaet. p. 163. A. τούτου χάριν τὰ πολλὰ καὶ ἄτοπα ταῦ-

σιν· οὐ γαρ ἄν που τοῖς γε εἰδόσι καὶ καλῶς γ' ἔχει καὶ σεμνῶς ὁ ἔπαινος. ἀλλὰ γὰρ ἐγω οὐκ ἤδη ἄρα τὸν τρόπον τοῦ ἐπαίνου, οὐδ' εἰδὼς ὑμῖν ὡμολόγησα καὶ αὐτὸς ἐν τῷ μέρει ἐπαινέσεσθαι. ἡ γλῶττα οὖν ὑπέσχετο, ἡ δὲ φρὴν οὔ. χαιρέτω δή. οὐ γὰρ

τα ἐκινησάμην. Plat. de re pub. V. p. 450. A. ὅσον λόγον πάλιν, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς, κινεῖτε περὶ τῆς πολιτείας. — Ad ἀνατίθετε cogitando repetendum censet Rückertus πάντα λόγον vel supplendum αὐτόν, quod ad πάντα λόγον referatur. Frustra. Ἀνατιθέναι hoc loco absolute positum est, ut idem sit atque ἀνάθεσιν ποεῖσθαι.

τοιοῦτόν τε εἶναι καὶ τοσούτων αἴτιον. His verbis indefinite positis et natura Erotis et utilitas dei vario modo in convivarum orationibus descriptae insigniuntur. Igitur τοιοῦτον talem significat, qualis a convivis diversis modis descriptus est, τοσούτων talium auctorem tantorumque, qualium et quantorum auctorem illi Erotem praedicaverunt.

καὶ καλῶς γ' ἔχει κ.τ.λ. Eadem fere ironia Socrates utitur in Plat. Apol. Socr. p. 20. C. καὶ ἐγὼ τον Εὔηνον ἐμακάρισα, εἰ ὡς ἀληθῶς ἔχει ταύτην τὴν τέχνην καὶ οὕτως ἐμμελῶς διδάσκει. ἐγὼ γοῦν καὶ αὐτὸς ἐκαλλυνόμην τε καὶ ἡβρυνόμην ἄν, εἰ ἠπιστάμην ταῦτα· ἀλλ' οὐ γὰρ ἐπίσταμαι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Cave igitur, serio dicta censeas verba καὶ καλῶς γ' ἔχει καὶ σεμνῶς ὁ ἔπαινος.

ἀλλὰ γὰρ ἐγώ. Duae cogitationes insunt in sequentibus: Promisi me verba facturum esse de Erote; Ignarus eram rectae laudandi rationis, quam vos secuti estis. Ad alterum cogitationem γὰρ refertur, ad alteram ἀλλά. Huiusmodi cogitationes quoniam saepius in una enuntiatione comprehenduntur, ἀλλὰ γάρ haud raro coniunctum reperitur. Quod sequitur οὐδ' εἰδὼς Latine expressum audit: Sed enim ego non noveram hunc modum laudationis, non scieus autem vobis promisi, ut ceteri, ita et ego ipse dei laudationem. Positum igitur habes οὐδ' εἰδὼς pro οὐκ εἰδὼς δέ. Efficitur autem illa scriptura, ut accentus orationis, proprie in οὐκ εἰδὼς δέ ponendus, in sequens finitum verbum transeat.

ἡ γλῶττα οὖν ὑπέσχετο, ἡ δὲ φρὴν οὔ. Legitur apud Euripidem, ad quem Socrates respicit h. l., Hippolyt. v. 612.

ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος

Haud raro in Platonicis scriptis ad hunc versum alluditur, v. c. Theaet. p. 154. D. Εὐριπίδειόν τι ξυμβήσεται· ἡ μὲν γὰρ γλῶττα ἀνέλεγκτος ἡμῖν ἔσται, ἡ δὲ φρὴν οὐκ ἀνέλεγκτος. Adde etiam Cicer. de off. III. 29. §. 108.: Non enim falsum iurare periurare est, sed quod ex animi tui sententia iuraveris, sicut verbis concipitur more nostro, id

ἔτι ἐγκωμιάζω τοῦτον τὸν τρόπον· οὐ γὰρ ἂν δυναίμην· οὐ μέντοι. ἀλλὰ τά γε ἀληθῆ, εἰ βούλεσθε,

non facere periurium est. Scite enim Euripides:

Iuravi lingua, mentem iniuratam gero.

Ad Socratem ut revertamur, Euripideis verbis laudatis hoc efficere voluit: Promisisse sese quidem Erotis laudationem, sed non talem, qualem ediderint, qui ante se locuti sint. Aut igitur tacendum sibi esse, quippe promisso suo ad Erotem illa ratione laudandum non obstrictus, aut eam laudationem proferendam esse, qualem, cum promiserit, in animo habuerit.

οὐ γὰρ ἔτι ἐγκωμιάζω τοῦτον τὸν τρόπον. Breviloquentia est: haec enim sententiae verbis insunt: laudaturus eram, at non amplius laudaturus sum, si hunc in modum laudatio instituenda est. Rückert. *Ἐγκωμιάζω* absolute positum est, ut non tam actionem, quam ipsam verbi notionem cum vi repraesentet: *ἐγκωμιάζων εἰμί*. Hinc facile intelligitur, quid sibi velit *ἔτι* hoc loco.

οὐ γὰρ ἂν δυναίμην. οὐ μέντοι. Admodum dubitant viri docti de horum verborum interpunctione recte ponenda; alii punctum post *οὐ μέντοι* ponendum, alii omnem prorsus interpunctionem post *οὐ μέντοι* delendam censent. Atque sic Bekkerus verba edidit, quem Rückertus secutus est annotans ad hunc locum: Utraque verba interpungendi ratio vera est grammatice; sensum si spectes, mirere, quid sibi velit tam fortis ac vehemens negatio, qualis futura sit, si *οὐ μέντοι* cum praecedentibus iungatur. Contra si iungas *οὐ μέντοι ἀλλά*, multo lenior erit oratio, sensumque praebebit hunc: Vestro isto modo Amorem laudandi consilium plane abieci, non possim enim, etiamsi forte velim. Attamen hoc ita accipi nolo, quasi dicere omnino recusem, immo vera quidem cet. — Equidem non dubito, quin *οὐ μέντοι* verba per anadiplosin rectissime ab Stallbaumio explicata sint, cuius exempla si quaeris, adi Stallbaum. edit. Sympos. p. 97. Quod autem scire se negat Rückertus, quid sibi fortis negatio velit h. l., exprimendae veritati enuntiationis negativae inservit, ut verba convertenda sint: ich könnte es auch nicht, wirklich nicht.

εἰ βούλεσθε, ἐθέλω κατ' ἐμαυτόν. De *βούλεσθαι* et *ἐθέλειν* verborum significatu vide annot. p. 44. — *Κατά* praepositionem quod attinet, vide Plat. Apol. Socr. p. 17. B. *εἰ μὲν γὰρ τοῦτο λέγουσιν, ὁμολογοίην ἂν ἔγωγε οὐ κατὰ τούτους εἶναι ῥήτωρ.* Plat. Prot. p. 317. A. *ἐγὼ δὲ τούτοις ἅπασι κατὰ τοῦτο εἶναι οὐ ξυμφέρομαι*, de quo loco supra diximus p. 41. Adde praeterea annotat. p. 134. — *Ἵνα μὴ γέλωτα ὄφλω.* cfr. Apol. Socr. p. 17. C. *οὐ γὰρ ἂν δή που πρέποι, ὦ ἄνδρες, τῇδε τῇ ἡλικίᾳ ὥσπερ μειρακίῳ πλάττοντι λόγους εἰς ὑμᾶς εἰσιέναι*, quem locum eo aptiorem hic censebis,

ἐθέλω εἰπεῖν κατ' ἐμαυτὸν, οὐ πρὸς τοὺς ὑμετέρους B
λόγους, ἵνα μὴ γέλωτα ὄφλω. ὅρα οὖν, ὦ Φαῖδρε, εἴ

quo certius est, Socratem aetate provectiorem fuisse eo tempore, quo Agatho ἐπινίκια celebravit, h. e. 412. a. Ch. n. Ceterum ὄφλω cum quadam ironia in malam partem dicitur, ut supra p. 183. A. ἃ εἴ τις τολμῴη ποιεῖν ἄλλ' ὁτιοῦν — πλὴν τοῦτο, τὰ μέγιστα κἀρποῖτ' ἂν ὀνείδη. Eodem modo ἀπολαύειν verbo Graeci utuntur, cfr. Plat. de legg. p. 910. B. καὶ πᾶσα οὕτως ἡ πόλις ἀπολαύῃ τῶν ἀσεβῶν τρόπον τινὰ δικαίως.

ὅρα οὖν, ὦ Φαῖδρε, εἴ τι καὶ τοιούτου λόγου δέει περὶ Ἔρωτος. Stallbaumius per epexegesin verba addita censet ταλήθη λεγόμενα ἀκούειν, cuius structurae permulta exempla reperiuntur. Unum exemplum ut laudem, cfr. Plat. Phaed. p. 108. A. cap. 51. καί τις εἶπε τῶν παρόντων ἀκούσας — πρὸς θεῶν, οὐκ ἐν τοῖς πρόσθεν ἡμῖν λόγοις αὐτὸ τὸ ἐναντίον τῶν νυνὶ λεγομένων ὡμολογεῖτο, ἐκ τοῦ ἐλάττονος τὸ μεῖζον γίγνεσθαι καὶ ἐκ τοῦ μείζονος τὸ ἔλαττον, καὶ ἀτεχνῶς αὖτη εἶναι ἡ γένεσις τοῖς ἐναντίοις, ἐκ τῶν ἐναντίων; — Ceterum male verba disposita sunt, quandoquidem comma non post δέει ponendum est, quo loco id posuerunt editores ad unum omnes, sed post Ἔρωτος. Sensus est: Vide igitur, o Phaedre, num forte tibi etiam huiusmodi Erotis laudatione opus sit, h. e. vera, non mendaciis cuiusvis generis referta.

ὀνόμασι δὲ καὶ ῥήσει ῥημάτων τοιαύτῃ. Ὀνόματα et ῥήματα quo significatu poni soleant, supra dictum est annotat. p. 221. Sententiam quod attinet, duo sunt, quae a Socrate in orationibus convivarum vituperantur: sententiarum falsitas, verborum enuntiationumque nimius ornatus. Igitur scriptura non opus est unius codicis Vindob., quae magnopere placuit Schaefero (ad Dionys. de compos. verb. p. 28.), ὀνομάσει δὲ καὶ ῥήσει ῥημάτων τοιαύτῃ. In sequentibus ὁποῖα ἄν τις τύχῃ ἐπελθοῦσα additum reperitur in permultis iisque optimae notae codicibus δέ particula, quae nullo modo ferri potest. Admissa ea sententia verborum existit haec: Vere dicta audire, nominibus autem et positu enuntiationum tali (h. e. vero) et qualiscunque forte esse obtulerit loquenti. Fortuitum h. e. non exquisitum sententiarum verborumque positum facile probes, verum positum quamquam cum veritate rei convenientem interpretari possis, tamen minus probabilem h. l. iudices. Igitur δέ post ὁποῖα collocatum, quo efficitur, ut τοιαύτῃ ad praecedentia non ad sequentia verba referatur, atque ut commemorata positurae veritate simplicitatis notio adiungatur verborum atque dictionum, ex ordine verborum semovimus. Idem fecerunt Bekkerus, Stallbaumius, alii. Ficinus verba convertit: *Vide itaque, Phaedre,*

τι καὶ τοιούτου λόγου δέει περὶ Ἔρωτος, τἀληθῆ λεγόμενα ἀκούειν, ὀνόμασι δὲ καὶ θέσει ῥημάτων τοιαύτῃ, ὁποία ἄν τις τύχῃ ἐπελθοῦσα. Τὸν οὖν Φαῖδρον ἔφη καὶ τοὺς ἄλλους κελεύειν λέγειν, ὅπῃ αὐτὸς οἴοιτο δεῖν εἰπεῖν, ταύτῃ. Ἔτι τοίνυν, φάναι, ὦ Φαῖδρε, πάρες μοι Ἀγάθωνα σμικρ' ἄττα ἐρέσθαι, ἵνα ἀνο-
C μολογησάμενος παρ' αὐτοῦ οὕτως ἤδη λέγω. Ἀλλὰ παρίημι, φάναι τὸν Φαῖδρον· ἀλλ' ἐρώτα. Μετὰ ταῦτα δὴ τὸν Σωκράτη ἔφη ἐνθένδε ποθὲν ἄρξασθαι.

utrum vobis placeat orationem huiusmodi nunc audire, quae de Amore vera duntaxat enarret, verborum nominumque, utcunque accidit, compositione precedens.

ἔτι τοίνυν, φάναι, ὦ Φαῖδρε, πάρες μοι Cur ad Phaedrum potissimum et hoc loco et supra Socratis oratio se convertat, si quaeris, vide p. 197. D. ἐγὼ δὲ ἡδέως μὲν ἀκούω Σωκράτους διαλεγομένου, ἀναγκαῖον δέ μοι ἐπιμεληθῆναι τοῦ ἐγκωμίου τῷ Ἔρωτι καὶ ἀποδέξασθαι παρ' ἑνὸς ἑκάστου ὑμῶν τὸν λόγον.

ὅπῃ αὐτὸς οἴοιτο δεῖν εἰπεῖν, ταύτῃ. Commode abesse posset ταύτῃ, quae vox e praecedente ὅπῃ suppleri solet alias haud raro. Posita nostro loco est, atque in fine quidem totius enuntiati collocata, ut significantius Phaedri ceterorumque convivarum verba redderentur, quae obliqua oratione nunc exhibentur. Dixerunt autem illi: ὅπῃ αὐτὸς οἴει δεῖν λέγειν, ταύτῃ εἰπέ.

οὕτως ἤδη λέγω. vide annotat. p. 195. Schleiermacherus verba convertit: damit ich mit ihm einverstanden alsdann weiter rede. Recte; displicet tamen vocula weiter, qua rectius careueris. Nam λέγω, ut λόγος in praecedentibus sexcenties de Erotis laude, vide annot. p. 187., de laudatione incipienda intelligendum est: Damit ich, wenn ich mit ihm mich verständigt habe, alsdann den Eros zu loben beginne.

ἐνθένδε ποθέν. Vide annotat. p. 15. Studiose id agit scriptor, ut lectores semper admoneantur, orationes convivarum non accurate neque verbo tenus referri, quod quo consilio fecerit, in Comment. de Sympos. Platonis indicavimus.

καλῶς μοι ἔδοξας καθηγήσασθαι τοῦ λόγου, h. e. disputationem exorsus esse. Deest, quod mea culpa potius factum puto, quam quod omnino nullum sit, sed deest mihi exemplum verbi ita usurpati cum genitivo. Non desunt, ubi accusativus sequatur, velut Theaet. p. 200. E. ὁ καθηγούμενος τὸν ποταμόν. Rückert. Verba transitiva haud raro ita adhiberi, ut non tam actio, quam verbi notio urgeatur, saepius annotavimus, v. c. p. 22. p. 59. al.

Cap. XXI.

Καὶ μὴν, ὦ φίλε Ἀγάθων, καλῶς μοι ἔδοξας καθηγήσασθαι τοῦ λόγου, λέγων, ὅτι πρῶτον μὲν δέοι αὐτὸν ἐπιδεῖξαι ὁποῖός τίς ἐστιν ὁ Ἔρως, ὕστερον δὲ τὰ ἔργα αὐτοῦ. ταύτην τὴν ἀρχὴν πάνυ ἄγαμαι. ἴθι οὖν μοι περὶ Ἔρωτος, ἐπειδὴ καὶ τἆλλα καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς διῆλθες οἷός ἐστι, καὶ τόδε D *εἰπέ· πότερόν ἐστι τοιοῦτος, οἷος εἶναί τινος ὁ Ἔρως*

Huius usus ut unum tantummodo exemplum laudem, legitur p. 178. C. ὃ γὰρ χρὴ ἀνθρώποις ἡγεῖσθαι παντὸς τοῦ βίου τοῖς μέλλουσι καλῶς βιώσεσθαι, quod idem valet, atque ὃ γὰρ χρὴ τοῖς ἀνθρώποις ὥσπερ ἡγεμὼν εἶναι παντὸς τοῦ βίου. Sic nostra verba posita sunt pro καλός μοι ἔδοξας καθηγητὴς εἶναι τοῦ λόγου.

ὅτι πρῶτον μὲν δέοι. cfr. Cic. de off. I. c. 2. §. 7. *Placet igitur, quoniam omnis disputatio de officio futura est, ante definire, quid sit officium, quod a Panaetio praetermissum esse miror. Omnis enim, quae a ratione suscipitur, de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur.* Ad hanc instituendae disputationis legem Socrates etiam in Menone respiciens p. 77. E. docet: ante dicendum esse, quid sit id, quod virtus appelletur, quam possit, utrum doceri queat necne virtus, diiudicari.

ταύτην τὴν ἀρχὴν πάνυ ἄγαμαι. Ἄγασθαι verbo utuntur, qui et amari et laudari a se rem aliquam indicaturi sunt, cfr. Plat. Protag. p. 335. D. Ὦ καὶ Ἱππονίκου, ἀεὶ μὲν ἐγωγέ σου τὴν φιλοσοφίαν ἄγαμαι, ἀτὰρ καὶ νῦν ἐπαινῶ καὶ φιλῶ κ. τ. λ., h. e. quod semper facio, tuam sapientiam ut amem laudemque, idem etiam nunc mihi contingit. Minus probem Stallbaumii annotat. ed. p. 97. Haud scio, inquit, an alicui scribendum videatur ἀτὰρ νῦν καὶ ἐπαινῶ καὶ φιλῶ, quo clarius appareat ratio oppositionis. Sed nihil mutandum, siquidem καί non cum νῦν, sed cum ἀτάρ arcte connectendum, ut significent voculae: quin etiam.

οἷος εἶναί τινος ὁ Ἔρως ἔρως. Reperitur hic verborum ordo apud Bekkerum, Astium, Stallbaumium, qui Bodleiani codicis et Vindobb. duorum auctoritatem secuti sunt. Eum verborum ordinem Rückertus frustra impugnat, dicens, minus bene habere subiectum inter praedicatum et pendentem inde genitivum insertum. Nam huius structurae artificium et apud Graecos et apud Romanos scriptores saepenumero reperitur. Suspectum autem fit mutatione sedis ἔρως nomen; nam vulgo verba inverso ordine exhibentur οἷος

ἢ οὐδενός; ἐρωτῶ δ' οὐκ, εἰ μητρός τινος ἢ πατρός ἐστι — γελοῖον γὰρ ἂν εἴη τὸ ἐρώτημα, εἰ Ἔρως ἐστὶν ἔρως πατρὸς ἢ μητρός — ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἰ αὐτὸ τοῦτο πατέρα ἠρώτων, ἆρα ὁ πατὴρ ἐστι πατήρ τι-

εἶναί τινος ἔρως ὁ Ἔρως. Undecim codices *ἔρως* nomen prorsus omittunt. Verbum omisimus nos, quia sive ante *ὁ Ἔρως* ponatur, sive eidem postponatur, cum sequentibus nullo modo convenire videtur. Etenim si scripsisset Plato *οἷος εἶναί τινος ἔρως ὁ Ἔρως* s. *τινος ὁ Ἔρως ἔρως*, nemini auditori ac ne ipsi quidem Socrati in mentem venire potuisset patris matrisve cogitatio, quae verbis sequentibus continetur. Iam cum omisisset *ἔρως* nomen, ambiguaque potestate posuisset *Ἔρως* nomen proprium, ne interrogatio, ut potuit male intelligi, ita revera male intelligeretur, verba statim addidit: *ἐρωτῶ δ' οὐκ, εἰ μητρός τινος ἢ πατρός ἐστιν.*

γελοῖον γὰρ εἴη τὸ ἐρώτημα. Socrates Erotis nomine ita posito in praecedentibus, ut non deum sed dei vim intelligi vellet, additoque vituperio eius, qui interrogationem sic interpretaretur, ut de Erote deo, non de amore sermonem esse censeret, satis acerbe incuriam eorum vituperat, qui dei nomine adhibito tum deum, tum vim eius expressissent non indicantes, utra potestate nomen proprium accipi voluerint. Aliter Rückertus de his verbis iudicat, cuius verba haec sunt: Id nihil, inquit, habet ridiculi, rogare, Amorne patrem vel matrem habeat, id quod infra rogat ipse p. 203. A. At ita rogare, ut praedicatum ponas *ἔρως*, ac deinde genitivi sensum velis esse hunc, quem negat esse, id vero ridiculum est. Ridiculum igitur hoc quoque, si quis, quod recte interrogatum sit, ac ne male accipi possit, addito praedicato *ἔρως* praecautum, tamen ita accipiat aut accipere simulet. Pertinet igitur hoc ad sophistarum captiones fraudesque deridendas, habetque vim haud exiguam ad firmandum in praecedentibus positum *ἔρως* contra libros eos, qui id omittunt.

εἰ αὐτὸ τοῦτο πατέρα ἠρώτων. Imperfectum cum *εἰ* particula coniunctum in huiusmodi enuntiatione aliquid sumi fieri indicat, quod revera non fiat; aoristus addita *ἄν* particula actionem exprimit, quae sine dubitatione futura esset, si fieret illud, quod fieri tantummodo sumitur. Paullo aliter Stallbaumius ad h. l.: Imperfectum, inquit, indicat id, quod nunc fieret, si fieret: aoristus autem significat rem ita esse comparatam, ut e vestigio possit perfici et absolvi. — *Αὐτὸ τοῦτο πατέρα* minus recte Stallbaumius censet idem plane esse, atque *πατέρα αὐτὸ τοῦτο, ὅπερ ἐστιν.* Neque recte Schleiermacherus verba convertit: Wie wenn ich nach einem Vater selbst fragte. Schulthessius eodem fere modo: wie wenn ich grade vom Vater fragte. *Αὐτὸ τοῦτο* sequente nomine articulo suo destituto significat,

νος, ἢ οὔ; εἶπες ἂν δή πού μοι, εἰ ἐβούλου καλῶς ἀποκρίνασθαι, ὅτι ἔστιν υἱός γε ἢ θυγατρὸς ὁ πατὴρ πατήρ· ἢ οὔ; Πάνυ γε, φάναι τὸν Ἀγάθωνα. — Οὐκοῦν καὶ ἡ μήτηρ ὡσαύτως; — Ὁμολογεῖσθαι καὶ E

verbum, quod in superioribus commemoratum sit, nunc materialiter, ut verbo hoc utar, usurpari, ut conversio audiat: Aber gleichwie wenn ich das Wort *πατήρ* selbst aufnehmend fragen wollte cet. Plura exempla si quaeris verborum materialiter positorum, indicata reperies in Indicibus.

εἶπες ἂν δή πού μοι, εἰ ἐβούλου. *Εἰ ἐβούλου* positum est h. e. imperfectum tempus *βούλεσθαι* verbi, quod ponitur velle Agathonem respondere, sed revera non fieri, ut voluntas illa respondendi se ostendat propterea, quod responderi nequit, ubi interrogatio nulla proposita est. *Εἶπες ἄν* rursus eodem modo positum est, ut paullo supra, significatque, Agathonem haud dubie dicturum esse, si interrogatus a Socrate respondere vellet.

καὶ ἡ μήτηρ ὡσαύτως. h. e. Stallbaumius inquit, *οὐκοῦν καὶ περὶ μητρὸς ὡσαύτως ἔχει;* dubito, nam recte. Nam ut taceam articuli ante *μητρός* ponendi omissionem, quo carere non possumus in huiusmodi enuntiatione, expletior oratio audit potius: *οὐκοῦν καὶ ἡ μήτηρ υἱός γε ἢ θυγατρὸς μήτηρ.*

ὁμολογεῖσθαι καὶ τοῦτο. Haec tredecim Bekkeri codicum lectio est, unus apud eundem *ὁμολογεῖσθε* habet, unus *ὡμολογείσθω*, rursum unus *ὡμολογείσθω* *ὁμολογεῖσθαι*. Editores excepto Rückerto, qui *ὁμολογεῖσθαι* dedit, vulgatum *ὁμολογῆσαι* in ordinem verborum receperunt. Rückertus ad h. l. aut *ὁμολογεῖσθαι* scribendum esse censet aut *ὁμολογείσθω*. Posterius, inquit, propterea improbandum, quia addi debebat, si hoc Plato dedisset, *φάναι* vel alius dicendi verbi infinitivus, *ὁμολογεῖσθαι* autem non habet, quod offendat, modo passivum esse teneas: concessum esse, immo commendationis aliquid ex eo habet, quod in sequentibus quoque praesentis infinitivus *ὁμολογεῖν* et infra p. 201. A. *ὡμολόγει* imperfectum non aoristus legitur. — Dedimus *ὁμολογεῖσθαι* codicum auctoritate moti, non quod praesens tempus magis nobis placeat, quam aoristicum tempus, neque magnopere curamus praesentis atque imperfecti usum in sequentibus, nam et imperfecti et aoristi infinitivus in huiusmodi enuntiatis frequentissimus est. Neque admodum probamus illud concessum esse, quod haud scio, an cuiquam satis probaturus sit Rückertus. Alia de caussa in textu posuisse *ὁμολογεῖσθαι* libuit, videlicet quia proxime ad Platonis manum accedere videtur, atque viam aperit genuinam lectionem restituendi. Etenim scripsisse Platonem arbitramur *ὁμολογεῖν καὶ τοῦτο*, quae scriptura quam fa-

τοῦτο. — Ἔτι τοίνυν, εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, ἀπόκριναι ὀλίγῳ πλείω, ἵνα μᾶλλον καταμάθῃς ὃ βούλομαι. εἰ γὰρ ἐροίμην, Τί δέ; ἀδελφὸς αὐτὸ τοῦτο ὅπερ ἔστιν, ἔστι τινὸς ἀδελφὸς, ἢ οὔ; — Φάναι εἶναι. — Οὐκοῦν ἀδελφοῦ ἢ ἀδελφῆς; — Ὁμολογεῖν. — Πειρῶ δὴ, φάναι, καὶ τὸν Ἔρωτα εἰπεῖν. ὁ Ἔρως ἔρως ἐστὶν οὐδενὸς
200 ἢ τινός; — Πάνυ μὲν οὖν ἔστιν. — Τοῦτο μὲν τοίνυν, εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, φύλαξον παρὰ σαυτῷ μεμνημένος

cile potuerit καί, ut fit, incuria scribarum dupliciter posito in ὁμολογεῖσθαι mutari, e verbo maiusculis litteris perscripto patebit. Scriptum nimirum olim exstabat: ΟΜΟΛΟΓΕΙΝΚΑΙΚΑΙΤΟΥΤΟ, ex quo factum est ΟΜΟΛΟΓΕΙCΘΑΙΚΑΙΤΟΥΤΟ.

εἰ γὰρ ἐροίμην, τί δέ; ἀδελφὸς αὐτὸ τοῦτο ὅπερ ἔστιν. Optativo modo coniuncto cum εἰ particula iubetur hoc loco Agatho sibi cogitare ea, quae revera fiunt, tanquam si fieri possint. Utuntur autem hoc dicendi genere ii, qui interrogare aliquem aliquid cupiunt, neque tamen interrogationem cautione adhibita nulla proferre audent. Nostrates dicere solent: Denke dir einmal, ich früge, quibus verbis interrogationem ipsam annectunt. Hinc vides, ipsa interrogatione posita facillime abesse posse supplementum, quo in huiusmodi dicendi genere opus esse interpretes passim annotare solent: τί ἂν φαίης; Ipsi autem interrogationi, h. e, non suspensae ex aliis verbis, apprime convenit interrogandi signum post τί δέ; Rückertus edidit τί δὲ ἀδελφός duabus de caussis, quas nullius momenti esse existimo: quod, postquam de matre dictum sit οὐκοῦν ἡ μήτηρ ὡσαύτως; ad ea commodius adiungi videatur interrogatio τί δὲ ἀδελφός; quid porro frater, quam τί δέ; ἀδελφός. . . quid autem? frater . . . qua novi quid, non tertium exemplum proferri videatur, deinde, quod ea distinctio esse videatur librorum omnium. Alterum nobis argumentum, quo probemus τί δέ; scripturam, hoc est, quod ἀδελφός arcte cum insequentibus verbis coniungendum est; nam ἀδελφὸς αὐτὸ τοῦτο ὅπερ ἔστιν nobis est: Das Wort ἀδελφός in seiner absolutesten Bedeutung. Hinc ne comma quidem post ἀδελφός posuimus, quod in iis editionibus comparere videmus, in quibus posito interrogandi signo, τί δέ; a sequentibus verbis disiunctum est. Restat, ut de δαί vocula dicamus, quae h. l. et apud Bekkerum et apud Stallbaumium in δέ particulae locum substituta est. Δαί non ponitur, nisi ubi maior animi commotio indicanda est, ut admiratio, indignatio, ira; vide annotat p. 191. Merito igitur mireris, duumviros criticos eandem retinuisse in tam quieto disputandi genere, quale hoc loco est manifestissimum. Δέ codex Bodleianus exhibet aliique libri non

ὅτου· τοσόνδε δὲ εἰπὲ, πότερον ὁ Ἔρως ἐκείνου, οὗ ἔστιν ἔρως, ἐπιθυμεῖ αὐτοῦ, ἢ οὔ; — Πάνυ γε, φάναι. — Πότερον ἔχων αὐτὸ, οὗ ἐπιθυμεῖ τε καὶ ἐρᾷ, εἶτα ἐπιθυμεῖ τε καὶ ἐρᾷ, ἢ οὐκ ἔχων; — Οὐκ ἔχων, ὡς τὸ εἰκός γε, φάναι. — Σκόπει δὴ, εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, ἀντὶ τοῦ εἰκότος, εἰ ἀνάγκη οὕτως, τὸ ἐπιθυμοῦν ἐπιθυμεῖν οὗ ἐνδεές ἐστιν, ἢ μὴ ἐπιθυμεῖν, ἐὰν μὴ ἐνδεὲς ᾖ. ἐμοὶ μὲν γὰρ θαυμαστῶς δοκεῖ, ὦ Ἀγάθων, B

pauci; non dubitavimus igitur in ordinem verborum id recipere. Idem Rückertus fecit.

φύλαξον παρὰ σαυτῷ μεμνημένος ὅτου. Haec verba hodierni editores plane non distinguunt interpunctione, iunguntque Astius certe et Schleiermacherus sic: φύλαξον παρὰ σαυτῷ μεμνημένος τοῦτο ὅτου sc. ἐστίν. Sed in hac interpretatione displicet nimis magno intervallo a τοῦτο pronomine, quocum cohaeret, divulsum ὅτου eo magis, quod, si a μεμνημένος seiungendum est, sic nude ac sine ulla vicina voce, quacum coniungatur, vix ullus bonus scriptor collocaverit. Addidisset Plato, si ita verba accepisset, ἐστίν. Accedit, quod τοῦτο h. l. vix ad sequens aliquid, immo ad praecedentem concessionem, Amorem alicuius amorem esse, referendum est. Quibus de caussis veterem distinctionem verborum, qua ante μεμνημένος comma ponebatur, revocavi. Est igitur sensus: hoc igitur apud animum serva (sc. alicuius esse,) atque cuius sit, memento. — Hanc Rückerti ad h. l. annotationem integram perscripsi, ut melius possent, qui hoc libello utuntur, de ea iudicare. Mihi non persuasit V. D. Optime Platonis verba convertit summus Schleiermacherus: Dieses nun, habe Socrates gesagt, halte noch bei dir fest in Gedanken, wovon sie (er) Liebe ist.

ἐπιθυμεῖ αὐτοῦ. De pronomine repetito vide annotat. p. 198.

ὡς τὸ εἰκός γε. Agatho finem Socraticae institutionis atque stragem futurarum rerum suarum odoratus, ut haberet, quo posset rebus perditis salvus elabi, quae non poterant non concedi, e verisimilitudine duntaxat concedenda censuit. Hinc ὡς τὸ εἰκός γε satis astute addit. Sequentibus docemur, quam male ei haec res cesserit. Nam ἀντὶ τοῦ εἰκότος, Socrates inquit, videamus, εἰ ἀνάγκη οὕτως κ. τ. λ. Ceterum verba ἀντὶ τοῦ εἰκότος brevius quidem dicta sunt, neque tamen obscurius. Sensus est: Σκόπει δὴ — ἀντὶ τοῦ λέγειν ὡς τὸ εἰκός γε, εἰ ἀνάγκη οὕτως. Convertenda verba sunt accentu orationis in σκόπει verbo posito: Untersuche nun lieber, anstatt dass du sagst, «wie es den Anschein hat,» ob nothwendiger Weise es sich so verhält.

θαυμαστῶς δοκεῖ, ὦ Ἀγάθων, ὡς ἀνάγκη εἰ-

ὡς ἀνάγκη εἶναι. σοὶ δὲ πῶς; — Καμοί, φάναι, δοκεῖ. — Καλῶς λέγεις. ἆρ' οὖν βούλοιτ' ἄν τις μέγας ὢν μέγας εἶναι, ἢ ἰσχυρὸς ὢν ἰσχυρός; — Ἀδύνατον ἐκ τῶν ὡμολογημένων. — Οὐ γάρ που ἐνδεὴς ἂν εἴη τούτων ὅ γε ὤν. — Ἀληθῆ λέγεις. — Εἰ γὰρ καὶ ἰσχυρὸς ὢν βούλοιτο ἰσχυρὸς εἶναι, φάναι τὸν Σωκράτη, καὶ ταχὺς ὢν ταχύς, καὶ ὑγιὴς ὢν ὑγιής —, ἴσως γὰρ ἄν τις ταῦτα οἰηθείη καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα

ναι. Non sine ironia quadem, et quo gravius se opponeret Agathoni in re apertissima *ὡς τὸ εἰκός γε* dicenti, Socrates verbis utitur *Θαυμαστῶς δοκεῖ, ὡς ἀνάγκη κ. τ. λ.* Ceterum Stallbaumius ad h. l. Ne quis, inquit, miretur, *ὡς* tanto intervallo ab *Θαυμαστῶς* remotum, alia huius generis exempla notavimus Plat. Phaed. p. 95. A. Bastius Spec. Crit. p. 139. *Θαυμαστῶς ὡς* verborum seiunctione adeo offensus est, ut de loci veritate dubitaret. Diximus de *ὡς* cum aliquo adverbio coniuncti structura annotat. p. 12., cuius structurae originem qui reputaverit apud se, is mirabitur magis adverbii cum *ὡς* artissimam coniunctionem, quae apud Platonem veteresque scriptores Graecos saepissime reperitur. Unum exemplum ut laudem *ὡς* ab adverbio suo disiuncti, legitur in Plat. Theaet. p. 157. D. *Θαυμαστῶς φαίνεται ὡς ἔχειν λόγον.*

ἐκ τῶν ὡμολογημένων. Respicit Agatho ad verba *τὸ ἐπιθυμοῦν ἐπιθυμεῖν, οὗ ἐνδεές ἐστιν, ἢ μὴ ἐπιθυμεῖν, ἐὰν μὴ ἐνδεὲς ᾖ.* Patet igitur, praesenti tempori *ὁμολογουμένων* hic non locum esse, quod vulgo edebatur.

εἰ γὰρ καὶ ἰσχυρὸς ὢν βούλοιτο. Socrates ad eum finem tendit, ut Erotem omni ornatu privet, quo eum, qui ante se locuti essent, donaverint. Et cum in superioribus esset indicatum, Amorem alicuius rei appetitum esse, cardinem rei nunc in eo versari vides, ut, neminem id appetere posse, quod possideat, atque vice versa non possidere, si quis appetat, quod appetat, probetur. In qua re ne sophistico quodam artificio circumveniretur, Agathoque ad indoctiorum hominum sermonem confugeret, qui cum alia male, tum etiam hoc sibi indulgeant, ut dicant *ἐγὼ ὑγιαίνων βούλομαι καὶ ὑγιαίνειν*, ipsum hoc dicendi genus Socrates nunc adit, atque quid sibi velit, exponit. Singula verba quod attinet, annotat Rückertus ad h. l. rectissime; Protasin ponit auctor, cui deinde parenthesin subiungit, qua rationem reddat eorum, quae in protasi dicta sunt, atque cur liceat ea ponere, ostendat. In qua quum plura fuissent dicenda, ita ut etiam periodi complures existerent, non potuit simpliciter reddere protasi apodosin, sed novam instituit: *ἀλλ' ὅταν τις λέγῃ*, quam deinde sequitur apodosis, qua quid tali ho-

τοὺς ὄντας τε τοιούτους καὶ ἔχοντας ταῦτα τούτων, C
ἅπερ ἔχουσι, καὶ ἐπιθυμεῖν. ἵν' οὖν μὴ ἐξαπατηθῶμεν, τούτου ἕνεκα λέγω. τούτους γὰρ, ὦ Ἀγάθων, εἰ ἐννοεῖς, ἔχειν μὲν ἕκαστον τούτων ἐν τῷ παρόντι, ἀνάγκη, ἃ ἔχουσιν, ἐάν τε βούλωνται ἐάν τε μὴ, καὶ τούτου γε δή που τίς ἂν ἐπιθυμήσειεν; ἀλλ' ὅταν τις λέγῃ, ὅτι Ἐγὼ ὑγιαίνων βούλομαι καὶ ὑγιαίνειν, καὶ πλουτῶν βούλομαι καὶ πλουτεῖν, καὶ ἐπιθυμῶ αὐτῶν τούτων,

mini respondendum sit, demonstratur. Est autem inter utramque protasin hoc discrimen, ut in priore ponatur aliquis hoc dicere simpliciter atque sic, ut plane non quaeratur, fiatne id revera aut fieri possit, necne, in posteriore autem, postquam demonstratum est, fieri posse, res pro certa et vere eveniente perhibeatur.

τούτους γὰρ, ὦ Ἀγάθων, εἰ ἐννοεῖς. Haec est vulgata lectio, quam praeter Rückertum omnes editores improbarunt. Pauci sed ii optimae notae codices τούτοις exhibent. Utrumque ferri potest atque commodissime explicari, sed magis placet accusativus casus. εἰ ἐννοεῖς Rückertus cum nostratium formula comparat: verstehst du wohl? quae formula cum Graeca nihil commune habet, quam verbi finiti usum absolutum. εἰ ἐννοεῖς potius est: si sapis, wenn du verständig sein willst.

καὶ τούτου γε δή που τίς ἂν ἐπιθυμήσειεν. Sic in omnibus editionibus legitur, neque quicquam verbis inest, quo offendaris. Sed quaeritur, an non facillima accentus mutatione scribendum sit: καὶ τούτου γε δή πού τις ἂν ἐπιθυμήσειεν, qua scriptura orationis accentus in ἐπιθυμήσειεν ponitur, significantiusque indicatur, ne cogitari quidem posse, ut aliquis, quod possideat, id possidere cupiat. Ceterum Stallbaumius annotat ad hunc locum: Refertur τούτου ad praegressum ἕκαστον τούτων, ἃ ἔχουσιν, ita ut in universum intelligendum sit ὃ ἔχει. Rectius, opinor, ἔχειν suppletur, quo facto luculentior fit insania eorum, qui et habent atque illud ipsum habere concupiscunt.

ἐγὼ ὑγιαίνειν βούλομαι καὶ ὑγιαίνειν. Vulgo καί deest ante ὑγιαίνειν et ante πλουτεῖν. Idem Ficinus in conversione non agnoscit: *At ego, sanus dum sum, volo equidem sanus esse, et dives dum sum, esse dives.* In ordinem verborum voculam recepit Stallbaumius Bodleiani codicis aliorumque non paucorum librorum auctoritate motus. Frustra Rückertus ad h. l.: Profecto dubitare, inquit, aliquis possit, an Platonis manus καί particulam addiderit. Καί enim ut aliquem sensum hoc loco habeat, addendi vim habere oportet. Iam quod additur, non potest esse τὸ ὑγιαίνειν et τὸ πλουτεῖν, quis enim ferat dictum: Ego qui sa-

ἃ ἔχω, εἴποιμεν ἂν αὐτῷ, ὅτι Σὺ, ὦ ἄνθρωπε, πλοῦ-
D τον κεκτημένος καὶ ὑγίειαν καὶ ἰσχὺν βούλει καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ταῦτα κεκτῆσθαι· ἐπεὶ ἐν τῷ γε νῦν παρόντι, εἴτε βούλει εἴτε μὴ, ἔχεις. σκόπει οὖν, ὅταν τοῦτο λέγῃς, ὅτι Ἐπιθυμῶ τῶν παρόντων, εἰ ἄλλο τι λέγεις ἢ τόδε, ὅτι Βούλομαι τὰ νῦν παρόντα καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον παρεῖναι. ἄλλο τι ὁμολογοῖ ἄν; Συμφάναι ἔφη τὸν Ἀγάθωνα. Εἰπεῖν δὴ τὸν Σωκράτη,

nus sum, cupio etiam sanus esse? Immo hoc licet: Ego qui sum sanus, etiam cupio ut sim. Quod igitur additur, τὸ βούλεσθαι est. Iam quaeritur, liceatne sic post illam vocem, cui additur, καί particulam collocare. — Addita καί particula optime habet hoc loco, quo id agitur, ut error eorum clarius appareat, qui huiusmodi dictione utantur.

ἄλλο τι ὁμολογοῖ ἄν; Ἄλλο τι cum vi hoc loco ponitur, cum in praecedentibus iam eo usus sit scriptor σκόπει οὖν — εἰ ἄλλο τι λέγεις ἢ τοῦτο. Non raro autem Graeci ἤ cum suis verbis omiserunt in interrogationibus brevitatis studiosi atque nolentes, quae facile ab auditore suppleri possent, eadem disertis verbis commemorare. Sic nostro loco expletior oratio audiret: ἄλλο τι ἢ τοῦτο ὁμολογοῖ ἄν; Factum deinde est usu loquendi, ut etiam in eiusmodi interrogationibus ἄλλο τι ponerent Graeci, in quibus nihil cogitari potest, quod cum ἤ supplendo suppleretur. Ἄλλο τι igitur, recte annotante Matthiaeo Gramm. ampl. §. 487. 9. p. 914. interrogativae particulae vices obtinuit, ut cum vi exprimeretur, rem non aliter se habere, atque in interrogatione expressa sit. cfr. Plat. Hipparch. p. 226. E. ἄλλο τι οὖν οἵγε φιλοκερδεῖς φιλοῦσι τὸ κέρδος; Plat. Charmid. p. 167. B. ἄλλο τι οὖν πάντα ταῦτα ἂν εἴη — μία τις ἐπιστήμη; Vide praeterea Heusdium Specim. Crit. in Plat. p. 59., Stallbaumium ad Euthyphr. p. 104. Paullo infra p. 200. E. ἄλλο τι ἔστιν ὁ Ἔρως πρῶτον μὲν τινῶν, ἔπειτα τούτων, ὧν ἂν ἔνδεια παρῇ αὐτῷ;

οὐκοῦν τοῦτό γ' ἐστὶν ἐκείνου ἐρᾶν. Vulgo post οὐκοῦν δή particula additur, quae cum in plerisque codicibus non reperiatur, e textu semota est a Bekkero, Astio, Stallbaumio. Rückertus, ne parum verecundus videretur librorum auctoritatis, uncis δή includendum curavit, quod nisi codicum auctoritas obstaret, in ordinem verborum recepturus fuisset.

ὃ οὔπω ἕτοιμον αὐτῷ ἐστὶν οὐδὲ ἔχει. Sanissimam horum verborum distinctionem deleto post ἔχει, posito post ἐστίν commate Rückertus corrupit. Negat autem V. D., τὸ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον — τὰ νῦν παρόντα esse posse τοῦτο pronominis definitionem accuratiorem, quod ἐρᾶν ἐκείνου non

Οὐκοῦν τοῦτό γ' ἐστὶν ἐκείνου ἐρᾶν, ὃ οὔπω ἕτοιμον αὐτῷ ἐστιν οὐδὲ ἔχει, τὸ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ταῦτα εἶναι αὐτῷ σωζόμενα τὰ νῦν παρόντα; — Πάνυ γε, φά- E *ναι. — Καὶ οὗτος ἄρα καὶ ἄλλος πᾶς ὁ ἐπιθυμῶν τοῦ μὴ ἑτοίμου ἐπιθυμεῖ καὶ τοῦ μὴ παρόντος, καὶ ὃ μὴ ἔχει καὶ ὃ μὴ ἔστιν αὐτὸς καὶ οὗ ἐνδεής ἐστι, τοιαῦτ' ἄττα ἐστὶν ὧν ἡ ἐπιθυμία τε καὶ ὁ ἔρως ἐστί. — Πάνυ γ', εἰπεῖν. Ἴθι δή, φάναι τὸν Σωκράτη, ἀνομολογησώ-*

respondeat, *τῷ εἶναι*, sed *τῷ βούλεσθαι εἶναι ταῦτα αὐτῷ σωζόμενα*. Fugit autem Rückertum e verbis praecedentibus *βούλομαι τὰ νῦν παρόντα καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον παρεῖναι* nostri loci verba petita esse ita, ut, quoniam proxime praecedat *βούλομαι* verbum, id ipsum e praecedentibus facillime supplendum omitteretur. Conversio verborum haec est: Also bedeutet dies eben, nämlich (vide annot. p. 59.) {dass auch für die Zukunft der gegenwärtige Besitz erhalten werde, das begehren, was einem nicht zu Gebote steht und er nicht hat. Ceterum ut apud nostrates, ita apud Graecos pronomen relativum et subiectum est et obiectum enuntiationis, cuius rei inde petitur excusatio, quod sive accusativum sive nominativum posueris, forma pronominis eadem manet.

καὶ οὗτος ἄρα καὶ ἄλλος πᾶς ὁ ἐπιθυμῶν τοῦ μὴ ἑτοίμου ἐπιθυμεῖ κ. τ. λ. Ne loquacitatis Socratem accuses, qui commemoratis *τοῦ μὴ ἑτοίμου* verbis insequentes definitiones reticere debuisset: hoc agit vir providentissimus, ut ancoras penitus praecideret, quibus peritura Agathonis navis teneri atque servari possit.

Ἴθι δή, φάναι τὸν Σωκράτη. Utitur nunc Socrates ad refutandam Agathonis sententiam hac argumentatione: Quae cupimus, inquit, ea nondum possidemus. Amorem autem cum dixeris pulcritudinis cupiditate teneri, necesse est, eam ille non habeat. Alioquin enim non cuperet. Quum autem pulcrum atque bonum idem sit, caret Amor etiam bono. Stallb.

ἀνομολογησώμεθα τὰ εἰρημένα h. e. repetamus, quae hucusque dicta sunt ita, ut eodem modo, atque hoc factum est paullo supra, de iis inter nos conveniat. Haud raro Graeci scriptores brevitatis studio verba ita commutant, ut pro verbo finito cum aliquo adverbio vel adiectivo coniungendo verbum ponant eiusdem atque adverbium radicis. Sic paullo infra 202. A. legitur *μὴ τοίνυν ἀνάγκαζε, ὃ μὴ καλόν ἐστιν, αἰσχρὸν εἶναι κ. τ. λ.*, ad quem locum vide annotat.

ἄλλο τι ἔστιν ὁ Ἔρως. De *ἄλλο τι* significatu atque de *ἤ* particula omissa vide annotat. p. 238.

ἔπειτα τούτων. His verbis accuratior continetur defini-

μεθα τὰ εἰρημένα. ἄλλο τι ἔστιν ὁ Ἔρως πρῶτον μὲν
201 τινῶν, ἔπειτα τούτων, ὧν ἂν ἔνδεια παρῇ αὐτῷ; — Ναὶ, φάναι. — Ἐπὶ δὴ τούτοις ἀναμνήσθητι, τίνων ἔφησθα ἐν τῷ λόγῳ εἶναι τὸν Ἔρωτα. εἰ δὲ βούλει, ἐγώ σε ἀναμνήσω. οἶμαι γάρ σε οὐτωσί πως εἰπεῖν, ὅτι τοῖς θεοῖς κατεσκευάσθη τὰ πράγματα δι' Ἔρωτα καλῶν· αἰσχρῶν γὰρ οὐκ εἴη Ἔρως· οὐχ οὑτωσί πως ἔλεγες; — Εἶπον γὰρ, φάναι τὸν Ἀγάθωνα. — Καὶ ἐπιεικῶς γε λέγεις, ὦ ἑταῖρε, φάναι τὸν Σωκράτη. καὶ εἰ τοῦτο οὕτως ἔχει, ἄλλο τι ὁ Ἔρως κάλλους ἂν εἴη

tio eorum, quorum Amor amor s. desiderium est. Sensus est: Erstlich ist Eros Liebe zu etwas (vide p. 200. A.) und das ist zweitens das, woran es ihm gebricht. Ceterum ne mireris, cum in superioribus Socrates simplici verbo semper usus esset ἐστίν in eiusdem sententiae efformatione, cur nunc compositum παρῇ exhibeat: παρεῖναι hoc loco non attributum describit, sed aliquam Erotis conditionem internam, sine qua ille ne cogitari quidem possit: ein Mangel, der eine Bedingung ist seines Wesens.

εἰ δὲ βούλει. Duplici modo consilii mutatio apud Platonem indicatur, aut enim μᾶλλον δέ ponitur, de quo supra diximus annotat. p. 15., aut εἰ δὲ βούλει. Multum interest autem, utrum hac an illa dicendi forma utaris. Μᾶλλον δέ poni solet, ubi res e loquentis iudicio apta est, qui vel ipse se corrigit, vel alium, ut se corrigat aut aliquid mutet, adhortatur. Εἰ δὲ βούλει autem non nisi ita usurpatum reperies, ut loquens suum iudicium ab re prorsus secludat, omnem alius voluntati liberrimae subiiciat. Sic nostro loco Socrates, quicquid Agathoni placuerit, id se facturum profitetur. Contra p. 173. ἦσαν τοίνυν τοιάδε· μᾶλλον δὲ ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν — πειράσομαι διηγήσασθαι. Apollodorus mutato consilio rectius se acturum censet, si ab initio rem narrare studeat.

αἰσχρῶν γὰρ οὐκ εἴη Ἔρως. Dixerat Agatho p. 197. B. ὅθεν δὴ καὶ κατεσκευάσθη τῶν θεῶν τὰ πράγματα Ἔρωτος ἐγγενομένου δῆλον ὅτι κάλλους. αἰσχει γὰρ οὐκ ἔστιν Ἔρως. Haec Socrates cum minus accurate repeteret, verba addidit οὐτωσί πως. Ceterum scriptum exspectaveris: αἰσχρῶν γὰρ οὐκ εἶναι Ἔρωτα. Optativo posito scriptor aliquid indicare voluisse videtur, quod admissa accusativi cum infinitivo coniuncti structura prorsus periret atque evanesceret. Hac nimirum structura verborum nihil indicat scriptor, quam sententiam eius, qui priori tempore locutus sit, nunc referri. Optativo contra, qui praecedenti accusativo cum infinitivo coniuncto annectitur, etiam verba il-

ἔρως, αἴσχους δ' οὔ; — Ὡμολόγει. — Οὐκοῦν ὡμολόγηται, οὗ ἐνδεὴς ἐστι καὶ μὴ ἔχει, τούτου ἐρᾶν; — Ναὶ, εἰπεῖν. — Ἐνδεὴς ἄρ' ἐστὶ καὶ οὐκ ἔχει ὁ Ἔρως κάλλος. — Ἀνάγκη, φάναι. — Τί δέ; τὸ ἐνδεὲς κάλλους καὶ μηδαμῇ κεκτημένον κάλλος ἆρα λέγεις σὺ καλὸν εἶναι; — Οὐ δῆτα. — Ἔτι οὖν ὁμολογεῖς Ἔρωτα καλὸν εἶναι, εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει; — Καὶ τὸν Ἀγάθωνα εἰπεῖν, Κινδυνεύω, ὦ Σώκρατες, οὐδὲν εἰδέναι ὧν τότε εἶπον. Καὶ μὴν καλῶς γε εἶπες, φάναι, ὦ Ἀγάθων. ἀλλὰ σμικρὸν ἔτι εἰπέ· τἀγαθὰ οὐ καὶ

lius referri significat, aut si haec non repetuntur revera, tanquam talia, qualibus ille usus esset, referri. Ubi autem ipsa verba laudantur, aut tanquam ipsa, consentaneum esse videtur eum, qui ita loquatur, illis verbis maius, quam aliis, pondus tribuere. Iam si reputamus, Socratem id agere, ut ostendatur, Erotem pulcro bonoque prorsus carere, eam potissimum Agathonis sententiam ab eo tangi consentaneum est, quae huic consilio maxime officeret: *αἰσχρῶν γὰρ οὐκ ἔπεστιν Ἔρως*. Verba convertenda sunt: Denn ich meine, dass du ohngefähr folgender Maassen sprachst: dass die Angelegenheiten der Götter durch den Eros zum Schönen vollkommen in Ordnung gebracht worden wären, denn des Hässlichen wäre kein Eros. Eadem prorsus verborum structura apud Xenophontem reperitur Hell. III. 2, 23. *ἀποκρινομένων δὲ τῶν Ἠλείων, ὅτι οὐ ποιήσειαν ταῦτα· ἐπιλῃδᾶς γὰρ ἔχοιεν τὰς πόλεις· φρουρὰν ἔφηναν οἱ ἔφοροι*. Dixerunt autem, ut videtur, Elidenses: *ἐπιλῃδᾶς γὰρ ἔχομεν τὰς πόλεις*. Addo Hell. VI. 5. 36. *ὁ δὲ πλεῖστος ἦν λόγος, ὡς κατὰ τοὺς ὅρκους βοηθεῖν δέοι. οὐ γὰρ ἀδικησάντων σφῶν ἐπεστράτευσαν οἱ Ἀρκάδες καὶ οἱ μετ' αὐτῶν τοῖς Δακεδαιμονίοις*. Praeter hos locos alios nonnullos Rückertus laudavit annotat. ad h. l., quam vide.

οὗ ἐνδεὴς ἐστι καὶ μὴ ἔχει. Non opus est, ut accusativum pronominis relativi repetas e praegresso *οὗ* genitivo; verba enim *καὶ μὴ ἔχει* posita sunt usu Graecorum haud infrequenti pro *ὥστε μὴ ἔχειν*; *μὴ ἔχειν* autem absolute positum est, atque nihil nisi meram verbi *ἔχειν* notionem negat.

καὶ μὴν καλῶς γε εἶπες. Annotat Rückertus ad h. l.: *Et tamen pulcre quidem dixisti*. Laudaverant omnes convivae Agathonem, ut qui pulcre et praeclare dixisset, nec minorem, ut videtur, ipse de se habuerat opinionem. Quare quum postremo eo sit deductus, ut nihil se scire confiteatur eorum, quae tum dixerit, haec subiicit Socrates; quibus quanta sit ironia, qua et ipsius Agathonis fa-

καλὰ δοκεῖ σοι εἶναι; — Ἔμοιγε. — Εἰ ἄρα ὁ Ἔρως τῶν καλῶν ἐνδεής ἐστι, τὰ δὲ ἀγαθὰ καλά, κἂν τῶν ἀγαθῶν ἐνδεὴς εἴη. Ἐγὼ, φάναι, ὦ Σώκρατες, σοὶ οὐκ ἂν δυναίμην ἀντιλέγειν, ἀλλ' οὕτως ἐχέτω, ὡς σὺ λέγεις. Οὐ μὲν οὖν τῇ ἀληθείᾳ, φάναι, ὦ φιλούμενε Ἀγάθων, δύνασαι ἀντιλέγειν· ἐπεὶ Σωκράτει γε οὐδὲν χαλεπόν.

stus et auditorum vani applausus perstringantur, etsi nemo non debet sentire, tamen locum plane non intellectum video a Schleiermachero, qui verterit: Gar recht magst du daran wohl haben. Immo vertendum: Und du hast ja doch schön gesprochen. — Socrates acerrimus haud raro eorum cavillator, qui fasta magniloquentiaque vanitatem suam obtegere studebant, mitem iis statim sese ostendere solebat, qui errores suos confiterentur. Quod cum praeter exspectationem subito fecisset Agatho, homo alioquin pollens ingenio, καὶ μὴν καλῶς γε εἶπες verba Socrates ita exhibuisse consentaneum est, ut id remissa omni ironia atque cavillatione fecerit. Rectissime igitur Schleiermacherus verba cepit, ad quem Rückertus recurret, quando desierit καὶ μήν et tamen interpretari. Vide annotat. p. 6. τἀγαθὰ οὐ καὶ καλὰ κ. τ. λ. Habes syllogismum per inversionem, quo qui utuntur, id agunt, ut alterum membrum enuntiationis, quod priori loco positum atque in conclusione repetitum est, prae ceteris verbis extollatur vique augeatur. Rem quod attinet, concessa pulcri bonique aequalitate Agatho gravissimam stragem suae orationi ipse intulit, effecitque, ut ne bonus quidem Eros esse diceretur. Iam mireris vel inertiam Agathonis, qui noluerit, quod argumentis non confirmatum sit, id impugnare, vel Socratis negligentiam, qua non argumentis probarit, quod ab Agathone impugnari posset facillime: bonum idem esse atque pulcrum. Sed monendum est, Graecos boni pulcrique notionem ita animo conceptam habuisse, ut alterum ab altero seiunctum non cogitarent. Quod pulcrum, iisdem et bonum fuit, neque bonum iudicatum est ab iis, quod non et pulcritudine gauderet. Hinc Socrati non metuendum erat, ne forte Agatho negaret, bonum idem esse atque pulcrum, adeoque argumentis sententiam confirmare supersedere poterat, ut si addidisset, nimia sedulitate id factum auditores existimaturi fuissent.

ἐγὼ — σοὶ οὐκ ἂν δυναίμην ἀντιλέγειν. Utrumque et non pulcrum et non bonum Erotem esse, Agatho concessit sed diverso modo. Non pulcrum, sincere et candide, non bonum, adhibitis sophistarum artificiis, ut non rem ita esse concederet, sed suam disputandi imbecillitatem confiteretur. Igitur accentus orationis in vocalis ἐγώ et σοί ponendus est, quas scri-

Cap. XXII.

Καὶ σὲ μέν γε ἤδη ἐάσω· τὸν δὲ λόγον τὸν περὶ D *τοῦ Ἔρωτος, ὅν ποτ' ἤκουσα γυναικὸς Μαντινικῆς Διοτίμας, ἣ ταῦτά τε σοφὴ ἦν καὶ ἄλλα πολλὰ, καὶ Ἀθηναίοις ποτὲ θυσαμένοις πρὸ τοῦ λοιμοῦ δέκα ἔτη*

ptor, quo validius prae ceteris verbis eminerent, ipso enuntiati initio collocavit. Sensus est: Mea imbecillitate, non falsitate sententiae meae factum est, ut ego a te, homine peritissimo disputandi vincerer. Verborum conversio haec est: Ego, (homo imbecillis), tibi, (peritissimo disputandi,) (etiamsi vellem,) contradicere non possem, sed (vincerer, si contradicerem, igitur) res se habeat, ut tute dicis. Ad verba *οὐκ ἂν δυναίμην* supplendum est, ut in conversione indicavimus, *εἰ καὶ βουλοίμην*, soletque haud raro in enuntiatis conditionalibus alterum enuntiati membrum omitti; exemplum huius omissionis si quaeris, vide annotat. p. 201. Pro *ἀλλά* particula aliam exspectaveris, quae non oppositioni, sed conclusioni indicandae inserviat. Ni fallor, brevitate quadam dicendi Agatho usus est, quam commotiori eius animo apprime convenire arbitror. In loci conversione indicavimus, quomodo verba expleri possint atque *ἀλλά* praepositionis usus excusari.

οὐ μὲν οὖν τῇ ἀληθείᾳ h. e., Stallbaumius inquit, imo vero contra veritatem non potes disputare: nam contra Socratem tibi facile est. — *Οὐ μὲν οὖν* voculis Socrates ita utitur, ut iudicet, recte quidem Agathonem negasse, sed non in re negationem adhibuisse, quae revera neganda esset. Exprimunt igitur *οὐ μὲν οὖν* voculae lenem correctionem h. e. rectiorem interpretationem praegressae sententiae, quae aliquid veri contineat, sed cum veritate non prorsus conveniat. Das heisst also, lieber Agatho, du kannst der Wahrheit nicht entgegen sprechen, denn dem Socrates ist es keine Schwierigkeit.

καὶ σὲ μέν γε ἤδη ἐάσω. Respicit Socrates ad p. 199. B. *ἔτι τοίνυν — πάρες μοι Ἀγάθωνα ὁμίκρ' ἄττα ἐρέσθαι κ. τ. λ.*, ut verba nostra significent: Ac te quidem, quem pauca quaedam interrogare me velle supra indicavi, nunc mittam.

ὅν ποτ' ἤκουσα γυναικὸς Μαντινικῆς. Vulgo *μαντικῆς* legitur; illud pauci sed optimae notae codices commendant. Vulgatae scripturae originem solertissime indagatus est Stallbaumius: Vocatur, inquit, Diotima *Μαντική* ut infra p. 211. D., quum proprie deberet *Μαντινίς*,

ἀναβολὴν ἐποιησε τῆς νόσου, ἣ δὴ καὶ ἐμὲ τὰ ἐρωτικὰ ἐδίδαξεν, — ὃν οὖν ἐκείνη ἔλεγε λόγον, πειράσο-

unde factum est opinor, ut grammatici scriberent *μαντικῆς*. At enim solent nomina possessiva haud raro occupare locum nominum gentilium, de quo loquendi genere vide Davis. ad Max. Tyr. p. 588. et Fischerum ad Welleri Gramm. T. III. P. I. p. 299. — Non recte autem addit V. D.: *Neque satis ad rem accommodatum est, quod vulgo legebatur, μαντική. Quae enim Diotima de amore disputasse narratur, ea non vaticinandi arti debuit, sed ingenii sui praestantiae ac virtuti.* — Eodem enim iure cogitare possis *μαντικὴ* positum esse, quo scriptum legitur paullo infra *ἀναβολὴν ἐποίησε τῆς νόσου*, neque necessarium est, ut, cum dicatur orationis auctor fuisse mulier fatidica, vaticinandi arte orationem compositam censeas. Porro mulieri eique peregrinae datam esse orationem hanc, ut convivae rideantur, qui, quum divinioris amoris vim et naturam plane non caperent, tamen in dei laudibus celebrandis mirifice exsultarent, Stallbaumio non credimus. Quem enim pudeat a femina meliora doceri, cuius sapientia praeclaro facinore, h. e. *ἀναβολῇ τῆς νόσου* probata sit, et quam ipsius Socratis, sapientissimi hominis, magistram fuisse, huius loci verba testantur. Num Periclem aut ipsum Socratem puduit Aspasiae Milesiae praeceptis edoceri? Addit Stallbaumius: Cur Diotimae potissimum has partes Plato tribuerit, neque Aspasiae aut alii cuidam nobili feminae illius aetatis, id quidem exquiri nullo modo potest propterea, quod a scriptoribus aequalibus aut supparis aetatis de ea nihil memoriae traditum est. Quae autem seriores scriptores de eadem narrant, ea maximam partem ex hoc ipso loco hausta, aut temere conficta esse, exploratum habemus. Quae quum ita sint, hoc unum tenendum putamus, quod ex hac oratione discimus, fuisse eam mulierem prudentia et vaticinandi arte nobilem, quae quum diutius Athenis esset aliquando commorata, magnam nacta esset sapientiae famam. — Diximus de Diotima Mantineensi in Comment. de Symp. Platonis, ubi, cur Stallbaumii iudicio non adstipulemur, indicatum reperies.

καὶ Ἀθηναίοις ποτὲ θυσαμένοις πρὸ τοῦ λοιμοῦ. Pestis Atticam terram invasit Peloponnesiaci belli anno secundo h. e. a. 430. Impetum in eandem fecisse etiam a. 440. ex hoc loco colligi possit; cfr. Thucydidis L. II. c. 47. p. 214. ed. Haack. καὶ ὄντων αὐτῶν (sc. τῶν Λακεδαιμονίων) οὐ πολλάς πω ἡμέρας ἐν τῇ Ἀττικῇ ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις λεγόμενον μὲν καὶ πρόσερον πολλαχόσε ἐγκατακῦψαι καὶ περὶ Λῆμνον καὶ ἐν ἄλλοις χωρίοις. — Pro Θυσαμένοις H. Stephanus scribendum coniecit Θυσαμένῃ, videlicet ut esset, quo explicetur ratio et modus *τῆς ἀναβολῆς*. Frustra. Suspicari licet, quo

μαι ὑμῖν διελθεῖν ἐκ τῶν ὡμολογημένων ἐμοὶ καὶ Ἀγάθωνι, αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ, ὅπως ἂν δύνωμαι. δεῖ

modo veteres pestem abigi potuisse crediderint, mutare verba eo minus licet, quo certius est, Platonem ipsum *τῆς ἀναβολῆς* modum indicare noluisse.

ὃν οὖν ἐκείνη ἔλεγεν. Redorditur abruptum sermonis filum ita, ut, quae illustrationis caussa addidit, ea nunc paucis comprehendat illata particula *οὖν*. Nam omitti poterant haec: *ὃν οὖν ἐκείνη ἔλεγε λόγον.* Stallb.

αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ. Vulgo legitur *αὐτὸς ἀπ' ἐμαυτοῦ*; illud Bastii coniectura est, quam praeter Rückertum editores omnes in textum receperunt. Rückertus autem *αὐτὸς ἀπ' ἐμαυτοῦ* ita explicat, ut nolle Socratem contendat reliqua ex alio elicere per colloquium, sed quae audierit, ex se ipso proferre *ἀπὸ μνήμης*. Sed aliud est *ἀπ' ἐμαυτοῦ*, aliud *αὐτὸς ἀπ' ἐμαυτοῦ*, atque illis verbis concedimus sensum, quem Rückertus ait, inesse posse, verbis contra *αὐτὸς ἀπ' ἐμαυτοῦ* nihil aliud exprimitur, atque mea sponte. *Αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ* legitur in Plat. Alcib. I. p 114. A. *εἰ μὲν βούλει, ἐρωτῶν με, ὥσπερ ἐγὼ σε, εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ἐπὶ σαυτοῦ, λόγῳ διέξελθε*, quo loco ex oppositis colligitur, *αὐτὸς ἐπὶ σαυτοῦ* esse: disputatione remissa, continua oratione aliquid proferre. Probatur haec verborum significatio etiam Plat. Soph. p. 217. C. *πότερον εἰωθὰς ἥδιον αὐτὸς ἐπὶ σαυτοῦ μακρῷ λόγῳ διεξιέναι λέγων τοῦτο, ὃ ἂν ἐνδείξασθαι τῷ βουληθῇς, ἢ δι' ἐρωτήσεων, κ. τ. λ.* Igitur hoc loco cum ceteris editoribus *αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ* in ordinem verborum posuimus. Schleiermacherus verba convertit: von dem ausgehend, worüber ich mit Agathon überein gekommen bin, sonst aber ganz für mich allein, so gut ich eben kann. Sensus est potius: Nachdem ich mit Agathon übereingekommen bin, werde ich versuchen, Diotimas Rede in einer zusammenhängenden Darstellung euch wiederzugeben. Verba autem *ὅπως ἂν δύνωμαι* excusantis sunt orationem minus elegantem atque inculiorem; quae verba, quoniam Socratis dictio bona est et recta, in eorum orationes conveniuntur, quae nimia cura elaboratae sunt atque inutili ornatu condecoratae.

ὥσπερ σὺ διηγήσω. cfr. p. 195. A. *οὕτω δὴ τὸν Ἔρωτα καὶ ἡμᾶς δίκαιον ἐπαινέσαι πρῶτον αὐτόν, οἷός ἐστιν, ἔπειτα τὰς δόσεις.*

ἕτερα τοιαῦτα ἔλεγον. Ἕτερος vocis significatio primaria est: alter: respicit igitur ad alterum, qui alteri vel similis est vel dissimilis. Hinc fit, ut *ἕτερος* diversum denotet, cuius notionis exemplum est Symp. p. 186. B. *ἕτερόν τε καὶ ἀνόμοιόν ἐστιν.* Nostro contra loco, ubi similitudinem inter alterum et alterum extare comparatio instituta docuit, *ἕτερος* verbum fere idem significat. Recte Stallbaumius verba con-

δὴ, ὦ Ἀγάθων, ὥσπερ σὺ διηγήσω, διελθεῖν αὐτὸν
B πρῶτον, τίς ἐστιν ὁ Ἔρως καὶ ποῖός τις, ἔπειτα τὰ ἔργα αὐτοῦ. δοκεῖ οὖν μοι ῥᾷστον εἶναι οὕτω διελθεῖν, ὡς ποτ' ἐμὲ ἡ ξένη ἀνακρίνουσα διῆει. σχεδὸν γάρ τι καὶ ἐγὼ πρὸς αὐτὴν ἕτερα τοιαῦτα ἔλεγον, οἷάπερ νῦν πρὸς ἐμὲ Ἀγάθων, ὡς εἴη ὁ Ἔρως μέγας θεὸς, εἴη δὲ τῶν καλῶν. ἤλεγχε δή με τούτοις τοῖς λόγοις, οἷσπερ ἐγὼ τοῦτον, ὡς οὔτε καλὸς εἴη κατὰ

vertit: Itidem talia, cfr. Gorg. 482. A. *νόμιζε τοίνυν καὶ παρ' ἐμοῦ χρῆναι ἕτερα τοιαῦτα ἀκούειν.* Adde Protag. 326. A. Interdum comparatione admissa nulla ἕτερος novae rei accessionem denotat, ut in Alcib. II. p. 138. C. *ἕτερα πρὸς τοῖς ὑπάρχουσι κατηρᾶτο*, h. e., nova mala praesentibus addidit precando. Ibid. p. 149. *εὑρήσεις δὲ καὶ παρ' Ὁμήρῳ ἕτερα παραπλήσια τούτοις εἰρημένα.*

μεγὰς θεός. Sydenhamius *ἀγαθὸς θεός* scribendum esse censuit. Nisi fallor, minus est epitheton, quo omnia continentur, quae ab Agathone Eroti attribuuntur, quam θεός substantivum urgendum. Quamquam enim in proximis de epithetorum veritate agitur, tamen de iisdem iam disputatum est in superioribus. Nunc retractantur eadem, ut facilius ad sententiam eam aditus pateat, qua deum esse Erotem Diotima negat. Insequentia verba rectissime Stallbaumius interpretatus est: *Καλῶν*, inquit, pendet ex Ἔρως, quod etiam hic positum est, ut p. 196. D. Adde praeterea p. 204. D. *ἔστι μὲν γὰρ δὴ τοιοῦτος καὶ οὕτως γεγονὼς ὁ Ἔρως, ἔστι δὲ τῶν καλῶν.* cfr. annot. p. 209. Verba convertenda sunt: Dass Eros ein grosser Gott, und dass er die Liebe des Schönen sei.

οὐκ εὐφημήσεις. Ruckertus ad haec verba h. e. inquit: bona verba, quaeso. Dubito, num recte. Bona verba apprime respondet nostratium: Nur gemach, nicht zu hitzig, iisque verbis utuntur, qui iratos, minitantes, iniuste accusantes illudunt. Sic Davus in Andr. Ter. Act. I. Sc. II. v. 33. cum herus dixisset: ubivis facilius passus sim, quam in hac re, me deludier, Bona verba, quaeso, respondit. Cui herus rursum: Inrides, inquit, nil me fallis. *Εὐφημεῖν* verbo respondet Latinorum favere linguis, utrumque autem dicitur, ut sibi caveat aliquis, ne mali ominis verba pronuntiet. Sic in Plat. de rep. I. p. 329. C., cum aliquis Sophoclem aetate provectiorem interrogasset *ἔτι οἷός τ' εἶ γυναικὶ συγγίγνεσθαι*, respondisse ille fertur; *εὐφήμει, ὦ ἄνθρωπε.* Adde Alcib. II. p. 143. C. *Ἀλκ. Εὐφήμει πρὸς Διός, ὦ Σώκρατες. Σ. οὔ τοι τὸν λέγοντα, ὦ Ἀλκιβιάδη, ὡς οὐκ ἂν ἐθέλοις ὅσοι ταῦτα πεπρᾶχθαι, εὐφημεῖν δεῖ δε κελεύειν, ἀλλὰ μᾶλλον πολὺ εἴ τις τὰ*

τὸν ἐμὸν λόγον οὔτε ἀγαθός. καὶ ἐγὼ, Πῶς λέγεις, ἔφην, ὦ Διοτίμα; αἰσχρὸς ἄρα ὁ Ἔρως ἐστὶ καὶ κακός; Καὶ ἦ, Οὐκ εὐφημήσεις; ἔφη· ἢ οἴει, ὅ τι ἂν μὴ καλὸν ᾖ, ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι αἰσχρόν; — Μάλιστά γε. — Ἦ καὶ ἂν μὴ σοφὸν ἀμαθές; ἢ οὐκ ἤσθησαι, ὅτι ἔστι τι μεταξὺ σοφίας καὶ ἀμαθίας; — Τί τοῦτο; — Τὸ ὀρθὰ δοξάζειν καὶ ἄνευ τοῦ ἔχειν λόγον δοῦναι οὐκ οἶσθ', ἔφη, ὅτι οὔτε ἐπίστασθαί 202

ἐναντία λέγοι· ἐπεὶ (δὴ) οὕτω σοι δοκεῖ σφόδρα δεινὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα, ὥστ' οὐδὲ ῥητέον εἶναι οὕτως εἰκῇ κ. τ. λ.

ἢ καὶ ἂν μὴ σοφόν ἀμαθές. Astius ἤ, quod vulgo legitur, servandum duxit, ut quod ad praecedens ἢ οἴει h. e. an tu fortasse censes, referendum sit. Frustra. Illic male vulgo ἤ exhibetur, nostro contra loco ἢ plena interrogatio est: Nom etiam censeas... vide annot. p. 10. Ceterum frustra hunc locum vitiosum censuerunt viri docti. Stephanus ὅτι post ἢ inferciendum censuit, Wolfium assentientem habuit. Stallbaumio e superioribus τί repetendum videtur. Nos deleto post σοφόν commate pleniorem orationem audire arbitramur: ἢ καὶ ἂν οἴοιτο μὴ σοφὸν ἀμαθές; vide quae dicta sunt p. 10. Probari autem vides, quae illic de ἢ et ἤ differentia disputavimus; nam ἢ οἴει cum veritatis specie profertur, quam reddere latine possis fortasse. Ea veritatis species, ut mutata particula remaneret, ad verbum post ἢ supplendum ἄν additum est.

καὶ ἄνευ τοῦ ἔχειν λόγον δοῦναι. Stallb. καί deleto, quod ab inepto grammatico additum censet, sententiam verborum ait hanc esse: Recte iudicare ita ut iudicii tui non possis reddere rationem, nonne putas esse neque scientiam neque inscientiam? Cum eo Schleierm. consentit verba convertens: Wenn man richtig vorstellt, ohne iedoch Rechenschaft davon geben zu können. Stallb. addit praeterea: si καί verum esset, reliqua haud dubie sic se haberent: καὶ οὐκ ἔχειν λόγον δοῦναι. — Multo deterius Rückertus in explicandis his verbis versatus est: Δοξάζειν ὀρθὰ καὶ ἄνευ τοῦ ἔχειν λόγον δοῦναι h. e.: vel ita, ut non possit, auch ohne Rechenschaft geben zu können. Qua in sententia quum bene habeat part. καί, nolim eam deleri, quae Stallbaumii coniectura fuit. — Num fieri posse censes, ut recte opinetur aliquis ita, ut rationem reddere possit? Non credo equidem. Quid igitur sibi vult vel ita, ut non possit rationem reddere? Δόξα apprime respondet Latinorum opinioni, δοξάζειν igitur opinari est. Differt autem opinio a iudicio ita, ut hoc cum ratione iudicii coniunctum sit. Qui opinionem habet, rationem reddere non potest.

ἐστιν· ἄλογον γὰρ πρᾶγμα πῶς ἂν εἴη ἐπιστήμη; οὔτε ἀμαθία· τὸ γὰρ τοῦ ὄντος τυγχάνον πῶς ἂν εἴη ἀμαθία; ἔστι δὲ δή που τοιοῦτον ἡ ὀρθὴ δόξα, μεταξὺ φρονήσεως καὶ ἀμαθίας. Ἀληθῆ, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις. — Β Μὴ τοίνυν ἀνάγκαζε, ὃ μὴ καλόν ἐστιν, αἰσχρὸν εἶναι,

False et recte opinari aliquis potest, ut indicare eum crederes, si haberet sententiae suae rationem. Fieri potest autem interdum, ut aliquis, qui rationem reddere non possit, tamen interrogatus rationem reddat forte fortuna repertam, non mente atque intelligentia quaesitam. Iam agnosce Platonis voluntatem, quae clarior fit suppleto ad τοῦ ἔχειν infinitivo λόγον δοῦναι. Sensus est: Die (zufällig) richtige Meinung und die (zufällige) Angabe des Grundes, ohne eigentlich einen Grund angeben zu können, das weisst du doch, sagte sie, dass man diese weder wahrhafte Wissenschaft, noch gänzliche Unwissenheit nennen kann.

ἄλογον γὰρ πρᾶγμα. h. e. Denn ein Gegenstand, der wirklich ohne Rechenschaft ist, (wenn gleich dieselbe aus Zufall einmal gegeben wird), wie könnte der Wissenschaft sein? Nam qui recte opinatur aliquid, rationem interdum reddere postest, sed quae aliis sufficiat, non sibi, utpote quam mente atque intelligentia non teneat.

τὸ γὰρ τοῦ ὄντος τυγχάνον. Τὸ ὄν significat id, quod revera est; id quoniam opponitur ei, quod esse videatur tantummodo, revera non sit, factum est, ut τὸ ὄν absolutam veritatem denotet. Recte igitur Stallbaumius ad h. l. τὸ ὄν idem esse monet, atque τὸ ἀληθές, atque ne quis de ideis dictum accipiat, caveri iubet. Τὸ τοῦ ὄντος τυγχάνον autem non tam eum animi habitum describit, qui veri compos fiat, quam eius, cui forte fortuna accidat, ut veri sit compos.

ἔστι δὲ δή που τοιοῦτον. Convertit Schleiermacherus: Also ist offenbar, Astius exhibet: Est igitur nimirum, Rückertus, qui de addendo post τοιοῦτον ὄν participio cogitat: immo est, quam talis sit, vera opinio inter scientiam et inscitiam. — Δέ particula neque conclusioni indicandae inserit, neque est δή που immo. Nescio, cur noluerint interpretes verba convertere: Es ist aber doch offenbar wohl cet., quae verba ita dicta sunt, ut praecedenti οὔτε — ἐστὶν, — οὔτε — ἐστὶν cum vi quadam opponantur. Ac ne forte, quod Rückerto accidisse video, τί ante τοιοῦτον additum desideres, τοιοῦτον nude positum accuratissime alicuius rei notionem describit, ut prorsus tale aliquid esse dicatur, quale insequentibus verbis esse significatur. Τί addito pronomine indefinito vis illa minuitur, neque prorsus tale aliquid esse indicatur, qua-

μηδὲ ὃ μὴ ἀγαθὸν, κακόν· οὕτω δὲ καὶ τὸν Ἔρωτα ἐπειδὴ αὐτὸς ὁμολογεῖς μὴ εἶναι ἀγαθὸν μηδὲ καλὸν, μηδέν τι μᾶλλον οἷον δεῖν αὐτὸν αἰσχρὸν καὶ κακὸν εἶναι, ἀλλά τι μεταξὺ, ἔφη, τούτοιν. Καὶ μὴν, ἦν δ' ἐγὼ, ὁμολογεῖταί γε παρὰ πάντων μέγας θεὸς εἶναι.

le sit aliud, sed ita comparatum, ut fere tale esse aestimetur. cfr. Plat. de rep. I. p. 340. E. τοιοῦτον οὖν δή σοι καὶ ἐμὲ ὑπόλαβε νῦν γε ἀποκρίνασθαι, quo loco falsum foret atque Thrasymachi sententiae contrarium τοιοῦτόν τι. Adde ib. IX. p. 590. E. Δηλοῖ δέ γε, ἦν δ' ἐγὼ, καὶ ὁ νόμος, ὅτι τοιοῦτον βούλεται, πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει ξύμμαχος ὤν.

μὴ τοίνυν ἀνάγκαζε. Supra diximus annotat. p. 239. de verbis, quae ex adiectivo proprie cum εἶναι verbo aut ex adverbio cum dicendi verbo coniungendo conformantur. Μὴ τοίνυν ἀνάγκαζε igitur positum est pro μὴ τοίνυν ἀναγκαῖον εἶναι λέγε. Minus apte Schleiermacherus verba convertit: Folgere also nicht, neque recte Astius exhibet: Ne igitur contendas. Possis etiam alia ratione ἀναγκάζειν verbum explicare, quae tamen nobis minime probatur, ut ἀναγκάζειν cogendi potestate rebus adhibeatur, quae cogi nequeunt, quasi cogi possent: Zwinge doch also Dinge nicht, die nicht schön sind, hässlich zu sein. Inverso ordine Agatho, cum neque turpem neque malum Erotem esse intelligeret, pulcherrimum optimumque deum esse censuit. Ceterum ὃ μὴ καλόν ἐστιν idem fere est, atque ὃ μὴ καλὸν εἶναι ὁμολογοῦμεν, de quo dicendi genere vide, quae annotavimus p. 207.

οὕτω δὲ καὶ τὸν Ἔρωτα. Legitur in nonnullis libris δή pro δέ, neque confiteri dubitamus, illud quam hoc nobis multo magis placere. Sed rectissime ad h. l. Rückertus οὕτω δή, inquit, per se non male. Nam quum a generali sententia ad certum et definitum aliquod subiectum transimus ita, ut, quod in universum valeat, ad hoc quoque pertinere doceamus, colligimus aliquid et concludimus, idque licet conclusiva particula significare. At non est hoc ita opus, ut tam exigua librorum auctoritate mutari quid liceat, immo sufficit etiam addidisse signum transitus ab una re ad aliam, quod fit δέ particula.

ἀλλά τι μεταξὺ, ἔφη, τούτοιν. Ἔφη si abesset, nemo desideraret. Cave tamen, id otiosum censeas. Solet enim dicendi verbum verbis apponi, quae ab eo dicta sunt, cuius oratio refertur. Diximus de hoc usu dicendi verborum annotat. p. 56. Hinc non mireris dicendi verbum duplex positum v. c. in Sympos. 177. A. Φαῖδρος γὰρ ἐκάστοτε πρός με ἀγανακτῶν λέγει· οὐ δεινόν, φησίν, ὦ Ἐρυξίμαχε, ἄλλοις μὲν et quae sequuntur Phaedri ipsa verba. Eodem modo p. 202. C. legitur καὶ ἐγὼ εἶπον, πῶς

Τῶν μὴ εἰδότων, ἔφη, „πάντων" λέγεις ἢ καὶ τῶν εἰδότων; — Ξυμπάντων μὲν οὖν. — Καὶ ἢ γελάσασα, Καὶ πῶς ἄν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὑμολογοῖτο μέγας θεὸς εἶναι
c *παρὰ τούτων, οἳ φασιν αὐτὸν οὐδὲ θεὸν εἶναι; Τίνες οὗτοι; ἦν δ' ἐγώ. Εἷς μὲν, ἔφη, σὺ, μία δ' ἐγώ.*

τοῦτο, ἔφην, λέγεις; Ac ne forte ἔφην, ἔφη cet. verborum mediae orationi immixtorum significatum minus recte a nobis indicatum censeas, si interdum alicuius verba non verbotenus repetita animadverteris, nam huiusmodi exempla reperiuntur, tenendum est, eum, qui illo genere dicendi utatur, si revera alicuius verba non repeticrit, tamen eo animo fuisse, ut ipsa verba proferre voluerit idque addito dicendi verbo indicaverit.

τῶν μὴ εἰδότων, ἔφη, πάντων λέγεις. Verba ita disposita sunt, ut ex eorum ordine facillime possis Diotimae voluntatem agnoscere. Nimirum cum dixisset in proxime praecedentibus Socrates: magnum deum Erotem vocari παρὰ πάντων, Diotima istud πάντων, inquit, utrum de iis intelligendum est, qui rei non periti sunt, an etiam de sapientibus. Urgendum igitur pronuntiando est πάντων, quod quo fieret facilius, πάντων ante λέγεις positum est. Genitivum autem casum Diotima retinuit non tam propter antecedentem παρά praepositionem, quam quod vocabuli, quod aliquis pronuntiando urget, ea forma repetenda est, quam, qui antea locutus est, exhibuit. Hinc ne incomtior existeret oratio haec: τοὺς μὴ εἰδότας, ἔφη, πάντων λέγεις κ. τ. λ., τοὺς μὴ εἰδότας verba eodem casu posita habes, quo πάντων.

ξυμπάντων μὲν οὖν. Οὖν particulam in responsione adhibent ii, qui obfirmate aliquam rem affirmant, quam sunt interrogati. Eius notionis origo haec est, quod, qui interrogantur, ut fortius respondeant graviusque affirment, ita statim se comparant, quasi rem negasset is, qui interroget, atque huiusmodi interrogationem proposuisset: οὐκ οὖν ξυμπάντων μέν; Ad haec verba igitur respicientes, iisdemque utentes excepta negatione, non nisi mutato verborum ordine respondent: ξυμπάντων μὲν οὖν. Schleiermacherus verba convertit: Von allen insgesammt. Sed neque haec conversio Graecis verbis satis respondet, neque scio, an omnino dicendi genus in vernaculo sermone reperiatur, quo illius vis responsionis commode reddatur.

καὶ ἢ, ῥᾳδίως ἔφη. h. e., Stallbaumius inquit, facile ac nullo negotio rem tibi explicabo. Aliter nobis de huius adverbii explicatione statuendum videtur. Eo docemur, qua potestate dicta sint verba πῶς τοῦτο λέγεις. Socrates nimirum summopere miratus Diotimae sententiam, qua et ipse Erotem dicatur deum negare, haec profert: πῶς τοῦτο λέγεις h. e. Wie kannst du das sagen? Vide de hac verborum potestate

Καὶ ἐγὼ εἶπον, Πῶς τοῦτο, ἔφην, λέγεις; Καὶ ἦ, Ῥᾳδίως, ἔφη. λέγε γάρ μοι, οὐ πάντας θεοὺς φῂς εὐδαίμονας εἶναι καὶ καλούς; ἢ τολμήσαις ἄν τινα μὴ φάναι καλόν τε καὶ εὐδαίμονα θεῶν εἶναι; Μὰ Δί', οὐκ ἔγωγ', ἔφην. — Εὐδαίμονας δὲ δὴ λέγεις οὐ τοὺς

annotat. p. 169. Ad haec Diotima: perfacile, inquit, sc. hoc dicere possum.

καλόν τε καὶ εὐδαίμονα θεῶν εἶναι. Vulgo legitur *θεόν*, quae lectio, unde orta sit, neminem latere potest. Nobis rectissimum videtur *θεῶν*, quod Bodleianus exhibet aliique libri non pauci. Etenim si *θεόν* probaveris, *τινά* pronomen indefinitum mirum quantum displiceat: An auderes aliquem negare pulcrum atque beatum esse? *θεῶν* contra a verbo, ad quod pertinet, verbis interpositis nonnullis disiunctum, quanta vi ponatur, ex annotatione patebit p. 59. Sensus est: An auderes aliquem bonum beatumque negare deorum? Respicit autem Diotima quaestione hac proposita ad vulgarem de diis opinionem, quos nemo fuit, quin felicissimos beatissimosque praedicaret. Eius opinionis et se, antequam cum Diotima disputaverit, Socrates narrat participem fuisse; hinc graviorem negationem explicabis *Μὰ Δί', οὐκ ἔγωγε.* Veritum enim se ostendit, ne negata re deorum iram odiumque excitaret.

εὐδαίμονας δὲ δὴ λέγεις κ. τ. λ. Annotat Matth. Gramm. ampl. §. 610. 7. p. 1234. Haud raro *οὐ* negationem in interrogatione verbo finito postponi atque verbis praefigi iis, quorum caussa tota interrogatio suscepta sit. Praeter nostrum locum idem laudat Plat. de rep. IX. p. 590. A. *ἦ δ' αὐθάδεια καὶ δυσκολία οὐχ ὅταν τὸ λεοντῶδές τε καὶ ὀφεῶδες αὔξηται;* Caussam huius structurae Rückertus censet esse, quod incepta sit enuntiatio ita, ut nulla interrogandi voce opus sit. Licuisse enim dicere *εὐδαίμονας δὲ δὴ λέγεις τοὺς — κεκτημένους* salvo tenore sententiae. Media autem in sententia loquentem paullulum substitisse, quasi exspectet, ut addat reliqua interlocutor; quod quum non fiat statim, perrexisse *οὐ τοὺς τἀγαθὰ καὶ καλὰ κεκτημένους;* — Nobis ita statuendum videtur. Cum in praecedentibus id ageret Diotima, ut dii pulcri beatique esse concederentur, in sequenti enuntiatione id verbum initio posuit, quod beatitudinis notionem exprimeret, ratiocinantium videlicet exemplum secuta, qui semper ab eo verbo enuntiationem ordiri solent, de quo in proxime praecedente enuntiatione ab adversario concessum est. Migravit hanc ratiocinandi normam Plato p. 201. C., quo loco cum praecederet pulcritudinis notio, Socrates hoc modo perrexit: *τἀγαθὰ οὐ καὶ καλὰ δοκεῖ σοι εἶναι;* Illud verbum autem eum plerumque penderet e finito verbo, ut nostro loco *εὐδαίμονας*

D τἀγαθὰ καὶ καλὰ κεκτημένους; — Πάνυ γε. — Ἀλλὰ μὴν Ἔρωτά γε ὡμολόγηκας δι' ἔνδειαν τῶν ἀγαθῶν καὶ καλῶν ἐπιθυμεῖν αὐτῶν τούτων, ὧν ἐνδεής ἐστιν. — Ὡμολόγηκα γάρ. — Πῶς δ' ἂν οὖν θεὸς εἴη ὅ γε τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἄμοιρος; — Οὐδαμῶς, ὡς γ' ἔοικεν. — Ὁρᾷς οὖν, ἔφη, ὅτι καὶ σὺ Ἔρωτα οὐ θεὸν νομίζεις;

λέγεις, non mirum videri potest, si id statim assumitur negationi praepositum.

οὐ τοὺς τἀγαθὰ καὶ καλά. Bodleianus et alii nonnulli codices *τἀγαθὰ καὶ τὰ καλά* exhibent, quam scripturam Bekkerus et Stallbaumius receperunt in ordinem verborum. Annotat Rückertus ad h. l. rectissime: *τἀγαθὰ καὶ τὰ καλά* res bonae sunt et res pulcrae, quae diversae esse declarantur; contra *τἀγαθὰ καὶ καλά* res bonae et pulcrae. cfr. p. 202. D. *δι' ἔνδειαν τῶν ἀγαθῶν καὶ καλῶν* et *πῶς δ' ἂν οὖν θεὸς εἴη ὅ γε τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἄμοιρος*, p. 203. D. *ἐπίβουλός ἐστι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ τοῖς καλοῖς κ. τ. λ.* Aliam legem in articulo nominibus substantivis praefigendo Graeci scriptores secuti sunt, de qua fusius disputavit Engelhardtus ad Plat. Menex. p. 237. B. §. 6. p. ed. 252.

ὡμολόγηκά γε. Assensus Socratici vestigium in praecedentibus reperitur nullum. Erotem earum rerum, quae appeteret, expertem esse, Agatho concessit p. 201. B. *Ἐνδεὴς ἄρ' ἐστὶ καὶ οὐκ ἔχει ὁ Ἔρως κάλλος.* — *Ἀνάγκη, φάναι.* Iam cum Socrates eadem fere Diotimae se dixisse dicat p. 201. B. (*σχεδὸν γάρ τι καὶ ἐγὼ πρὸς αὐτὴν ἕτερα τοιαῦτα ἔλεγον, οἷάπερ νῦν πρὸς ἐμὲ Ἀγάθων*) quae Agatho sibi dixerit, verisimile est, Socratem eadem Diotimae concessisse, quae Agatho Socrati. Hinc *ὁμολόγηκα* positum explicabis.

οὐδαμῶς, ὡς γ' ἔοικεν. Socrates Erotem deum non esse ita tantummodo concedit, ut e Diotimae ratiocinatione id colligi posse dicat. Pluribus disputavimus de verbis *ὡς γ' ἔοικεν* a Socrate hic adhibitis in Comm. de Symp. Platonis.

Ὁρᾷς οὖν, ὅτι καὶ σὺ Ἔρωτα οὐ θεὸν νομίζεις; Stallbaumius laudat ad h. l. Plat. Apol. Socr. p. 24. D. *τὸν δὲ δὴ βελτίους ποιοῦντα ἴσθι εἰπὲ καὶ μήνυσον αὐτοῖς τίς ἐστιν. ὁρᾷς, ὦ Μέλητε, ὅτι σιγᾷς καὶ οὐκ ἔχεις εἰπεῖν;* Plat. Menon. p. 80. E. *μανθάνω, οἷον βούλει λέγειν, ὦ Μένων· ὁρᾷς τοῦτον ὡς ἐριστικὸν λόγον κατάγεις;* Verissime addit: In his locis omnibus *ὁρᾷς* ita praemittitur reliquis verbis, ut alterum rei praesentis statum et conditionem ipsum iam perspicere indicet, non sine aliqua admirationis vel etiam irrisionis significatione.

τί οὖν ἄν, ἔφην, εἴη ὁ Ἔρως. Ἄν particula a modo verbi, ad quem pertinet, haud raro seiuncta reperitur. Scriptum

Cap. XXIII.

Τί οὖν ἄν, ἔφην, εἴη ὁ Ἔρως; θνητός; — Ἥκιστά γε. — Ἀλλὰ τί μήν; — Ὥσπερ τὰ πρότερα, ἔφη, μεταξὺ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου. — Τί οὖν, ὦ Διοτίμα; — Δαίμων μέγας, ὦ Σώκρατες. καὶ γὰρ πᾶν τὸ δαι-

autem exspectaveris *τί οὖν, ἔφην, εἴη ἄν ὁ Ἔρως*. Non perinde est, utro loco *ἄν* particulam posueris, neque *τί οὖν ἄν, ἔφην, εἴη* idem prorsus significat atque *τί οὖν, ἔφην, εἴη ἄν*. Iam videamus, quid inter se hae dictiones differant. Optativus modus aliquid fieri posse indicat ita, ut non addita sit vel probabilitatis vel dubitationis notio. *Ἄν* particula adiuncta efficitur, ut, quod fieri posse indicatur optativo modo, id certis quibusdam de caussis fieri posse significetur adhaerente notione verisimilitudinis. Iam patere opinor, *τί οὖν εἴη ὁ Ἔρως* eius esse, qui de Erotis natura incertissimus nesciat prorsus, utrum sit aliquid necne Eros, fieri tamen posse opinetur, ut sit aliquid, idque nunc sciscitetur. Contra *τί οὖν εἴη ἄν ὁ Ἔρως* eius verba sunt, qui compertum habet, Erotem aliquid esse, idque quid sit, iam quaerit. Ad nostrum locum ut accedamus, *ἄν* positum quidem habes, sed disiunctum ab optativo modo, quo dicendi genere scriptor exprimere voluisse videtur aliquid, quod medium esset inter *τί εἴη* et *τί εἴη ἄν*. Socrates nimirum Diotimae argumentatione captus necdum liberatus a popularis superstitionis vinculis huc illuc vergit pleniissimus dubitationis, atque revera aliquid esse Erotem putat et rursum aliquid esse posse dubitat. Verba convertenda sunt: Was wäre denn nun also wohl, sagte ich, wenn er etwas wäre, Eros. Eodem modo explicandus est locus Plat. de rep. I. p. 333. A. *πρός γε ὑποδημάτων ἄν, οἶμαι, φαίης κτῆσιν*, h. e. *φαίης ἄν, εἰ φαίης*. Ibid. IV. p. 438. A. quo loco cave, iudicium tuum impediri patiaris verbo addito *δοκοῖ*: *Ἴσως γὰρ ἄν, ἔφη, δοκοῖ τι λέγειν ὁ ταῦτα λέγων*. Adde Protag. p. 312. D. *ἴσως ἄν, ἦν δ' ἐγώ, ἀληθῆ λέγοιμεν, οὐ μέντοι ἱκανῶς γε*.

ὥσπερ τὰ πρότερα, ἔφη. Haec verba convertit Schleiermacherus: Wie oben, sagte sie, zwischen dem sterblichen und unsterblichen. Recte. Supplendum autem est ex praegresso *τί οὖν ἄν — εἴη* tempus praesens *ἔστι*, ut verba explicatius perscripta audiant *τοῦτο, ὃ ἔστιν ὥσπερ τὰ πρότερα* (cfr. p. 202. A. *ἔστι δὲ δή που τοιοῦτον ἡ ὀρθὴ δόξα, μεταξὺ ἀμαθίας καὶ φρονήσεως*) *μεταξὺ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου*.

καὶ γὰρ πᾶν τὸ δαιμόνιον, h. e. denn die gesammte Dämonenwelt liegt zwischen Gottheit und Menschheit mitten inne. Ad nostrum locum multos fuisse seriores scriptores, qui respice-

μόνιον μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ. Τίνα, ἦν δ' ἐγώ, δύναμιν ἔχον; — Ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν, τῶν μὲν τὰς δεήσεις καὶ θυσίας, τῶν δὲ τὰς ἐπιτάξεις τε καὶ ἀμοιβὰς τῶν θυσιῶν. ἐν μέσῳ δὲ ὂν

rent, Stallbaumius ad h. l. annotat. Addit idem: Quid quod a Proclo in Parmenid. ap. Bentlei. Epist. ad Millium p. 455. ed. Lips. haec omnia e doctrina Orphicorum repetita esse narrantur? Quae quidem sententia quum confirmetur quodammodo eo, quod carminis Orphici fragmentum ap. Clem. Alexandr. Strom. V. p. 724. fere eadem continet, quae Diotima hoc loco Socratem docuisse narratur; eo minus de huius narrationis veritate dubitamus, quo certius exploratum habemus, Platonem non raro ad Orphicorum doctrinam allusisse et respexisse.

ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων κ. τ. λ. Satis notum est, Graecos in formulis, quae ex articulo et nomine aliquo cum praepositione coniuncto compositae sunt, praepositionem haud raro mutare atque eam ponere, quae cum verbo enuntiati principe conveniat. cfr. Fischerus ad Platonis Phaed. c. 22. Stallbaumius ad Plat. Apol. Socr. p. ed. 63. et 64. Matth. Gramm. §. 596. a. b. p. 1193. Engelhardtus ad Plat. Lachet. p. ed. 23. Huiusmodi formulae ubi per se spectantur, plerumque praepositionem quietem significantem repraesentant, ut nostro loco τὰ παρ' ἀνθρώποις et τὰ παρὰ θεοῖς. Accedente enuntiati principe verbo, quod motum significet, illa praepositio aut in praepositionem motum exprimentem mutatur, aut, ut id factum est nostro loco, cum eo casu coniungitur, qui motum exprimat. Non satis recte autem παρά praepositionem cum genitivo coniunctam putant propter antecedens διαπορθμεῦον; non item propter ἑρμηνεῦον, neque satis placet Schleiermacheri conversio: zu verdolmetschen und zu überbringen. Non rectius apud Ficinum legitur: interpretatur et traiicit. Non dubium est, duplicem itineris rationem indicari illis participiis, atque ἑρμηνεῦον quidem, quod cum verbis consociandum est ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν, viam describit, quae a diis ad homines ducit, διαπορθμεῦον autem de via dicitur, qua proficiscitur, quicquid ab hominibus ad deos se confert. Διαπορθμεῦον nimirum cum Charonte cohaeret, qui πορθμεύς a Graecis vocatus est, et qui animas solebat e terra ad sedes deorum transvehere; ἑρμηνεῦον eiusdem est, atque Ἑρμῆς radicis, qui deorum iussa hominibus obnuntiabat, non vice versa ad deos transferebat, quod ipsi ab hominibus mandatum esset. Significat igitur Mercurii instar deorum iussa obnuntiare. Iam patere opinor, non solum propter διαπορθμεῦον, sed etiam propter ἑρμηνεῦον cum genitivo coniunctam esse παρά praepositionem. Hinc non

ἀμφοτέρων συμπληροῖ, ὥστε τὸ πᾶν αὐτὸ αὑτῷ ξυνδεδέσθαι. διὰ τούτου καὶ ἡ μαντικὴ πᾶσα χωρεῖ, καὶ ἡ τῶν ἱερέων τέχνη τῶν τε περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς τελετὰς καὶ τὰς ἐπῳδὰς καὶ τὴν μαντείαν πᾶσαν καὶ 203
γοητείαν. θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται, ἀλλὰ διὰ

placet Stallbaumii annotatio ad h. l.: *θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων. Non dixit παρ' ἀνθρώποις et παρὰ θεοῖς: nam alteram constructionem requirebat verbum διαπορθμεῦον.*

συμπληροῖ, ὥστε τὸ πᾶν κ. τ. λ. Ficinus habet in conversione: In utroque medio constituta (sc. daemonum natura) totum complet, ut universum secum ipso tali vinculo connectatur. His verbis seduci se passi sunt Reyndersius, qui *τὰ ὅλα συμπληροῖ* scribendum coniecit, et Orellius ad Isocr. p. 331., ubi *συμπληροῖ τὸ πᾶν, ὥστε αὐτὸ αὑτῷ ξυνδεδέσθαι* manum Platonis esse suspicatus est. Sed nihil mutandum est, neque quicquam supplendum. Sensus est: indem er aber in der Mitte sich befindet von beiden, bildet er die Ausfüllung, Vermittlung, s. füllt es aus; nam nostra quoque lingua transitiva verba interdum ita adhiberi patitur, ut non actio, sed notio verborum urgeatur. Vide de hoc usu verborum transitivorum apud Graecos annot. p. 230.

καὶ ἡ μαντικὴ πᾶσα χωρεῖ. Duplici potestate haec verba intelligi possunt, ut aut de felici successu, qui daemonibus debeatur, aut de spatio vinc, quod eundo superetur, accipiantur, Ficinus verba convertit: Per hanc (sc. daemonum naturam) vaticinium omne procedit cet., ubi verborum ambiguitatem servatam habes, neque dubium videtur, quin eandem et Plato de industria admittere voluerit ea de caussa, ut de felici successu et de meatu per medium inter coelum et terram locum verba accipiantur.

θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται κ. τ. λ. Articulum omissum habes in utroque huius enuntiati nomine, ut indicetur, sententiam proferri generalem quam vocant. Vide Indices s. v. Artic. Ceterum daemones medium inter coelum atque terram locum obtinere dicuntur ita, ut per eos esse atque meare artes perhibeantur omnes eae, quae homines cum diis arctius coniungant. Haec coniunctio quoniam potior est eo, quod homines deorum iussa exsequuntur, quam quod dii hominum precibus obtemperent, recte ponitur h. l. *ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους*, non item *ἀνθρώποις πρὸς θεούς*, quod Heusdius in verborum ordinem inferciendum censuit, ut esset, quorsum referrentur verba sequentia *καὶ ἐγρηγορόσι καὶ καθεύδουσιν.* Annotat Stallbaumius ad h. l.: Defendi potest lectio vulgata ita, ut verborum constructionem dicamus conformatam esse potius ad sententiam ipsam, quam ad grammati-

τούτου πᾶσά ἐστιν ἡ ὁμιλία καὶ ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους, καὶ ἐγρηγορόσι καὶ καθεύδουσι. καὶ ὁ μὲν περὶ τὰ τοιαῦτα σοφὸς δαιμόνιος ἀνήρ, ὁ δὲ ἄλλο τι σοφὸς ὢν ἢ περὶ τέχνας ἢ χειρουργίας τινὰς, βάναυσος. οὗτοι δὴ οἱ δαίμονες πολλοὶ καὶ παντοδαποί εἰσιν· εἷς δὲ τούτων ἐστὶ καὶ ὁ Ἔρως. Πατρὸς δὲ, ἦν δ' ἐγὼ, τίνος ἐστὶ καὶ μητρός; Μακρότερον μὲν, ἔφη, διηγήσα-

cum subtilitatem ac diligentiam. Quum enim dicatur *ὁμιλεῖν τινί* et *διαλέγεσθαί τινι*, etiam *ὁμιλία καὶ διάλεκτός τινι* recte dici potuit. Et quum antea non dixisset: *πᾶσά ἐστι θεοῖς ἡ ὁμιλία καὶ ἡ διάλεκτος ἀνθρώποις*, sed perspicuitatis causa usus esset praepositione *πρός* addito casu accusativo, nunc ad legitimam constructionem revertens, neglecta grammatica diligentia, dativum post accusativum recte inferre potuit. — Huiusmodi grammaticae diligentiae negligentia si ullo loco ferri potest, huic loco apprime convenit, ubi Socratis sermonem non praemeditatum illum, sed *ἀπὸ τοῦ στόματος*, ut Graeci dicunt, habitum refert Apollodorus. Verum est tamen aliquid in hac verborum explicatione, quod displiceat. Negligentem esse structurae grammaticae verborum licet quidem interdum in sermone familiari, sed ita, ut verisimilitudo adsit negligentiae, h. e. ut verba ita remota sint ab iis, quorum structuram sequi debeant, ut eius revera obliti esse, qui loquantur, videantur. Nostro loco verba proxime adiuncta sunt verbis, quorum structuram sequi debent, ut sane intelligi nequeat, cur dativum maluerit, quam accusativum scriptor exhibere. Certissimum est, aliquid exprimere voluisse scriptorem structurae mutatione, quod quid sit, iam videamus. Si scriptum exstaret *ἐγρηγορηκότας καὶ καθεύδοντας*, interpunctio delenda esset, quae post *ἀνθρώπους* in omnibus editionibus posita reperitur, unoque tenore legendum esset *θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους ἐγρηγορηκότας καὶ καθεύδοντας*. Dativo admisso participia a praecedentibus verbis seiunguntur ita, ut verba *ἡ ὁμιλία καὶ ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους* unam notionem efficiant, quam cum uno verbo exprimere non posset, structura verborum Plato assecutus est. Verba convertenda sunt: Göttliches berührt das Menschliche nicht, sondern alle göttliche Offenbarung wird Wachenden und Träumenden vermittelst des Dämonischen zu Theil.

ἢ χειρουργίας τινὰς, βάναυσος. Schol. ad Theaetetum in Bekkeri Comment. Critt. T. II. p. 368.: *βάναυσον· οἱ ἑβραῖοι τεχνῖται καὶ παρὰ βαύνῳ, ὅ ἐστι καμίνῳ τὶ ἔργον διατιθέμενοι, οἱ δὲ βάναυσον τὸν ἀπάνθρωπον καὶ ὑπερήφανον. ἔνιοι δὲ βαναύσου χειρὸς τῆς ὑβριστικῆς ἢ τεχνι-*

σθαι· ὅμως δέ σοι ἐρῶ. ὅτε γὰρ ἐγένετο ἡ Ἀφροδίτη, εἱστιῶντο οἱ θεοὶ, οἵ τε ἄλλοι καὶ ὁ τῆς Μήτιδος υἱὸς Πόρος. ἐπειδὴ δὲ ἐδείπνησαν, προσαιτήσουσα, οἷον δὴ εὐωχίας οὔσης, ἀφίκετο ἡ Πενία καὶ ἦν περὶ τὰς θύρας. ὁ οὖν Πόρος μεθυσθεὶς τοῦ νέκταρος — οἶνος γὰρ οὔπω ἦν — εἰς τὸν τοῦ Διὸς κῆπον εἰσελθὼν βεβαρημένος ηὗδεν. ἡ οὖν Πενία ἐπιβουλεύουσα διὰ τὴν αὐ-

κῆς· δηλοῖ δὲ τοὺς χειροτέχνας καὶ δημιουργούς. Diotimae mens haec est: virum daemonium recte appellari eum, qui cognoscendis diis deorumque consiliis operam navet coniunctionis illius guarus, quae inter deos atque homines per daemones exstet; contra *βάνανσον* vocari, qui terrestribus rebus intentus deorum consilia minus curet.

ὅτε γὰρ ἐγένετο. Quae hucusque narrata sunt a Socrate, Erotem ex sententia Diotimae e daemonum ordine esse, h. e. medium inter deos atque homines, atque pulcro carere quidem, sed vehementissimo eius appetitu teneri, ea nunc repetuntur in mytho insequenti, quem vario modo philosophi interpretati sunt. Hac narratione mythica certissimum est, Diotimam s. Socratem non confirmare voluisse, sed explicare potius atque illustrare tanquam imagine sententiam suam. Satis notum est autem, Graecorum ingenium ita comparatum fuisse, ut facilius intelligerent, cupidius arriperent, memoria melius tenerent, quae mythica aliqua narratione, quam quae nuda demonstratione exposita essent. Pluribus de huius mythi fine diximus in Comment. de Sympos. Platonis.

οἶνος γὰρ οὔπω ἦν. Adduntur haec, ut tempus indicetur, quo facta sint, quae hic narrantur. Vinum antiquissimis temporibus Graecis notum fuisse, Homerus docet atque Hesiodus. Hinc iudicabis de rei narratae vetustate. Ad nostrum locum respexit Porphyr. A. A. c. 16. *ὡς παρὰ Πλάτωνι ὁ Πόρος τοῦ νέκταρος πλησθείς· οὔπω γὰρ οἶνος ἦν.*

εἰς τὸν τοῦ Διὸς κῆπον εἰσελθών. Cave credas metaphoricam significationem h. l. verba habere *Διὸς κῆπον*. Horti mentionem Diotima fecit vitae quotidianae usum imitata. Hortum enim hospitis convivae bene poti adire solebant atque loca frigidiora sibi eligere, ubi hausti vini calorem mitigarent animosque concitatiores somno compescerent. Adde Stallbaumii annotationem verissimam: Quae de hortis, inquit, Iovis hic narrantur, non solius ornatus gratia adiecta sunt, sed propemodum necessario commemorari debuerunt. Quum enim Pori atque Peniae natura et ingenium tantopere discreparent, per se parum verisimile videri debuit, illum cum hac potuisse habere consuetudinem. Itaque quo narratio maiorem nancisceretur similitudinem, poeta philosophus

C τῆς ἀπορίαν παιδίον ποιήσασθαι ἐκ τοῦ Πόρου, κατακλίνεταί τε παρ' αὐτῷ καὶ ἐκύησε τὸν Ἔρωτα. διὸ δὴ καὶ τῆς Ἀφροδίτης ἀκόλουθος καὶ θεράπων γέγονεν ὁ Ἔρως, γεννηθεὶς ἐν τοῖς ἐκείνης γενεθλίοις, καὶ ἅμα φύσει ἐραστὴς ὢν περὶ τὸ καλόν, καὶ τῆς Ἀφροδίτης καλῆς οὔσης. ἅτε οὖν Πόρου καὶ Πενίας υἱὸς ὢν ὁ Ἔρως ἐν τοιαύτῃ τύχῃ καθέστηκε. πρῶτον μὲν πένης ἀεί ἐστι, καὶ πολλοῦ δεῖ ἁπαλός τε καὶ καλός, οἷον οἱ πολλοὶ οἴονται, ἀλλὰ σκληρὸς καὶ αὐχμηρὸς καὶ

Porum finxit in convivio illo in Veneris honorem instituto ebrium factum se in hortum Iovis contulisse, ibi vero Peniam, quae ei struxisset insidias, sine arbitris convenisse. Vides, quam necessaria sit haec fabulae particula: ut profecto miranda sit operosa industria eorum, qui de istis Iovis hortulis splendida quaedam commenti sunt mendacia.

ἐπιβουλεύουσα διὰ τὴν αὐτῆς ἀπορίαν. Ἐπιβουλεύειν verbum sequente infinitivo eam potestatem habet, ut studium significet cum insidiis coniunctum. Prorsus eodem modo legitur in Xenoph. Symp. IV. 52. αἰσθάνομαι γάρ τινας ἐπιβουλεύοντας διαφθεῖραι αὐτόν. Adde Plat. de republ. VIII. p. 566. B. ἐὰν δὲ ἀδύνατοι ἐκβάλλειν αὐτὸν ὦσιν ἢ ἀποκτεῖναι διαβάλλοντες τῇ πόλει, βιαίῳ δὴ θανάτῳ ἐπιβουλεύουσιν ἀποκτιννῦναι λάθρᾳ. Plura huius structurae exempla si quaeris, adi Stallbaumium ad Plat. Protag. p. 343. C. p. ed. 119.

διὰ τὴν αὐτῆς ἀπορίαν. Indicatur his verbis, cur Penia mater esse cupiens, e Poro potissimum concipere voluerit. Etenim quoniam ipsa, quod futuro filio daret, non habebat, ut minus olim sentiret puer maternam egestatem, Porum, deum omnium ditissimum, patrem ei esse voluit. Minus explicate Schulthessius in conversione Symposii exhibuit: Nun sann Penia ihrem Mangel zu steuern, auf die List cet.

διὸ δὴ καὶ τῆς Ἀφροδίτης ἀκόλουθος. Veneris comes ac minister Eros dicitur, quod est pulcri amator, et quod Venus pulcra est. Minus clara verba sunt γεννηθεὶς ἐν τοῖς ἐκείνης γενεθλίοις, ad quae verba διό praecedens spectat praecipue. Nam si quis ipsis alicuius natalitiis oritur, non sequitur inde, eundem comitem esse atque ministrum illius. Videtur autem mens Diotimae haec fuisse: Erotem Veneri ortum debere; nam si ad huius natales celebrandos non convenissent dii, Peniam nunquam e Poro concepturam fuisse. Igitur factum esse cum pulcri appetitu naturali, tum pietate, ut Eros se Veneri adiunxerit.

ἀνυπόδητός καὶ ἄοικος, χαμαιπετὴς ἀεὶ ὢν καὶ ἄστρω- D
τος, ἐπὶ θύραις καὶ ἐν ὁδοῖς ὑπαίθριος κοιμώμενος,
τὴν τῆς μητρὸς φύσιν ἔχων, ἀεὶ ἐνδείᾳ ξύνοικος. κατὰ
δὲ αὖ τὸν πατέρα ἐπίβουλός ἐστι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ
τοῖς καλοῖς, ἀνδρεῖος ὢν καὶ ἴτης καὶ σύντονος, θη-
ρευτὴς δεινὸς, ἀεί τινας πλέκων μηχανὰς, καὶ φρονή-
σεως ἐπιθυμητὴς, καὶ πόριμος, φιλοσοφῶν διὰ παντὸς
τοῦ βίου, δεινὸς γόης καὶ φαρμακεὺς καὶ σοφιστής· E
καὶ οὔτε ὡς ἀθάνατος πέφυκεν οὔτε ὡς θνητὸς,

ἅτε οὖν Πόρου καὶ Πενίας υἱός. Erotis natura, qualem sibi Socrates effinxerat, factum est, ut Porum atque Peniam parentes putaret. Inverso nunc ordine a parentum indole ad filii naturam concludit, ut, quod in illis conspicias, id coniunctim in se habeat filius. Probatur igitur et his verbis, et sequentibus p. 203. C. κατὰ δὲ αὖ τὸν πατέρα, quod supra annotavimus p. 257., mythicam hanc narrationem ideo proferri a Diotima, ut imagine quadam proposita indoles atque natura Erotis illustretur. In sequentibus Erotis epithetis καί habes quater repetitum, quod, ut molestiam quandam parat audienti, ita epithetorum indicandae multitudini apprime inservit.

ἐπὶ θύραις καὶ ἐν ὁδοῖς ὑπαίθριος κοιμώμενος. Paullo supra de matre Erotis dicitur. p. 203. B. ἀφίκετο — καὶ ἦν περὶ τὰς θύρας, quapropter nostris verbis appositum habes τὴν τῆς μητρὸς φύσιν ἔχων, quae verba cave epitheti loco posita censeas; caussam enim indicant praecedentium epithetorum. Ceterum pro ὑπαίθριος, quae optimorum codicum lectio est, vulgo edebatur ὑπαιθρίοις. Male.

ἀνδρεῖος ὢν καὶ ἴτης. Schol. habet: ἴτης· ἰσχυρὸς, ἐπιστήμων, ὡς ἐνταῦθα. λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἰταμοῦ καὶ θρασέως. Nisi forte aliunde hoc scholion depromtum est, sane mireris verba ὡς ἐνταῦθα, quae rectissime haberent, si post verba legerentur: λαμβάνεται δὲ καί. Hesychius, ἴτης, inquit, ἰταμός, θρασύς. ἢ ἰσχυρὸς ἢ ἐπιστήμων. Cum ἀνδρεῖος nomine coniunctum legitur ἴτης etiam Plat. Protag. p. 349. E. πότερον τοὺς ἀνδρείους θαβραλέους λέγεις ἢ ἄλλο τι; — Καὶ ἴτας γε, ἔφη, ἐφ' ἃ οἱ πολλοὶ φοβοῦνται ἰέναι h. e. καὶ ἴτας γε ἐπὶ ταῦτα, ἐφ' ἃ κ. τ. λ. Ceterum haud scio, an non vitii aliquid in his verbis lateat, quod καί ante σύντονος posito removeatur. Nam ut sequitur θηρευτὴς δεινός, ita fortasse melius habeat καὶ ἴτης σύντονος, quam καὶ ἴτης καὶ σύντονος.

καὶ φρονήσεως ἐπιθυμητὴς, καὶ πόριμος. Rückertus ad h. l. deleto post ἐπιθυμητής commate: Iungo, in-

ἀλλὰ τοτὲ μὲν τῆς αὐτῆς ἡμέρας θάλλει τε καὶ ζῇ, ὅταν εὐπορήσῃ, τοτὲ δὲ ἀποθνήσκει, πάλιν δὲ ἀναβιώσκεται διὰ τὴν τοῦ πατρὸς φύσιν. τὸ δὲ ποριζόμενον ἀεὶ ὑπεκρεῖ, ὥστε οὔτε ἄπορεῖ Ἔρως ποτὲ οὔτε πλουτεῖ. σοφίας τε αὖ καὶ ἀμαθίας ἐν μέσῳ ἐστίν.

quit, haec cum Dindorfio in unum, ut haec sententia prodeat: Amorem et cupidum esse prudentiae et ad parandam idoneum. — Astius *πόριμος* esse censet: opibus et copiis affluens! Recte Suidas *πόριμος*, inquit, *ὁ ἔννουν ἢ ἐπίνοιαν ἔχων*. Quae sequuntur verba *φιλοσοφῶν διὰ παντὸς τοῦ βίου*, praecedentis epitheti caussam continent, et ipsa epitheti vices obtinent. Sensus est *πόριμος* vocabuli: der alles durchsetzt, überall durchkömmt, dem alles, was er unternimmt, von Statten geht.

δεινὸς γόης καὶ φαρμακεὺς καὶ σοφιστής. Neminem fugiet, quam prudenter philosophus hoc loco vulgares de Amore opiniones et fabulas coniunxerit cum suis ipsius placitis. Stallb.

ἀλλὰ τότε μὲν — ὅταν εὐπορήσῃ κ. τ. λ. Ficinus verba convertit: neque immortalis omnino secundum naturam neque mortalis: sed interdum eodem die pullulat atque vivit, quotiens exuberat, interdum deficit cet. Sic interpretes ad unum omnes Platonis verba explicaverunt, neque quicquam eos, quod miror, in iis offendit. Pugnant autem haec verba cum iis, quae p. 200. A. seqq. de Erotis natura dicta sunt. Docuit illic Socrates s. Diotima: Erotem non esse amorem h. e. desiderium nisi eius rei, quam ipse non possideat. Iam quaeritur, qui hoc loco dici possit *θάλλει τε καὶ ζῇ, ὅταν εὐπορήσῃ*. Nullus dubito, quin pro *ὅταν εὐπορήσῃ* Plato scripserit *ὅταν ἀπορήσῃ*. Ad sequentia autem *τότε δὲ ἀποθνήσκει* e praecedentibus supplendum est *ὅταν εὐπορήσῃ*, quod supplementum quum aliquis forte, ut fit, margini adscripsisset, scribarum incuria vel imperitiorum Platonis interpretum industria pro *ἀπορήσῃ* in ordine verborum *εὐπορήσῃ* positum est. Id fieri potuit eo facilius, quo magis in hac re a ceteris daemonibus diisque differt Eros. Solent enim Erote excepto omnes, quo maiorem rerum suarum *εὐπορίαν* experiuntur, eo magis, ut cum Platone loquar, efflorescere atque vigere. Amor contra rerum expetitarum potitus perit, sed paullo post rursum emergit novarum rerum, quas possidet pater, desiderio reviviscens.

διὰ τὴν τοῦ πατρὸς φύσιν. Haec verba quid sibi velint hoc loco, a nemine interprete explicatum reperio. Scriptoris mens haec esse videtur: Erotem mori, ubi ea sibi comparaverit, quorum desiderio antea Eros fuerit. Quoniam autem Poros, h. e. deus divitiarum atque omnium rerum summae ab-

ἔχει γὰρ ὧδε. θεῶν οὐδεὶς φιλοσοφεῖ οὐδ' ἐπιθυμεῖ 204
σοφὸς γενέσθαι. ἔστι γάρ. οὐδ' εἴ τις ἄλλος σοφὸς,
οὐ φιλοσοφεῖ. οὐδ' αὖ οἱ ἀμαθεῖς φιλοσοφοῦσιν
οὐδ' ἐπιθυμοῦσι σοφοὶ γενέσθαι· αὐτὸ γὰρ τοῦτό ἐστι
[χαλεπὸν] „ἀμαθία," τὸ μὴ ὄντα καλὸν κἀγαθὸν μηδὲ

undantiae finem non habeat regni sui, sed aliis alia semper addat, rerumque facultates in infinitum augeat, fieri solere, ut Eros, ubi desiderio expleto perierit, novarum rerum desiderio tangatur atque reviviscat.

ἀεὶ ὑπεκρεῖ. Ὑπεκρεῖν verbi significatio haec est, ut exprimatur, abire aliquid atque evanescere ita, ut nescias prorsus, quomodo id fiat aut quo abeat. Apprime respondet Graeco verbo nostratium: es geht ihm unter den Händen verloren. Schleiermacherus verba convertit: Was er sich aber schafft, geht ihm immer wieder fort.

αὐτὸ γὰρ τοῦτό ἐστι [χαλεπὸν] ἀμαθία. Haec verba non recte se habere, iam pridem ab interpretibus annotatum est. Sydenhamius *ἀμαθίᾳ* scribendum coniecit vel *αὐτῷ τούτῳ;* illud in cod. Veneto reperitur agnosciturque a Ficino: *Hoc enim habet ignorantia pessimum, quando qui nec pulcher et bonus est neque sapiens, sufficienter haec habere se censet.* Astius corrigendum vidit: *αὐτὸ γὰρ τοῦτό ἐστι χαλεπὸν ἀμαθίᾳ, τὸν μὴ ὄντα καλὸν κἀγαθὸν μηδὲ φρόνιμον δοκεῖν αὐτὸ ἱκανόν.* Idem etiam ἔχει verbis Platonis inferciendum censuit vel scribendum *ἀμαθίας* pro *ἀμαθία.* Annotat Stallbaumius ad hunc locum: Haec ne cui in posterum sollicitanda videantur *αὐτὸ τοῦτο* absolute positum est, ut idem sit, quod *δι' αὐτὸ τοῦτο:* quae autem sequuntur: *τὸ μὴ ὄντα — ἱκανόν,* ea per appositionem, quam vocant grammatici, addita sunt. — Nec Sydenhamii neque Astii verborum modelae placent, neque satisfacit verborum explicatio Stallbaumiana. Concedo quidem, quod permultis locis probari potest, *αὐτὸ τοῦτο* ita dici, ut significet *δι' αὐτὸ τοῦτο,* nusquam autem ita positum reperias, ut non sequatur particula finalis. Deinde ne Graece quidem dici videtur: *αὐτὸ τοῦτό ἐστι χαλεπὸν ἀμαθία* pro *αὐτὸ τοῦτό ἐστι χαλεπὸν ἡ ἀμαθία.* Differt enim subiecti forma a praedicato suo ita, ut illud articulo insignitum sit, hoc articulo careat. Sententiam autem quod attinet, merito quaeras, cur de difficultate quadam molestiave rei maluerit Socrates, quam de ipsa re dicere? Si quid video, *χαλεπόν* inutile est otiosumque scioli alicuius additamentum, quo enuntiati facilitas admodum impeditur. Auget *νοθείας* suspicionem sedis mutatio, quandoquidem in duobus codicibus Bekkeri pro *χαλεπὸν ἀμαθία* legitur *ἀμαθία χαλεπόν* et *ἀμαθίᾳ χαλεπόν.* Igitur uncis inclusimus *χαλεπόν,* quod neque cum verborum structura satis conveniat, neque, dialecticum acumen

φρόνιμον δοκεῖν αὐτῷ εἶναι ἱκανόν. οὐκ οὖν ἐπιθυμεῖ ὃ μὴ οἰόμενος ἐνδεὴς εἶναι οὐ ἂν μὴ οἴηται ἐπιδεῖσθαι. Τίνες οὖν, ἔφην ἐγώ, ὦ Διοτίμα, οἱ φιλοσοφοῦντες, B εἰ μήτε οἱ σοφοὶ μήτε οἱ ἀμαθεῖς; Δῆλον δή, ἔφη, τοῦτό γε ἤδη καὶ παιδί, ὅτι οἱ μεταξὺ τούτων ἀμφοτέρων, ὧν αὖ καὶ ὁ Ἔρως. ἔστι γὰρ δὴ τῶν καλλίστων ἡ σοφία, Ἔρως δ' ἐστὶν ἔρως περὶ τὸ καλόν, ὥστε ἀναγκαῖον Ἔρωτα φιλόσοφον εἶναι, φιλόσοφον

si respicis, quo Socrates hic utitur, sententiarum consecutione probatur. Sensus est verborum: Denn das eben ist ja, was wir Amathia nennen (vide annotat. p. 232.) dass einer, der nicht schön und gut noch verständig ist, sich selbst genug zu sein vermeint.

δῆλον δή, ἔφη, τοῦτό γε ἤδη καὶ παιδί. Haec prorsus conveniunt cum nostratium: das kann ja schon ein Kind einsehen. Utitur autem hac formula Diotima, non tam, quod res ipsa intellectu facillima sit, sed quod, qui praecedentia recte ceperit, is adhibita analogia possit verum reperire. Hinc additum habes: ὧν αὖ καὶ ὁ Ἔρως. Saepius enim in praecedentibus praepositis rebus duabus vera neque altera fuit neque altera, sed tertia quaedam, media inter utramque, reperta est. Auget autem narratae rei verisimilitudinem Diotimae haec indignatio, quandoquidem et lectores Socraticam inertiam (quam cave non simulatam habeas) non possunt non mirari.

ὧν αὖ καὶ ὁ Ἔρως. Vulgo legitur ὧν ἂν καὶ ὁ Ἔρως; quod cum nullo pacto hic ferri posset, Bekkerus e duobus libris dedit αὖ, quod praeter Rückertum editores recentiores in ordinem verborum receperunt. Rückertus autem annotat ad h. l.: *Ne huic quidem*, inquit, *particulae satis commodus videtur locus esse. Qua re suspicatus sum, essetne forte neutrum verbum* (ἄν, αὖ) *a Platone scriptum, sed* ἄν *quocunque modo ortum ex* ὧν, *inde autem in* αὖ *mutatum. Quapropter voculam, ut dubiae fidei, uncis inclusimus.* Frustra. Saepissime αὖ particula ponitur in enuntiatis iis, quae minus accurate exposita ad praegressae alicuius enuntiationis formam effingenda erant. Nostro igitur loco quoniam praecedit ὅτι οἱ μεταξὺ τούτων ἀμφοτέρων, αὖ particula indicat, ὧν αὖ καὶ ὁ Ἔρως proprie sic proferendum fuisse: μεταξὺ ὧν καὶ ὁ Ἔρως ἐστίν.

φιλόσοφον δὲ ὄντα — ἀμαθοῦς. Sequitur hoc ex iis, quae supra disputata sunt. Nimirum qui cupit aliquid, is non potest, quod cupit, idem habere. Φιλόσοφος igitur, quoniam est appetens sapientiae, sapientiam non habet, neque vero ignorantiae addictus est; nam qui ignorat aliquid, is id ipsum, quod ignorat, non appetit.

δὲ ὄντα μεταξὺ εἶναι σοφοῦ καὶ ἀμαθοῦς. αἰτία δὲ αὐτῷ καὶ τούτων ἡ γένεσις· πατρὸς μὲν γὰρ σοφοῦ ἐστι καὶ εὐπόρου, μητρὸς δὲ οὐ σοφῆς καὶ ἀπόρου. ἡ μὲν οὖν φύσις τοῦ δαίμονος, ὦ φίλε Σώκρατες, αὕτη. ὃν δὲ σὺ ᾠήθης Ἔρωτα εἶναι, θαυμαστὸν οὐ- C δὲν ἔπαθες. ᾠήθης δὲ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ τεκμαιρομένῃ ἐξ ὧν σὺ λέγεις, τὸ ἐρώμενον Ἔρωτά εἶναι, οὐ τὸ ἐρῶν. διὰ ταῦτά σοι, οἶμαι, πάγκαλος ἐφαίνετο ὁ

αἰτία δὲ αὐτῷ καὶ τούτων ἡ γένεσις. Vide quae supra annotavimus ad verba p. 203. C. p. ed. 259.

ὃν δὲ σὺ ᾠήθης Ἔρωτα εἶναι, θαυμαστὸν κ. τ. λ. Frustra in horum verborum explicatione Rückerti industria versata est censentis, ὅν pro ὅτι τοιοῦτον poni non posse; id enim Plato si exprimere voluisset, non dubium esse, quin scriptum exstet *οἷον δὲ σὺ ᾠήθης.* Addit autem Rückertus: Mihi cogitationum seriem intuenti sic res se habere videtur, quod mirum esse negatur, non esse illud praecedentibus verbis contentum, sed verbis quidem non expressum, humanitatis caussa, ex iis autem, quae et dixit Agatho et statim addit Diotima, facillimum ad intelligendum sc. *ὅτι πάγκαλός σοι ἐφαίνετο,* cuius erroris caussa prior error est, quod amorem cum amato confudit. Certe sic omnia bene videntur cohaerere: Quem autem tu opinatus es Amorem esse, nihil tibi mirum accidit (quod pulcherrimum esse putabas.) Opinatus autem es — amatum Amorem esse, non amans. Ea de caussa videlicet pulcherrimus tibi Amor videbatur. (Id autem non est mirum), Nam cet. — Semper meminerint lectores, orationem hanc tanquam vere habitam coram convivis Agathonis hic proponi, ut interdum aliquid etiam pronuntiationi singulorum verborum tribuendum sit, qua assequuntur haud raro loquentes, quod verbis positis non indicatum est, "Ον igitur relativum ubi pronuntiando urgetur, uti Diotimam hoc fecisse consentaneum est, tantum abest, ut pronominis relativi potestatem solam obtineat, ut ei rei indicandae inserviat, de qua praecipue agitur. Quam autem tu opinabaris est igitur accentu orationis in pronomine relativo posito: Quod autem talem tantumque deum esse opinabaris. Vide de hac relativi pronominis significatione Matth. Gramm. ampl. §. 480. 3. p. 899. seqq.

διὰ ταῦτά σοι, οἶμαι, πάγκαλος ἐφαίνετο. cfr. p. 201. E. *σχεδὸν γάρ τι καὶ ἐγὼ πρὸς αὐτὴν ἕτερα τοιαῦτα ἔλεγον, οἷάπερ νῦν πρὸς ἐμὲ Ἀγάθων, ὡς εἴη ὁ Ἔρως μέγας θεός, εἴη δὲ τῶν καλῶν.*

τὸ τῷ ὄντι καλὸν καὶ ἁβρόν. Mirum est, Stallbau-

Ἔρως. καὶ γὰρ ἔστι τὸ ἐραστὸν τὸ τῷ ὄντι καλὸν καὶ ἁβρὸν καὶ τέλεον καὶ μακαριστόν· τὸ δέ γε ἐρῶν ἄλλην ἰδέαν τοιαύτην ἔχον, οἵαν ἐγὼ διῆλθον.

mius inquit, istud *ἁβρόν*, quod suspicor in *ἀγαθόν* esse mutandum. Neque enim de Amore nunc sermo est, sed indicat Diotima in universum, quid illud sit, quod ab hominibus soleat summo studio expeti et desiderari, videlicet ipsum pulcrum per se spectatum (*τὸ τῷ ὄντι καλόν*) et quod supra dixerat cum pulcro artissime coniunctum esse, ipsum per se bonum. Hinc addit deinceps *καὶ τέλεον καὶ μακαριστόν*. — Non dubium est, quin verissimum sit *ἁβρόν* verbum. Quamquam enim concedi potest, pulcro per se spectato melius convenire propter ante commemoratam cum bono coniunctionem *ἀγαθόν* nomen, quam *ἁβρόν* epitheton: tamen hoc maluit Plato pro illo exhibere, ut clarius indicetur verisimiliusque videatur, quod p. 201. E. legitur, Socratem idem fere de Erotis indole atque natura Diotimae dixisse, quod Agatho supra protulerit. Vidimus autem, poëtam mollitiei teneritatisque laudem (*ἁπαλότητα*) Amori attribuisse, ut verisimile sit, Diotimam *ἁβρόν* epitheton ita exhibuisse, ut consensisse olim cum Agathone indicaretur Socrates, simulque Agathonis illa sententia leviter carperetur. Addit autem Diotima, ne quis posito *ἁβρόν* nomine de veri pulcri natura dubitaret, commemorarique forte indicaret aliud quid, quam ipsam illam pulcri ideam, *τέλεον* et *μακαριστόν*.

ἄλλην ἰδέαν τοιαύτην ἔχον sc. *ἐστίν*. Cave *ἄλλος τοιοῦτος* confundas cum *ἕτερος τοιοῦτος*, de quo supra diximus annot. p. 245. Sensus est verborum: Contra id, quod amat, aliam naturam habet et indolem atque talem quidem, qualem ego descripsi.

εἶεν δή, ὦ ξένη· καλῶς γὰρ λέγεις. Diximus de *εἶεν* verbi potestate annotat. p. 36., ibique annotavimus, hac voce uti eos, qui facile aliis aliquid concedant, quo facilius possent illis pacatis, quid ipsi sentiant, aperire. Non praetermittendum est autem, *εἶεν* verbo adhibito ita semper concessionem fieri, ut nescias prorsus, utrum persuasum sit necne ei, qui aliquam rem concedit, de ipsius huius rei veritate. Hinc additum habes nostro loco *καλῶς γὰρ λέγεις*, quibus verbis indicatur aperte, Socratem Diotimae sententiam probare. Recte Ficinus verba convertit: Esto, ut ais, hospes, praeclare enim loqueris. Non igitur audiendus est Stallbaumius docens annotat. ad Plat. Phaed. p. 117. A. ed. p. 207., caussale enuntiatum, quod post *εἶεν* positum reperiatur, non tam ad *εἶεν* pertinere, quam ad insequentia verba, quibus praepositum sit. Specie non caret hoc

Cap. XXIV.

Καὶ ἐγὼ εἶπον, Εἶεν δή, ὦ ξένη· καλῶς γὰρ λέγεις. τοιοῦτος ὢν ὁ Ἔρως τίνα χρείαν ἔχει τοῖς

praeceptum, si ad verba respicis Plat. Phaed. p. 117. A., quorum rectiorem explicationem dedimus annot. p. 86. Restat, ut dicamus de verbis p. 213. E. *ἐπειδὴ δὲ κατεκλίνη, εἰπεῖν· Εἶεν δή, ἄνδρες, δοκεῖτε γάρ μοι νήφειν.* Rursus enim etiam in his verbis, ut supra p. 176. A., supplemento quodam opus est, quoniam non comparet, quorsum Alcibiadis assensionem referas, habeat autem necesse est, qui assentitur, dictum aliquod, cui assentiatur. Neque supplementum illud diu quaerendum fuit. Consentaneum est enim, convivarum aliquos, cum consedisset Alcibiades, hominem rogitasse: Num habes, qui hilariores esse possimus te praesente? Ad quae ille, *εἶεν δή*, inquit, *δοκεῖτε γάρ μοι νήφειν.* Possis etiam ita rem tibi informare, ut statuas, Alcibiadem, cum consedisset, vultu subtristi circumspexisse speciemque edidisse eius, qui magno alicuius rei desiderio teneatur. Quod cum animadvertissent convivae, Alcibiadem rogarunt: Num quid est, quod minus apud nos tibi placeat? Ad quae ille, id vero, inquit, sit revera, videmini enim mihi nimium vino abstinere.

τοιοῦτος ὢν ὁ Ἔρως. H. Stephanus post *τοιοῦτος* inferciendum censuit *δέ* particulam, quae res documento esse potest, eum prorsum eandem verborum interpunctionem habuisse, quam nos unice probamus. Rückertus quum *εἶεν δή* nihil nisi transitum denotare censeret, *εἶεν δή, τοιοῦτος ὢν* convertit: Age iam, hospita, quum talis sit. Nos neque H. Stephani commentum probamus, neque Rückerti conversionem verborum laudabilem censemus. Asyndeton autem quod attinet, notandus usus est Graece loquentium, quo post *εἶεν δή*, cui caussale enuntiatum additum est, *δέ* particulam aliamve copulam omiserunt. Neque ratione caret hic usus loquendi, quandoquidem satis constat, asyndeta gravitate quadam augeri. Et gravitati autem inprimis locus est ibi, ubi aliquis aliquid facile concedit, ut aut suam sententiam celerius proferre possit, ut p. 213. E., aut ad novam quaestionem studiosius abeat, ut hoc fit nostro loco, et Plat. Phaed. p. 117. A. *εἶεν, ἔφη, ὦ βέλτιστε, σὺ γὰρ τούτων ἐπιστήμων. τί χρὴ ποιεῖν.* Ceterum *ὤν* participium quod attinet, supra annotavimus ad p. 174. D. *ἆρ' οὖν ἄγων μέ τι ἀπολογήσει*, participiis ita interdum scriptores Graecos uti, ut obiectivam veritatem cum subiectivo loquentis iudicio coniunctam exprimant. Nostri igitur loci sententia est: Si talis est, et credo talem esse, qualem descripsisti, natura Erotis: quam utilitatem affert hominibus?

ἀνθρώποις; Τοῦτο δὴ μετὰ ταῦτ', ἔφη, ὦ Σώκρα-
D τες, πειράσομαί σε διδάξαι. ἔστι μὲν γὰρ δὴ τοιοῦ-
τος καὶ οὕτως γεγονὼς ὁ Ἔρως, ἔστι δὲ τῶν καλῶν,
ὡς σὺ φῄς. εἰ δέ τις ἡμᾶς ἔροιτο· Τί τῶν καλῶν
ἐστὶν ὁ Ἔρως, ὦ Σώκρατές τε καὶ Διοτίμα; ὧδε δὲ σα-
φέστερον ἐρῶ, Ὁ ἐρῶν τῶν καλῶν τί ἐρᾷ; — Καὶ

τίνα χρείαν ἔχει. cfr. p. 201. E. *δεῖ δή, ὦ Ἀγάθων, ὥσπερ σὺ διηγήσω, διελθεῖν αὐτὸν πρῶτον τίς ἐστιν ὁ Ἔρως καὶ ποιός τις, ἔπειτα τὰ ἔργα αὐτοῦ.* Quae sequuntur verba *τοῦτο δὴ μετὰ ταῦτα κ. τ. λ.* vernaculo sermone expressa audiant: das ist nun der zweite Punct, den ich dir auseinander zu setzen versuchen will.

ἔστι μὲν γὰρ δὴ τοιοῦτος κ. τ. λ. Socratica sciendi avidilas cum tanta esset, ut percepta priori disputationis parte nimio impetu ad alteram ferretur, id quod asyndeto expressum est: *τοιοῦτος ὢν ὁ Ἔρως τίνα χρείαν ἔχει τοῖς ἀνθρώποις,* Diotima, ut impetum illum paullisper retardet, ac ne inceptus ordo disputationis turbetur, verens, verba adhibet: *ἔστι μὲν γὰρ δὴ τοιοῦτος κ. τ. λ.*, quibus cum gravitate positis Socrates admonetur, ut et quietius cum Diotima agat, et partes disputationis memoria teneat studiose. Tecte autem ipsis his verbis carpitur Agatho, qui cum in ipso orationis exordio recte indicasset, quo ordine Erotis laudatio procedere debeat, ordinem disputationis male turbavit.

καὶ οὕτως γεγονώς. Dindorfius, Stallbaumius *οὕτως*, quam Florentinorum librorum lectionem esse accipimus. Sed caussam hic, cur *οὕτως* scribatur medio in commate et sensu, non videmus. Rückert. Iam supra annotatum est a nobis, non omnino nobis probari praeceptum eorum, qui omnibus in locis *οὕτω* ante consonam scribi iubeant, neque *οὕτως* probent, nisi id verbo cum vocali incipiente praepositum sit. Satis docemur haud infrequenti consensu codicum meliorum, *οὕτως* etiam subsequente consona Graecis in usu fuisse ibi, ubi aut ipsum *οὕτως* aut enuntiati particula, in qua *οὕτως* collocatum sit, cum vi quadam proferatur. Hoc in nostrum locum cadere nequit negari, igitur recte *οὕτως* servasse nobis videmur. cfr. praeterea Stallbaumius ad Plat. Gorg. p. 516. C., p. 522. C. ad Protag. p. 351. B.

εἰ δέ τις ἡμᾶς ἔροιτο. Omissae apodoseos exemplum habuimus p. 199. E. *εἰ γὰρ ἐροίμην, Τί δέ; ἀδελφὸς αὐτὸ τοῦτο ὅπερ ἔστιν, ἔστι τινὸς ἀδελφὸς ἢ οὔ; — Φάναι εἶναι*, ad quae verba vide annotat. p. 234. Nobis pari modo praesertim in familiari sermone loqui licet: Wenn uns aber iemand früge: In wiefern eigentlich ist denn, o Socrates und Diotima, Eros die Liebe zum Schönen? ich will es aber deutlicher so ausdrücken: Einer, der

ἐγὼ εἶπον, ὅτι Γενέσθαι αὐτῷ. Ἀλλ' ἔτι ποθεῖ, ἔφη, ἡ ἀπόκρισις ἐρώτησιν τοιάνδε· Τί ἔσται ἐκείνῳ, ᾧ ἂν γένηται τὰ καλά; Οὐ πάνυ ἔφην ἔτι ἔχειν ἐγὼ πρὸς ταύτην τὴν ἐρώτησιν προχείρως ἀποκρίνασθαι. Ἀλλ', ἔφη, ὥσπερ ἂν εἴ τις μεταβαλὼν, ἀντὶ τοῦ καλοῦ τῷ ἀγαθῷ χρώμενος, πυνθάνοιτο· Φέρε, ὦ Σώ- E

das Schöne liebt, was liebt denn der eigentlich?

ὅτι Γενέσθαι αὐτῷ. Mecum fatebuntur lectores, se haud facile responsuros fuisse, si Diotimae illa quaestio sibi proposita esset, quod Socrates respondit, mirarique licet, Socratem, cum alias fatuitatem quandam simularet, ut et infantem ea videre posse Diotima censeret, quae ille non videre se simulabat p. 204. B., tam feliciter ac subito respondisse. Sed quaestio Diotimae revera facillima est ad expediendum, si ἐρᾶν verbi potestatem accurate perpendas, et si accentum orationis non in τί ponas, sed in ἐρᾷ verbo. Diximus p. 69. de ἐρᾶν et φιλεῖν verborum discrimine, illud viris hoc feminis atque amasiis attribuimus. Atque ut illic annotavimus, φιλεῖν eorum tantummodo esse, qui capi se ac teneri patiantur, ita h. l. addendum est, ἐρᾶν non nisi eos dici, qui capere atque tenere concupiscant. Haud multum igitur differt ἐρᾶν ab ἐπιθυμεῖν; tantum modo ab eo discrepat, quod, qui ἐρᾶν dicitur, h. e. studio capiundae alicuius rei teneri, is virili robore gaudere cogitatur atque viribus, quarum auxilio possit, quod amet, eo potiri. cfr. p. 200. E. καὶ οὗτος ἄρα καὶ ἄλλος πᾶς ὁ ἐπιθυμῶν τοῦ μὴ ἑτοίμου ἐπιθυμεῖ καὶ τοῦ μὴ παρόντος καὶ ὃ μὴ ἔχει καὶ ὃ μὴ ἔστιν αὐτὸς καὶ οὗ ἐνδεής ἐστιν, τοιαῦτ' ἄττα ἐστὶν, ὧν ἡ ἐπιθυμία τε καὶ ὁ Ἔρως ἐστίν.

ἀλλ' ἔτι ποθεῖ, ἔφη. Bodl., Vat., Vindob, Angel. habent ἀλλ' ἐπιποθεῖ, ceteri ἀλλ' ἔτι ποθεῖ. Hoc praestantius illo est. Suspicor tamen, quod et Rückerto in mentem venit, utramque lectionem coniungendam esse Platonemque scripsisse: ἀλλ' ἔτι ἐπιποθεῖ, praesertim cum legator in Plat. Protag. p. 329. D. τοῦτ' ἐστὶν, ὃ ἔτι ἐπιποθῶ, h. e., das ist es, was ich noch hinzuwünsche. Paullo infra p. 205. A. καὶ οὐκέτι προσδεῖ ἐρέσθαι κ. τ. λ. Ceterum ποθεῖν s. ἐπιποθεῖν de rebus inanimatis dicitur, ut ἐθέλειν, βούλεσθαι, φιλεῖν, ut vis quaedam describatur rebus illis inhabitans, quae cum instinctu animalium comparatur. Diximus de hoc usu verborum annotat. p. 144.

ὥσπερ ἂν εἴ τις μεταβαλών. Recte Ficinus participium convertit: mutatis vocabulis. Nimirum cum p. 201. C. concessum esset ab Agathone, pulcrum idem esse atque bonum, in pulcri locum substitui iubet Diotima bonum, ut Socrates, cum viderit, quid futurum sit ei, qui bono potitus sit, deinceps dicat,

κρατες, ὁ ἐρῶν τῶν ἀγαθῶν τί ἐρᾷ; — Γενέσθαι, ἦν δ' ἐγὼ, αὐτῷ. — Καὶ τί ἔσται ἐκείνῳ, ᾧ ἂν γένηται τἀγαθά; — Τοῦτ' εὐπορώτερον, ἦν δ' ἐγὼ, ἔχω ἀποκρίνασθαι, ὅτι Εὐδαίμων ἔσται. Κτήσει γὰρ, ἔφη, ἀγαθῶν οἱ εὐδαίμονες εὐδαίμονες. Καὶ οὐκέτι προσδεῖ ἐρέσθαι· Ἵνα τί δὲ βούλεται εὐδαίμων εἶναι ὁ βουλόμενος; ἀλλὰ τέλος δοκεῖ ἔχειν ἡ ἀπόκρισις. — Ἀληθῆ λέγεις, εἶπον ἐγώ. — Ταύτην δὴ τὴν βούλησιν καὶ τὸν

quid si eventurum sit, qui pulcri facultate gaudeat. Ceterum cur hoc loco aoristi participium probemus, p. 174. B. non nisi praesentis participium admiserimus, ratio in propatulo est. Illic enim de actione, quae futura sit, agitur; hoc loco conditionale enuntiatum habes, in quo exemplum continetur, quod non tanquam fiat, proponitur, sed quasi factum revera Socratis animo inducitur.

Φέρε, ὦ Σώκρατες, ὁ ἐρῶν τῶν ἀγαθῶν. Haec est unius Bekkeriani codicis lectio, quam et Bekkerus et Stallbaumius in textum receperunt; undecim codices apud eundem habent σώκρατες ἐρᾷ ὁ ἐρῶν, in uno σώκρατες ἐρᾷ ἐρῶν comparet. Vulgo σώκρατες ἐρᾷ ὁ ἐρῶν legitur, quod Rückertus in textum recepit convertens: Perinde ac si quis mutatis vocabulis roget, sic, age Socrates, dicam, qui amat cet. Ἐρῶ autem ea de causa non spernendum censet, quod in familiari sermone saepius dicendi verbum praeter necessitatem mediis verbis inseratur. Sed illud praeter necessitatem minime nobis placet; vide annotat. p. 249. neque ἐρῶ ad dicendi genus revocari potest, quale est p. 202. C. καὶ ἐγὼ εἶπον, πῶς τοῦτο, ἔφην, λέγεις; quae sententia Ruckerti est. Nam ut ne commemorem quidem, quod ἐρεῖν nusquam inseritur hoc modo, sed φάναι verbo scriptores semper utuntur, etiam prima persona ἐρῶ verbi, quae in tertiam mutanda erat, Rückerti sententiae officit. Postremo ridiculum foret, inserto dicendi verbo ipsa alicuius verba indicare eo loco, ubi praecedentibus ὥσπερ ἂν εἰ verbis satis demonstratur, certi alicuius hominis verba non afferri. Restat, ut dicamus, qui factum sit, ut in tam multos codices ἐρῶ verbum irrepserit. Scribarum aliquis cum intelligeret, bono in pulcri locum substituto eandem quaestionum seriem nunc repeti, quam in praecedentibus Diotima Socrati proposuisset, atque verba ὁ ἐρῶν τῶν ἀγαθῶν τί ἐρᾷ apprime respondere praecedentibus ὁ ἐρῶν τῶν καλῶν τί ἐρᾷ, factum est, cum alteram quaestionem cum altera compararet, atque illic ἐρῶ praepositum reperiret, ut id verbum vel negligentia vel imperita quadam sedulitate in nostrum locum transferret.

κτήσει γὰρ οἱ εὐδαί-

ἔρωτα τοῦτον πότερα κοινὸν οἴει εἶναι πάντων ἀνθρώπων, καὶ πάντας τἀγαθὰ βούλεσθαι αὑτοῖς εἶναι ἀεί, ἢ πῶς λέγεις; — Οὕτως, ἦν δ' ἐγώ· κοινὸν εἶναι πάντων. — Τί δὴ οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὐ πάντας ἐρᾶν φαμὲν, εἴπερ γε πάντες τῶν αὐτῶν ἐρῶσι καὶ B ἀεὶ, ἀλλά τινάς φαμεν ἐρᾶν, τοὺς δ' οὔ; — Θαυμάζω, ἦν δ' ἐγὼ, καὶ αὐτός. Ἀλλὰ μὴ θαύμαζ', ἔφη· ἀφελόντες γὰρ ἄρα τοῦ ἔρωτός τι εἶδος ὀνομάζομεν τὸ

μονες. Haec verba ita conformata sunt, ut ἔφη non addito ea facillime putare possis non Diotimae sed Socrati adnumeranda esse. Neque opus est, ut affirmandi vocabulum supplendum censeas, ad quod γάρ rereferatur. Diotimae verba arctius cum praecedentibus coniungenda sunt, ut perinde esse indicetur, quis dicat, Socratesne an Diotima, modo veritas dicendo eruatur. Huiusmodi dicendi generis permulta exempla reperiuntur, cfr. p. 200. B. ἆρ' οὖν βούλοιτ' ἄν τις μέγας ὢν μέγας εἶναι, ἢ ἰσχυρὸς ὢν ἰσχυρός; — Ἀδύνατον ἐκ τῶν ὡμολογημένων. — Οὐ γάρ που ἐνδεὴς ἂν εἴη τούτων ὅ γε ὤν. Plat. Gorg. p. 492. E. Σ. οὐκ ἄρα ὀρθῶς λέγονται οἱ μηδενὸς δεόμενοι εὐδαίμονες εἶναι. Κ. οἱ λίθοι γὰρ ἂν οὕτω γε καὶ οἱ νεκροὶ εὐδαιμονέστατοι εἶεν.

ἵνα τί δὲ βούλεται. Dicitur ἵνα τί Hermanno annotante ad Viger. p. 849. per ellipsin. Plene, inquit, in constructione praesentis temporis ἵνα τί γένηται, in constructione praeteriti ἵνα τί γένοιτο. — Schleiermacherus verba convertit: Und hier bedarf es nun keiner weitern Frage mehr, weshalb doch der glückselig sein will, der es will. Haud facile vernaculam dictionem reperias, quae ἵνα τί verbis respondeat. Ceterum ut recte huius loci sententiam percipias, βούλεσθαι et hic, et paullo infra βούλησις nomen ad significandam eam vim, quae hominibus innata est atque cum natura eorum coniuncta, adhibetur: der Trieb. Vide quae de βούλεσθαι verbi potestate, atque quomodo id differat ab ἐθέλειν, diximus p. 44. Igitur τὸ βούλεσθαι εὐδαίμων εἶναι caussam primariam describit studii beatitudinis, ultra quam caussam progredi nemo possit.

τί δὴ οὖν. Sententia haec est: Si omnes homines eiusdem rei, h. e. beatitudinis sempiternae amatores sunt, mirum videri potest, cur alios amare dicamus, alios non dicamus. Sed explicatur hoc eo, quod a notione τοῦ ἐρᾶν seiungimus partem aliquam, qua pariendi et generandi studium exprimitur, idque τοῦ ἐρᾶν atque τοῦ Ἔρωτος verbis insignimus, aliis nominibus ad ceteras τοῦ ἐρᾶν partes describendas utimur.

τινὰς φαμεν — τοὺς δ' οὔ. Scriptum exspectaveris τοὺς μέν — τοὺς δ' οὔ. Positum

τοῦ ὅλου ἐπιτιθέντες ὄνομα ἔρωτα, τὰ δὲ ἄλλα ἄλλοις καταχρώμεθα ὀνόμασιν. — Ὥσπερ τί; ἦν δ' ἐγώ. — Ὥσπερ τόδε. οἶσθ' ὅτι ποίησίς ἐστί τι πολύ. ἡ γάρ τοι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ ὂν ἰόντι ὁτῳοῦν αἰτία πᾶσά ἐστι ποίησις, ὥστε καὶ αἱ ὑπὸ πάσαις ταῖς τέχναις C ἐργασίαι ποιήσεις εἰσὶ καὶ οἱ τούτων δημιουργοὶ πάντες ποιηταί. — Ἀληθῆ λέγεις. — Ἀλλ' ὅμως, ἦ δ' ἣ, οἶσθ'

autem habes pro τοὺς μέν, quibus verbis aequa conditio prioris atque posterioris membri indicatur, τινάς, ut lector moneatur, pauciores esse, qui amatores et amare nominentur, multo plures, qui et ipsi amatores sint, aliis nominibus insigniri.

ἀφελόντες γὰρ ἄρα. In permultis codicibus ἄρα omittitur, velut in Bodleiano, Vaticano uno, Vindob., aliis. Rectissime Rückertus ad h. l.: Aegerrime, inquit, caream ἄρα particula, qua id efficitur, ut sententia haec non pro certa et explorata ponatur sic simpliciter, sed colligi tantum ex aliis videatur hunc fere in sensum: si recte ego observavi.

ποίησίς ἐστί τι πολύ h. e. scis id, quod ποίησιν vocemus, latioris significationis esse notionem (ein weitschichtiger Begriff). Quicquid enim, cum nihil fuerit antea, post ita movetur, ut sit aliquid, huic causam ortus fuisse dicimus ποίησιν. Apte laudant interpretes ad h. l. Plat. Soph. p. 219. B. Πᾶν ὅπερ ἂν μὴ πρότερόν τις ὂν ὕστερον εἰς οὐσίαν ἄγῃ, τὸν μὲν ἄγοντα ποιεῖν, τὸ δὲ ἀγόμενον ποιεῖσθαί που φαμεν. Eodem modo, quae latissimi significatus verba sunt, adhibentur a nobis ita, ut certam quandam, eamque artioribus finibus circumseptam actionem exprimant. Sic dichten de arte poëtica, wirken de textoria, handeln de mercatura usurpari quem fugiat?

ποίησις γὰρ τοῦτο μόνον. Ad τοῦτο repetendum est e superioribus τὸ περὶ τὴν μουσικὴν καὶ τὰ μέτρα. In sequentibus ἔχοντες τοῦτο eodem supplemento opus est, quod ne minus convenire censeas cum ἔχοντες participio — poëtae enim non habent id, quod dicitur τὸ περὶ τὴν μουσικὴν κ. τ. λ., sed eius periti sunt ita, ut in carminibus pangendis eo utantur, — tenendum est: ἔχειν verbum haud raro idem significare atque cognitum habere, ea de caussa, quod qui aliquid animo percepit atque ita mente tenet, ut eo recte uti possit, idem id etiam habere dici possit commodissime.

οὕτω τοίνυν καὶ περὶ τὸν ἔρωτα. Haec brevius sunt dicta, non item obscurius. Diotimae mens haec est: Quod de poësi modo dictum est, idem in amorem cadit. Poësis proprie de omnium rerum caussa efficiente dicitur, sed usu loquendi factum est, ut poëseos nomen

ὅτι οὐ καλοῦνται ποιηταὶ, ἀλλὰ ἄλλα ἔχουσιν ὀνόματα· ἀπὸ δὲ πάσης τῆς ποιήσεως ἓν μόριον ἀφορισθὲν τὸ περὶ τὴν μουσικὴν καὶ τὰ μέτρα τῷ τοῦ ὅλου ὀνόματι προσαγορεύεται. ποίησις γὰρ τοῦτο μόνον καλεῖται, καὶ οἱ ἔχοντες τοῦτο τὸ μόριον τῆς ποιήσεως ποιηταί. — Ἀληθῆ λέγεις, ἔφην. — Οὕτω τοίνυν καὶ περὶ τὸν ἔρωτα· τὸ μὲν κεφάλαιον ἐστι πᾶσα ἡ τῶν ἀγα- D

non nisi ad eam poëseos particulam describendam adhibeatur, quae in re musica et metrica versetur. Iam ad verba accedamus τὸ μὲν κεφάλαιον — ἔρως παντί, quae ad hunc usque diem interpretum studia misere eluserunt. Stallbaumius expungenda censuit verba ὁ μέγιστός τε καὶ δολερὸς ἔρως παντί. Rückertus contra se ita semper sensisse annotat, quoties vel secum hunc locum tractaverit, vel cum aliis, miro eum ornatu spoliatum iri, si vel una hic litterula sublata aut mutata foret. Recte igitur Lucianus ait epigr. V. v. 3. Anthol. Iacobsii T. III, p. 22.

οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι διακριδόν ἐστι νόημα,
ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάζεις, τοῦτ' ἑτέροισι γέλως.

Ratio verba tractandi, quae Stallbaumio placet, ut audacior, ita minus commendabilis est. Rückertus autem totius loci sententiam plane non perspexisse videtur: Ut particulam tantummodo eorum hic repetam, quae in eius annotat. ad h. l. p. ed. 169. leguntur: *Quod vos de vestro soletis Amore praedicare, maximum deum esse et callidissimum, qui neminem non decipiat, id multo valet magis de beatae vitae cupiditate, qua omnes omnino homines velint nolint plane irretiti sunt ducunturque naturali quadam necessitate non aliter, ac si magicis artibus sint deliniti. Quo sensu ipse supra* p. 203. *D.* δεινὸς γόης καὶ φαρμακεὺς καὶ σοφιστής *audit.* — Diotimae voluntas haec est: Loquendi usum ut in poësi, ita in amore nomine insigniendo versatum esse, atque amorem et amare et nomen amatorum iis tantummodo tribuisse, qui amoris particulam unam sequantur. Summam autem amoris omnem bonorum cupidinem esse, atque beatitudinis quidem cupidinem esse maximum (καὶ δολερὸν) amorem (παντί). Vides igitur, τὸ μὲν κεφάλαιον et τοῦ εὐδαιμονεῖν sc. τὴν ἐπιθυμίαν subiecta enuntiati esse. Τὸ κεφάλαιον autem primariam alicuius rei notionem describit ut in Plat. Gorg. p. 453. A. λέγεις, ὅτι πειθοῦς δημιουργός ἐστιν ἡ ῥητορική, καὶ ἡ πραγματεία αὐτῆς ἅπασα καὶ τὸ κεφάλαιον εἰς τοῦτο τελευτᾷ h. e. Stallbaumio interprete: dicis rhetoricam esse persuadendi opificem omnemque eius operam atque summam ad hos tanquam ad finem suum referri, ut aliis persuadere possimus, quod volumus. Iam nostra verba convertenda sunt: Der Grundbegriff

θῶν ἐπιθυμία καὶ τοῦ εὐδαιμονεῖν, ὁ μέγιστός τε καὶ δολερὸς ἔρως παντί· ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλῃ τρεπόμενοι πολλαχῇ ἐπ' αὐτὸν, ἢ κατὰ χρηματισμὸν ἢ κατὰ φιλογυμναστίαν ἢ κατὰ φιλοσοφίαν, οὔτ' ἐρᾶν καλοῦνται οὔτ' ἐρασταὶ, οἱ δὲ κατὰ ἕν τι εἶδος ἰόντες τε καὶ ἐσπουδακότες τὸ τοῦ ὅλου ὄνομα ἴσχουσιν, ἔρωτά τε καὶ ἐρᾶν καὶ ἐρασταί. — Κινδυνεύεις ἀληθῆ λέγειν, ἔφην ἐγώ. — Καὶ λέγεται μέν γέ τις, ἔφη, λόγος, ὡς

der Liebe ist iedes Streben nach dem Guten, und das Streben nach dem höchsten Gute, d. i. nach Glückseligkeit, ist die grösste Liebe. Restat, ut dicamus de verbis *καὶ δολερὸς — παντί*, quae non dubium est, quin corrupta sint. Antiquitus scriptum fuisse suspicor: *ΚΑΙΚΟΙ-ΝΟΣΕΡΩΣΠΑΝΤΙ*, in qua scriptura tripliciter peccatum est a librariis. *ΚΟΙ* enim, quod haud fere multum discrepat a *ΚΑΙ*, omissum videtur ab eo esse, qui *καί* dupliciter positum putaret. Hinc enata est, cum forte, ut fit (vide annot. p. 170.) *ΕΡΩΣ* duplicaretur, haec scripturae forma: *ΚΑΙΝΟΣΕΡΩΣΕΡΩΣΠΑΝ-ΤΙ*, ex qua factum est, una lineola in littera *Ν* deleta, ut non nisi *Λ* figura remaneret: *καὶ δοσερὼς ἔρως παντί*. Ex hoc autem scribam aliquem, qui callidum Erotem sciret, fecisse verisimile est *καὶ δολερὸς ἔρως παντί*. Ut autem coniecturam nostram *καὶ κοινὸς Ἔρως παντί* ipsi probemus, praecedentibus verbis efficitur p. 205. A. *ταύτην δὲ τὴν βούλησιν καὶ τὸν ἔρωτα τοῦτον πότερα κοινὸν οἴει εἶναι πάντων ἀνθρώπων καὶ πάντας τἀγαθὰ βούλεσθαι αὐτοῖς εἶναι ἀεὶ, ἢ πῶς λέγεις; Οὕτως, ἦν δ' ἐγώ* et quae sequuntur, quibus verbis accurate examinatis doceberis, nostro loco *κοινός* nomen vix abesse posse. In Schleiermacheri conversione legitur: So auch was die Liebe betrifft, ist im allgemeinen iedes Begehren des Guten und der Glückseligkeit die grösste und heftigste (?) Liebe für ieden. In Schulthesii conversione edita ab Orellio p. 128. exstat: Im Allgemeinen nämlich ist iegliches Verlangen nach dem Guten und nach Glückseligkeit für ieden die grösste, ihn bestrickende Liebe. Ficinus verba convertit: Nam summatim quidem omnis bonorum felicitatisque appetitio, maximus et insidiator amor est cuique.

ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλῃ κ. τ. λ. Ἀλλά particula adhibita, a rei commemoratione, qualis revera est, ad loquendi usum transitur, quo non res integra suo nomine vocatur, sed rei alicui parti integrae rei nomen attribuitur. cfr. p. 204. A. fin. *τί δὴ οὖν, ὦ Σώκρατες, οὐ πάντας ἐρᾶν φαμὲν, εἴπερ γε πάντες τῶν αὐτῶν ἐρῶσι καὶ ἀεὶ, ἀλλά τινάς φαμεν ἐρᾶν, τοὺς δ' οὔ;* — *Τρεπόμενοι* de indole atque naturali quodam instinctu dici-

οἳ ἂν τὸ ἥμισυ ἑαυτῶν ζητῶσιν, οὗτοι ἐρῶσιν· ὁ δ' B
ἐμὸς λόγος οὔτε ἡμίσεός φησιν εἶναι τὸν ἔρωτα οὔτε
ὅλου, ἐὰν μὴ τυγχάνῃ γέ που, ὦ ἑταῖρε, ἀγαθὸν ὄν·
ἐπεὶ αὐτῶν γε καὶ πόδας καὶ χεῖρας ἐθέλουσιν ἀπο-
τέμνεσθαι οἱ ἄνθρωποι, ἐὰν αὐτοῖς δοκῇ τὰ ἑαυτῶν
πονηρὰ εἶναι. οὐ γὰρ τὸ ἑαυτῶν, οἶμαι, ἕκαστοι ἀσπά-
ζονται, εἰ μὴ εἴ τις τὸ μὲν ἀγαθὸν οἰκεῖον καλεῖ
καὶ ἑαυτοῦ, τὸ δὲ κακὸν ἀλλότριον. ὡς οὐδέν γε ἄλλο

tur, ut p. 191. E. ὅσαι δὲ τῶν γυναικῶν γυναικὸς τιμῆμά εἰσιν, οὐ πάνυ αὗται τοῖς ἀνδράσι τὸν νοῦν προσέχουσιν, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς τὰς γυναῖκας τετραμμέναι εἰσίν. — Pro οἱ μὲν ἄλλῃ vulgo legitur non male οἱ μὲν ἄλλοι, quae scriptura quoniam codicum optimorum auctoritate improbatur, e verborum ordine expellenda est. Minus nos movet Rückerti argumentum dicentis, οἱ μέν et οἱ δέ sibi opposita esse. Quem enim fugiat, praesertim cum aequalitate quadam careant, oppositionis membra interdum verborum numero et conditione non apprime sibi respondere.

καὶ λέγεταί μέν γε. Μέν γε particularum cognoveris vim et potestatem, quando καὶ λέγεται μέν et καὶ λέγεταί γε seorsim utrumque posueris. Altera particula efficitur, ut Diotimae sententia hominum quorundam opinioni opponatur, quam Aristophanes protulit, altera vis oppositionis augetur atque extollitur.

οὗτοι ἐρῶσιν. Saepius iam diximus de transitivorum verborum usu absoluto, cuius ea natura est, ut casu adiuncto nullo non actio quaedam, sed notio prematur verbi. Positum igitur hoc loco habes οὗτοι ἐρῶσιν pro οὗτοι ἐρῶντές εἰσιν. Ceterum Wolfius annotat ad h. l.: Was Aristophanes über die Trennung der Menschen sagte, wendet Socrates hier zu einer ernsteren Absicht an. Alles, was jener vorgebracht hatte, beruhte auf einem falschen Gebrauch eines Ausdrucks, der damals beinahe sprüchwörtlich gewesen zu sein scheint, dass Liebhaber ihre anderen Hälften aufsuchen.

ἐπεὶ αὐτῶν γε καὶ πόδας καὶ χεῖρας κ. τ. λ. De ἐπεί potestate vocabuli supra dictum est annotat. p. 151. Ceterum adhibito pedum manuumque exemplo, quas sibi abscindi iubeant, qui illas non bonas esse cognoverint, Aristophanicae orationis argumentum concidit. Fieri enim nequit, ut dissecti homines tanto ardore, quantum Aristophanes descripsit, alteram sui partem expetant, cum et ex altera, cuius ipsis potestas sit, excindi patiantur, quaecunque vel mala sint, h. e. morbosa et doloribus affecta, vel ad usum parum idonea.

εἰ μὴ εἴ τις. De εἰ particula post εἰ μή repetita Mat-

206 *ἐστὶν οὗ ἐρῶσιν ἄνθρωποι ἢ τοῦ ἀγαθοῦ. ἢ σοὶ δοκοῦσι; — Μὰ Δί' οὐκ ἔμοιγε, ἦν δ' ἐγώ. — Ἆρ' οὖν, ἦ δ' ἥ, οὕτως ἁπλοῦν ἐστι λέγειν, ὅτι οἱ ἄνθρωποι τοῦ ἀγαθοῦ ἐρῶσι; — Ναὶ, ἔφην. — Τί δέ; οὐ προσθετέον, ἔφη, ὅτι καὶ εἶναι τὸ ἀγαθὸν αὐτοῖς ἐρῶσι; — Προσθετέον. — Ἆρ' οὖν, ἔφη, καὶ οὐ μόνον εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ εἶναι; — Καὶ τοῦτο προσθετέον. — Ἔστιν*

thiaeus egit in Gramm. ampl. §. 617. d. p. 1249., ubi laudantur Thucydides I. 17. *ἐπράχθη ἀπ' αὐτῶν οὐδὲν ἔργον ἀξιόλογον, εἰ μὴ εἴ τι πρὸς περιοίκους τοὺς αὐτῶν ἑκάστοις.* Plat. de rep. IX. p. 581. D. *εἰ μὴ εἴ τις αὐτῶν ἀργύριον ποιεῖ.* Prorsus eodem modo Latinis in usu est nisi si. Differt autem *εἰ μή* ab *εἰ μὴ εἰ* ita, ut *εἰ μή* nihil denotet, nisi exceptionem, quae ad id refertur, quod sequentibus verbis expressum est; *εἰ μὴ εἰ* autem, exceptionem per se poni indicare videtur eique conditionem quandam subiungi, ut si aliquid fiat aut non fiat, exceptionem revera adesse docearis.

οὗ ἐρῶσιν ἄνθρωποι, ἢ τοῦ ἀγαθοῦ. Aliquot libri *οἱ ἄνθρωποι.* Sed non opus articulo, cuius omissio admodum usitata est in eiusmodi vocabulis, qualia sunt *ἀνήρ, ἀδελφός, γυνή, γῆ*, alia, quum de genere posita sunt. Stallb. De genitivo, qui in verbis continetur *ἢ τοῦ ἀγαθοῦ* Matthiaeus disseruit in Gramm. ampl. §. 631. 2. p. 1299., ibique *ἢ τοῦ ἀγαθοῦ* positum esse monet pro *ἢ τὰ ἀγαθόν.* — Nominativum incepta verborum structura exigit quidem, sed cave, *τοῦ ἀγαθοῦ* minus recte habere censeas aut loquendi usui parum accommodatum. Nam verba, quorum terminatio ad praecedentium verborum structuram conformanda sunt, loquendi usus iubet, ubi duplex structura in praecedentibus reperitur, ad eorum verborum structuram accommodari, quae vi quadam praecipue emineant. Cum gravitate autem h. l. dictum est *ἐρῶσιν*, quandoquidem non de actione verbum accipiendum est, sed de efficacia notionis, quae verbo finito expressa est. Vide de hac verborum transitivorum potestate annotat. p. 59. Positum igitur est *οὗ ἐρῶσιν ἄνθρωποι* pro *οὗ ἐρασταί εἰσιν ἄνθρωποι.* Ad genitivum autem relativi pronominis, cum deberet proprie ad verba *ὡς οὐδέν γε ἄλλο ἐστίν* referri, relatum censent interpretes *ἢ τοῦ ἀγαθοῦ.* Recte. Possis fortasse *ἤ* cum genitivo etiam ad id dicendi genus referre, quo ponitur haud raro praecedente aliquo comparativo *ἤ* cum genitivo, cfr. Matth. Gramm. ampl. §. 450. 2. p. 844.

ἢ σοὶ δοκοῦσιν sc. *ἄλλου τινὸς ἐρασταὶ εἶναι ἢ τούτου.* *ἢ* vulgo edebatur olim, quod primus fuit Astius, qui in *ἤ* mutandum censeret.

ἆρα ξυλλήβδην, ἔφη, ὁ ἔρως τοῦ τὸ ἀγαθὸν αὑτῷ εἶναι ἀεί. Ἀληθέστατα, ἔφην ἐγὼ, λέγεις.

Cap. XXV.

Ὅτε δὴ τούτου ὁ ἔρως ἐστὶν, ἦ δ' ἥ, τῶν τίνα τρόπον διωκόντων αὐτὸ καὶ ἐν τίνι πράξει ἡ σπουδὴ καὶ B

ἆρ' οὖν, ἦ δ' ἥ, οὕτως ἁπλοῦν. Vulgo legebatur ἤδη pro ἦ δ' ἥ, quod Bekkero debetur. Illud potest ferri quidem, sed hoc non dubium est, quin sit rectius atque verius. Οὕτως ἁπλοῦν est: non addita accuratiore definitione, tam simpliciter. Non perinde est autem, utrum praeponatur an postponatur οὕτως vocabulum verbo, ad quod pertinet. Ubi postpositum est eidem, οὕτως ad praecedentia verba respicit significatque: hac, qua diximus, ratione; contra suo verbo praepositum, quamquam illum significatum non amittit, tamen notionem aliquam adiungit, quam dubitativam interpretari possis. Eo nimirum animo est, qui verbis οὕτως ἁπλοῦν utitur, ut qui sibi rem non plane probari indicet. Hinc mireris simplicem Socratis assensum ναὶ, ἔφην, qui documento est, Socratem fatuitatem quandam simulare, de qua supra diximus annotat. p. 262.

καὶ οὐ μόνον εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ εἶναι. Vulgo ἀλλὰ ἀεὶ εἶναι legebatur omisso καί vocabulo, quod ab iis deletum est, qui putarent, καί iam in praecedentibus positum esse καὶ οὐ μόνον εἶναι. Prius istud καί autem non dubium est, quin ad totam enuntiationem pertineat, additumque sit, ut significetur, aliquid, quod in praecedentibus contineatur, hoc loco repetendum esse, ut expletior oratio audiat: ἆρ' οὖν, ἔφη οὐ καὶ προσθετέον „οὐ μόνον εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ εἶναι." Diximus supra annotat. p. 74. de οὐ μόνον — ἀλλὰ καί et οὐ μόνον ἀλλά. Rectissime autem Stallbaumius ad h. l. οὐ μόνον — ἀλλά, inquit, *omisso καί non nisi iis dicitur locis, quibus alterum orationis membrum tantam habet vim et gravitatem, ut quod in priore membro dictum erat, id corrigatur et quasi prorsus tollatur.*

ὅτε δὴ τούτου ὁ ἔρως ἐστίν. Additur vulgo ἀεί post ἐστίν, quam vocalem suspicor eidem deberi, qui p. 204. E. scripsit, Φέρε, ὦ Σώκρατες, ἐρῶ, τῶν ἀγαθῶν τί ἐρᾷ. Vide annotat. p. 268. Explicabilem tamen vocalem censuit atque in ordinem verborum recepit Rückertus, qui et vulgatum τοῦτο, quod Bastio praeeunte editores fere omnes in τούτου immutarunt, probavit annotans ad h. l. *Defendi librorum structura posse videtur. Quamquam enim quid vulgari in usu rebusque humanis amor vocetur, nondum est probatum, tamen quid esset,*

ἡ σύνταξις ἔρως ἂν καλοῖτο; τί τοῦτο τυγχάνει ὂν τὸ ἔργον; ἔχεις εἰπεῖν; Οὐ μέντ' ἄν σὲ, ἔφην ἐγὼ, ὦ Διοτίμα, ἐθαύμαζον ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ἐφοίτων παρὰ σὲ αὐτὰ ταῦτα μαθησόμενος. Ἀλλ' ἐγώ σοι, ἔφη, ἐρῶ. ἔστι γὰρ τοῦτο τόκος ἐν καλῷ καὶ κατὰ τὸ σῶμα καὶ κατὰ τὴν ψυχήν. Μαντείας, ἦν δ' ἐγὼ, δεῖται ὅ τί

affatim docuere, quae praecedunt. Si igitur statuamus huiusmodi hic fieri transitum: quandoquidem amor hoc est semper (bonorum sc. sempiternae possessionis appetitio), age iam quid vulgo amor appellatur? quis est, qui reprehendat? At hunc ipsum sensum verba fundunt, si τοῦτο legitur. Recte τοῦτο Rückertus retinuisse videtur, quamquam minus recte enuntiationis totiùs sententiam explicavit. Non enim commemorata erotis natura quaeritur, quid vulgo amor appelletur, sed a theoria, quam vocant, erotis ad praxin transitur ita, ut cui studio Erotis et cuius rei appetitui erotis nomen conveniat, Diotima sciscitetur. Ceterum perinde est, utrum διωκόντων αὐτό scripseris, an διωκόντων αὐτόν; adest enim in praecedentibus, quorsum utrumque referri possit. Vulgatum hoc est, illud codices optimi praebent, idque a nobis in verborum ordinem receptum est, quod sane διώκειν commodius cum re aliqua, quam quis persequitur, quam cum Erotis nomine consociatur.

τί τοῦτο τυγχάνει ὂν τὸ ἔργον; ἔχεις εἰπεῖν; Post ἔργον interposui signum interrogandi, quo maiorem haberet oratio vigorem et alacritatem. Qua in re secutus sum auctoritatem Heindorfii ad Plat. Charmid. p. 162. B. ubi haec leguntur: τί οὖν ἂν εἴη ποτὲ τὸ τὰ ἑαυτοῦ πράττειν; ἔχεις εἰπεῖν; Infra p. 207. B. τὰ δὲ ϑηρία τίς αἰτία οὕτως ἐρωτικῶς διατίϑεσθαι; ἔχεις λέγειν; Stallb.

οὐ μέντ' ἄν σὲ, ἔφην ἐγὼ, ὦ Διοτίμα, ἐθαύμαζον ἐπὶ σοφίᾳ. De altero conditionalis enuntiationis membro omisso vide quae supra annotavimus annotat. p. 242. Ceterum Graeci accuratiores quam nos ϑαυμάζειν τινὰ ἐπί τινι dixerunt pro ϑαυμάζειν τί τινος. Illius structurae exemplum est Plat. Menon. p. 70. B. ὦ Μένων, πρὸ τοῦ μὲν Θετταλοὶ εὐδόκιμοι ἦσαν ἐν τοῖς Ἕλλησι καὶ ἐϑαυμάζοντο ἐφ' ἱππικῇ τε καὶ πλούτῳ, νῦν δὲ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἐπὶ σοφίᾳ. — Φοιτᾶν verbum frequentativum est, atque ire et redire significat. cfr. Plat. Criton. p. 43. A. Ξυνήϑης ἤδη μοί ἐστιν, ὦ Σώκρατες, διὰ τὸ πολλάκις δεῦρο φοιτᾶν. Hinc solenne est de discipulis scholam frequentantibus. Iam expendas Socraticae modestiae acumen, quo ille etiam alias haud raro utebatur, ut sententias aliorum facilius eliceret. Diotima autem missis ceteris verbis, quae ad rem non pertinerent, quasi nihil aliud, quam οὐκ οἶδα ἔγωγε Socrates dixisset, ἀλλ' ἐγὼ ἐρῶ respondit.

ποτε λέγεις, καὶ οὐ μανθάνω. — Ἀλλ' ἐγώ, ἦ δ' ἦ, σαφέ- C
στερον ἐρῶ. κυοῦσι γὰρ, ἔφη, ὦ Σώκρατες, πάντες
ἄνθρωποι καὶ κατὰ τὸ σῶμα καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν, καὶ
ἐπειδὰν ἕν τινι ἡλικίᾳ γένωνται, τίκτειν ἐπιθυμεῖ ἡμῶν
ἡ φύσις. τίκτειν δὲ ἐν μὲν αἰσχρῷ οὐ δύναται, ἐν δὲ
τῷ καλῷ.

καὶ οὐ μανθάνω. Interdum Graeci, quae per causalem particulam proferenda erant, copula adhibita cum praecedentibus coniunxerunt. Sic hoc loco pro καὶ οὐ μανθάνω, quibus verbis causa continetur, cur dicat Socrates μαντείας δεῖται, ὅ τί ποτε λέγεις, ex nostra certe Latinorumque dicendi consuetudine scriptum exspectaveris: οὐ γὰρ μανθάνω. Exempla non rara sunt huius dicendi usus. Unum ut afferam, in quo vis illa καί vocabuli praecedentis verbi significatu tectiore paullisper obscurata est, legitur in Plat. Lachete p. 194. c. 22. Σ. ἤκουσας, ὦ Λάχης; Λ. Ἔγωγε· καὶ οὐ σφόδρα γε μανθάνω ὃ λέγει, quae verba rectissime explicata sunt a Ribbekkio, quem Engelhardtus laudat ad Lachet. p. ed. 60. *Annectitur*, ille inquit, οὐ μανθάνω *verbis* ἔγωγε ἀκήκοα *non ut oppositum, sed ut effectus. Minus id quidem sentitur, quia negativum enuntiatum sequitur, sed inest ei affirmativum:* Θαυμάζω (οὐ γὰρ μανθάνω ὅ τι λέγει) *Sic nos optime diceremus: Ja ich habe gehört und wundre mich, wie er so etwas sagen kann.* Displicet in hac verborum explicatione unum hoc, quod affirmativum verbum negativo enuntiato inesse dicitur. Illud Θαυμάζειν inest potius in Socratica interrogatione ἤκουσας, ὦ Λάχης; quae verba Socratem protulisse consentaneum est vultu summam Critiae admirationem exprimente: Eodemne, quo ego, o Laches, stupore atque hominis admiratione verba haec audisti? Cui ille, audivi, inquit, nam haud aeque, quid sibi velit, intelligo.

ἡμῶν ἡ φύσις. Cum praecedat πάντες ἄνθρωποι, scriptum exspectabas αὐτῶν ἡ φύσις. Nihil ad hunc locum annotatum reperio ab interpretibus, ut mirer, neminem in verbis ἡμῶν ἡ φύσις offendisse. Schleiermacherus verba convertit: Alle Menschen nämlich, o Socrates, sprach sie, sind fruchtbar sowol dem Leibe als der Seele nach, und wenn sie zu einem gewissen Alter gelangt sind, so strebt unsere Natur zu erzeugen. Mitigata est Platonicae dictionis durities Ficini conversione hac: *Omnium, o Socrates, hominum praegnans et gravidum corpus est, praegnans et anima; et cum primum ad certam aetatem pervenerimus* (γένωνται), *parere nostra natura cupit.* Illam duritiem, quae mitigata est, ut dixi, Ficini conversione, non item excusata, quomodo ego excusem, non habeo, nisi fortasse in sermone familiari, qualis hoc loco refertur, dicendi quandam licentiam at-

Ἡ γὰρ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνουσία τόκος ἐστὶν, ἔστι δὲ τοῦτο θεῖον τὸ πρᾶγμα, καὶ τοῦτο ἐν θνητῷ ὄντι τῷ ζώῳ ἀθάνατον ἔνεστιν, ἡ κύησις καὶ ἡ γέννησις. ταῦτα δ' ἐν τῷ ἀναρμόστῳ ἀδύνατον γενέσθαι. D *ἀνάρμοστον δ' ἐστὶ τὸ αἰσχρὸν παντὶ τῷ θείῳ, τὸ δὲ καλὸν ἁρμόττον. Μοῖρα οὖν καὶ Εἰλείθυια ἡ καλλονή*

que negligentiam concessam esse credideris.

ἡ γὰρ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνουσία τόκος ἐστίν. His verbis adeo offensi sunt Astius et Rückertus, ut delenda censuerint. Rückertum audi annotantem ad h. l.: *Verba haec qui legat, nec ceteram Platonis rationem perspectam habeat, non potest is aliter existimare, quam unicum Platoni eum amorem esse, qui utriusque sexus mutua consuetudine contineatur. Neque enim aut praeter cetera hunc quoque significat partum esse, — requireretur tum καὶ semel vel bis positum, — aut primum se hunc amorem tangere velle indicat, ac deinde de ceteris generibus, immo in sequentibus de universo amore agit ita, ut nihil in praecedentibus de singulari quodam eius genere dixisse videatur. Atque Plato tantum abest, ut solum illud commercium amorem putet esse, ut in hoc ipso congruat vel maxime eius ratio cum ceterorum Graecorum ratione, quod nec solum existimat, nec potissimum hunc amorem immo ad vilius hominum genus eum putat pertinere.* Haec verba licet habeant aliquam speciem veritatis, tamen non ita nobis persuasit V. D., ut cum eodem verba delenda censeamus. Neque probamus, quae Stallbaumio placuit, verborum explicationem hanc: Nam ut primum dicam de viri mulierisque coitu, is nihil aliud est nisi *τόκος*. In quo profecto cernitur divina quaedam vis, ut hominum genus propagetur atque nanciscatur immortalitatem. — Diotimae mentem verba declarant *κυόῦσι γὰρ πάντες ἄνθρωποι καὶ κατὰ τὸ σῶμα καὶ κατὰ τὴν ψυχήν*, quibus aperte indicatur, disputationem de partu in duas partes divisum iri, atque in altera parte de corporis, in altera de animi partu sermonem futurum esse. Ac de corporis quidem partu disserens aliud exemplum laudare non potuit, quam viri mulierisque coniunctionem, neque opus erat additis quibusdam voculis indicare, etiam alterum genus esse *τόκου*, quod haec indicatio satis manifesta facta est verbis *καὶ κατὰ τὴν ψυχήν*.

καὶ τοῦτο ἐν θνητῷ ὄντι τῷ ζώῳ ἀθάνατον ἔνεστιν h. e. *καὶ ὃ ἐν θνητῷ ὄντι τῷ ζώῳ ἀθάνατον ἔνεστιν, τοῦτό ἐστιν, ἡ κύησις καὶ ἡ γέννησις.* Sententiam quod attinet, cfr. Plat. de legg. IV. p. 721. C. *γαμεῖν δὲ — διανοηθέντα, ὡς ἔστιν, ᾗ τὸ ἀνθρώπινον γένος φύσει τινὶ μετείληφεν ἀθανασίας· οὗ καὶ πέφυκεν ἐπιθυμίαν ἴσχειν πᾶς πᾶσαν. τὸ γὰρ γενέσθαι κλει-*

ἐστι τῇ γενέσει. διὰ ταῦτα ὅταν μὲν καλῷ προσπελάζῃ τὸ κυοῦν, ἵλεών τε γίγνεται καὶ εὐφραινόμενον διαχεῖται καὶ τίκτει τε καὶ γεννᾷ· ὅταν δὲ αἰσχρῷ, σκυθρωπόν τε καὶ λυπούμενον συσπειρᾶται καὶ ἀποτρέπεται καὶ ἀνείλλεται καὶ οὐ γεννᾷ, ἀλλ' ἴσχον τὸ κύημα χαλεπῶς φέρει. ὅθεν δὴ τῷ κυοῦντί τε καὶ

νὸν, καὶ μὴ ἀνώνυμον κεῖσθαι τετελευτηκότα, τοῦ τοιούτου ἐστὶν ἐπιθυμία. γένος οὖν ἀνθρώπων ἐστί τι ξυμφυὲς τοῦ παντὸς χρόνου, ὃ διὰ τέλους αὐτῷ συνέπεται καὶ συνέφεται, τούτῳ τῷ τρόπῳ ἀθάνατον ὄν· τῷ παῖδας παίδων καταλιπόμενον, ταὐτὸν καὶ ἓν ὂν ἀεὶ γενέσει, τῆς ἀθανασίας μετειληφέναι. τούτου δὴ ἀποστερεῖν ἐκόντα ἑαυτὸν, οὐδέποτε ὅσιον. ἐκ προνοίας δ' ἀποστερεῖ ὃς ἂν παίδων καὶ γυναικὸς ἀμελῇ. Adde ibid. VI. p. 774. A. καὶ δὴ καὶ τὰ ἔμπροσθεν τούτων ῥηθέντα, ὡς χρὴ τῆς ἀειγεννοῦς φύσεως ἀντέχεσθαι, τῷ παῖδας παίδων καταλείποντι ἀεὶ τῷ θεῷ ὑπηρέτας ἀντ' αὐτοῦ παραδιδόναι.

Μοῖρα οὖν καὶ Εἰλείθυια ἡ καλλονή κ. τ. λ. Quia *ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνουσία* est divinum quiddam, divinum autem non nisi cum pulchro habet coniunctionem; propterea pulchritudo est quasi quaedam obstetrix et conservatrix (?) vitae. Stallb. Non mirum, *Μοῖραν* una cum Ilithyia hic commemorari. Nam ut apud Homerum sexcenties cum Morte coniuncta reperitur, ut numen significetur, quod finem vitae adduxerit, ita eadem h. l. propter initium vitae laudatur. Convenit verba Schleiermacherus: Eine einführende und geburtshelfende Göttin also ist die Behönheit der Erzeugung.

ἵλεών τε γίγνεται. Reperitur post τέ particulam vulgo δή additum, quod sane habet, quo se lectori commendet; verum quoniam in codicibus plurimis optimisque non comparet, ex ordine verborum expellendum fuit. — *διαχεῖται* verbum, quod paullo infra legitur, summam animi hilaritatem indicat, qua praecordia quodammodo explicantur atque diffunduntur. *διαχεῖσθαι* verbo nostratium ausgelassen sein apprime respondet. Contrario vernaculum Angst ab angusto Romanorum derivatum eam animi conditionem describit, qua praecordia contrahuntur atque nimio sanguinis confluxu premuntur. Hinc explicabis *συσπειρᾶται* verbum, quod paullo infra occurrit, et quod Schol. explicat: *συσπειραται· συστρέφεται.*

καὶ ἀνείλλεται. Summa exstat apud Grammaticos discrepantia in scribendis verbi *ἀνείλλεσθαι* formis. Nostram scripturam, quae et apud Bekkerum et Stallbaumium reperitur, Bodleianus exhibet, adde Vindobb. tres, Florentinos duos aliosque non paucos. Vide Ruhnkenium ad Tim. L. V. Plat. p.

Ε ἤδη σπαργῶντι πολλὴ ἡ πτοίησις γέγονε περὶ τὸ καλὸν διὰ τὸ μεγάλης ὠδῖνος ἀπολύειν τὸν ἔχοντα. ἔστι γὰρ, ὦ Σώκρατες, ἔφη, οὐ τοῦ καλοῦ ὁ ἔρως, ὡς σὺ οἴει. — Ἀλλὰ τί μήν; — Τῆς γεννήσεως καὶ τοῦ τόκου ἐν τῷ καλῷ. — Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ. — Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. — Τί δὴ οὖν τῆς γεννήσεως; — Ὅτι ἀειγενές ἐστι καὶ ἀθάνατον ὡς θνητῷ ἡ γέννησις. ἀθανασίας
207 δὲ ἀναγκαῖον ἐπιθυμεῖν μετὰ ἀγαθοῦ ἐκ τῶν ὡμολο-

69. In uno Bekkeri codice *ἀνέλλεται* legitur, quod Atticum esse censet Astius ad h. l. Apud Phrynichum exstat: *ἀνειλεῖν βιβλίον δι' ἑνὸς λ κάκιστον· ἀλλὰ διὰ τῶν δύο ἀνείλλειν*, ad quem locum vide annotat. Lobeckii p. 29.

ἀλλ' ἴσχον τὸ κύημα χαλεπῶς φέρει. Notabis hoc loco Graecae linguae idiotismum, quo verbum finitum est, quod participio expressum esse oportuit, participio expressum est, quod verbum finitum esse nostra dicendi consuetudo exigit, Proprie igitur verba scribenda erant: *ἀλλ' ἴσχει τὸ κύημα χαλεπῶς φέρον*. Vide Indices.

ὅθεν δὴ τῷ κυοῦντι τε καὶ ἤδη σπαργῶντι. Σπαργῶντι quid significet, schol. ad h. l. explicavit: *ὀρμῶντι, ὀργῶντι, ταραττομένῳ, ἢ ἀνθοῦντι. λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν μασθῶν πεπληρωμένων γάλακτος*. Timaeus habet: *σπαργῶσα· ταραττομένη ὑπὸ θλίψεως καὶ δεομένη ἐκκρίσεώς τινος*. Coniuncta participia habes *τῷ κυοῦντι τε καὶ ἤδη σπαργῶντι* ita, ut posterius prioris notionem contineat quidem, sed eandem impense augeat. Describit autem *σπαργᾶν* verbum ad philosophiam translatum eius hominis conditionem, qui ardenti cupiditate sciendi ductus haud procul a sciendo se abesse sentit, idque iam in eo est, ut consequatur. In sequentibus vulgo legitur *πολλὴ ἡ ποίησις*, quae scriptura nullo modo ferri potest. Felicissime Abreschius in Dilucid. Thucyd. p. 420. scribendum esse vidit *πολλὴ ἡ πτοίησις*. *Πτοίησις* animi commotionem exprimit, qua efficitur, ut aliquis impos sui reddatur. Haec nominis notio quam bene cum *σπαργᾶν* verbo conveniat, neminem non videre arbitror.

διὰ τὸ μεγάλης — τὸν ἔχοντα h. e. quod sciunt magnis doloribus se liberatum iri, si pulcro potiantur. Repetendum igitur est ad *ἔχοντα* participium *αὐτό*.

ὡς σὺ οἴει. cfr. p. 201. E. *σχεδὸν γάρ τι καὶ ἐγὼ πρὸς αὐτὴν ἕτερα τοιαῦτα ἔλεγον, — ὡς εἴη ὁ Ἔρως μέγας θεός, εἴη δὲ τῶν καλῶν*. Paullo ante ne mireris *ἔφη* additum esse in enuntiato, cui non praecedant alius personae, sed Diotimae verba, vide annotat. p. 249. Verba nostra convertenda sunt: Es ist nämlich, o So-

γημένων, εἴπερ τοῦ τἀγαθὸν ἑαυτῷ εἶναι ἀεὶ ὁ ἔρως ἐστίν. ἀναγκαῖον δὴ ἐκ τούτου τοῦ λόγου καὶ τῆς ἀθανασίας τὸν ἔρωτα εἶναι.

Cap. XXVI.

Ταῦτά τε οὖν πάντα ἐδίδασκέ με, ὁπότε περὶ τῶν ἐρωτικῶν λόγους ποιοῖτο, καί ποτε ἤρετο· Τί οἴει, ὦ

crates, waren Ihre Worte, die Liebe nicht das Streben nach dem Schönen. Quibus auditis Socrates sciendi motus aviditate, quo celerius, cuius rei Eros esset, edoceretur, verbo eo usus est, quod Diotimam proprie adhibere oportuit: ἀλλά. Stallbaumius post τί μήν supplendum esse censet ἄλλο, de cuius verbi haud infrequenti post τί omissione supra diximus annotat. p. 21. Nostro loco minus hanc ἄλλο verbi omissionem probaverim; accentus orationis non in τί, sed in μήν ponendus est; respondent autem Socratis haec verba apprime nostratium: sondern was denn?

Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ. Lineolam posuimus post ἐγώ, qua indicetur, Socratem nimis impatientem disputationis tardius procedentis, concessisse quae audisset, inconsiderantius, ut celerius cetera perciperet. Sed priusquam novam suam quaestionem institueret, Diotima gravitate rem rursum affirmavit quasi admonitione hac usa: Rem accuratius perpende, neque quod non satis perceperis, concedere noli. Diximus de μὲν οὖν voculis annotat. p. 250.

τί δὴ οὖν τῆς γεννήσεως; Haud dubium est, quin aliam quandam quaestionem in mente habuerit Socrates, cum εἶεν responderet. Admonitus autem a Diotima, ut consultius rem examinaret, τί δὴ οὖν τῆς γεννήσεως dixit. Nihil autem ad τῆς γεννήσεως genitivum supplendum est. Petitum enim τῆς γεννήσεως verbum e superioribus est ita, ut indicetur, hoc potissimum in Diotimae enuntiato praecedente accuratiore explicatione indigere. Ceterum δὴ οὖν et οὖν δή ita differre ait Stallbaumius annotat. ad Plat. Critonem p. ed. 128., ut differant vernacula also nun et nun also.

ὡς θνητῷ h. e. quantum eius fieri potest in eo, quod per se spectatum morti obnoxium est. Recte igitur Rückertus ad hunc locum, verbis ὡς θνητῷ limitationem quandam inesse censuit. cfr. Matth. Gramm. ampl. §. 388. a. p. 710., ubi Sophoclis laudatur Oed. C. v. 20. μακρὰν γὰρ, ὡς γέροντι, προὐστάλης ὁδόν. Plat. Soph. p. 226. C. ταχεῖαν, ὡς ἐμοὶ, σκέψιν ἐπιτάττεις.

εἴπερ τοῦ τἀγαθὸν ἑαυτῷ εἶναι ἀεὶ ὁ ἔρως ἐστίν. Sic Bekkerus et Stall-

Σώκρατες, αἴτιον εἶναι τούτου τοῦ ἔρωτος καὶ τῆς ἐπιθυμίας; ἢ οὐκ αἰσθάνει ὡς δεινῶς διατίθεται πάντα τὰ θηρία, ἐπειδὰν γεννᾶν ἐπιθυμήσῃ, καὶ τὰ πεζὰ καὶ τὰ
B *πτηνά, νοσοῦντά τε πάντα καὶ ἐρωτικῶς διατιθέμενα*

baumius locum emendarunt, qui vario modo depravatus reperitur. Vulgo legitur εἶπερ τοῦ ἀγαθοῦ. In Vindob, uno τἀγαθόν comparet, hinc emendationis illius praestantiam expendas. Sed etiam, Rückertus inquit, vulgata lectio, quam plurimi libri tuentur, proba est. Construe: εἴπερ τοῦ ἀγαθοῦ ἔρως ἐστίν, quibus ἐξηγητικῶς addita sunt verba ἑαυτῷ εἶναι ἀεί. In quibus supplendum est subiectum ὁ ἔρως, quod adest ἔρως, praedicatum est, nisi forte mavis cum Bekkero, Dindorfio, Astio, Stallbaumio inserere ante libris articulum, quo fiat, ut subiectum adsit, praedicatum supplendum relinquatur.

ὁπότε περὶ τῶν ἐρωτικῶν λόγους ποιοῖτο. Saepius igitur Diotima de rebus eroticis cum Socrate disputabat, id quod etiam colligere licet e verbis p. 206. B.ª οὐ μέντ' ἂν σὲ — ἐθαύμαζον ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ἐφοίτων παρὰ σὲ αὐτὰ ταῦτα μαθησόμενος. Ceterum ne forte scribendum censeas esse τοὺς λόγους ποιοῖτο, vide quae annotavimus p. 12. Fingit autem Socrates hoc loco, factum esse aliquando, ut, cum in eroticas res disputatio incidisset, Diotima et alia, et hoc quaesivisset: τί οἴει αἴτιον εἶναι τούτου τοῦ ἔρωτος καὶ τῆς ἐπιθυμίας;

ἢ οὐκ αἰσθάνει ὡς δεινῶς κ. τ. λ. Non statim patet, qui fiat, ut Diotima animalium mentionem faciat hoc loco. Commemorat ea ideo, opinor, ne fortasse λογισμόν caussam erotis Socrates dicat. Paullo infra habes: τοὺς μὲν γὰρ ἀνθρώπους οἶσιτ' ἄν τις ἐκ λογισμοῦ ταῦτα ποιεῖν· τὰ δὲ θηρία τίς αἰτία οὕτως ἐρωτικῶς διατίθεσθαι; quae verba huic quaestioni praemisisset Diotima haud dubie, si accuratius loqui voluisset. Sed et haec cogitationum series ferri potest in sermone familiari. — ὡς δεινῶς explicatur insequentibus νοσοῦντά τε πάντα καὶ ἐρωτικῶς διατιθέμενα. Etenim magno dolore afficiuntur, ut indicatum est supra p. 206. E., omnes, qui procreare gestiunt. Optime Schleiermacherus verba convertit: in welchem gewaltsamen Zustande sich die Thiere befinden. Ceterum νοσεῖν verbum rectissime annotante Stallbaumio ad Plat. Phaedr. p. 228. B. ἀπαντήσας δὲ τῷ νοσοῦντι περὶ λόγων ἀκοήν, ut Latinorum aegrotare de vehementioribus cupiditatibus poni solet, quae homines velut morbo quodam afficiunt.

καὶ ἕτοιμά ἐστιν ὑπὲρ τούτων. Cave post καί e superioribus ὡς particulam repetendam censeas, quae etsi possit suppleri, tamen, qui Graeci ingenii volubilitatem compertam habet, structuram verborum hoc

πρῶτον μὲν περὶ τὸ ξυμμιγῆναι ἀλλήλοις, ἔπειτα περὶ τὴν τροφὴν τοῦ γενομένου, καὶ ἕτοιμά ἐστιν ὑπὲρ τούτων καὶ διαμάχεσθαι τὰ ἀσθενέστατα τοῖς ἰσχυροτάτοις καὶ ὑπεραποθνήσκειν, καὶ αὐτὰ τῷ λιμῷ παρατεινόμενα [ὥστ']

loco mutatam non aegre feret. Neque sine caussa huiusmodi mutationes structurae a scriptoribus admittuntur. Negari enim nequit, suspensam orationem, quae longiuscula sit, languidi quid habere atque molesti, quod mutata structura felicissime removetur. Deinde inesse senties ipsis verbis, quae ab incepta structura recedant, gravitatem, quae nostro loco apprime convenit, ubi amoris vis atque potestas describitur. Exempla huiusmodi structurae mutationis ubivis obvia sunt. cfr. p. 208. C. ἐνθυμηθεὶς ὡς δεινῶς διακεῖνται ἔρωτι τοῦ ὀνομαστοὶ γενέσθαι καὶ κλέος εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἀθάνατον καταθέσθαι καὶ ὑπὲρ τούτου κινδύνους τε κινδυνεύειν ἕτοιμοί εἰσι κ. τ. λ. Nos eodem modo loqui possumus: Oder weisst du etwa nicht, in welchem gewaltsamen Zustande sich alle Thiere befinden, wenn sie zu erzeugen streben, sowohl die ungeflügelten als die geflügelten, und wie sie sämmtlich krank und von Sehnsucht geplagt sind zuerst in Beziehung auf die Begattung, dann wegen der Nahrung des Erzeugten, und sie sind bereit, für diese zu kämpfen, die Schwächeren mit den Stärkeren, und für sie zu sterben. Ceterum ne quem offendat pluralis numerus ὑπὲρ τούτων praecedente singulari τοῦ γενομένου, τὸ γενόμενον e genere est collectivorum, quae post se positum singularem numerum rarius admittunt.

καὶ αὐτὰ τῷ λιμῷ παρατεινόμενα [ὥστ'] ἐκεῖνα ἐκτρέφειν. Haec verba non dubium esse arbitror, quin labem contraxerint. Namque qui totius loci structuram accuratius examinaverit, eum non fugiet, opinor, verba καὶ αὐτὰ τῷ λιμῷ παρατεινόμενα κ. τ. λ. e praecedente καὶ ἕτοιμά ἐστιν pendere. Huius structurae non intelligentes grammatici, ut loco mederentur, quem depravatum censebant, ὥστ' textui intulerunt, quod vocabulum nostro quidem arbitratu inutilissimum est. Ficinus verba convertit; *et pro illis occumbere parata sunt, ac fame deficere, modo filios nutriant, et aliud quodlibet audacter aggrediuntur.* In Schleiermacheri conversione exstat: um nur jenes zu ernähren. Sed ὥστε particula nunquam ita adhibetur, ut consilii notionem exprimat, quin potius necessitatem consequentiae describit et alicuius rei conditionem eam, quae alia propter ante commemorata esse nequeat. Hinc vides, quam male habeat praecedente καὶ αὐτὰ τῷ λιμῷ παρατεινόμενα verba ὥστ' ἐκεῖνα ἐκτρέφειν. Ridiculum enim est: animalia fame ita extenuari, ut liberos nutriant atque educant. Ferri ὥστε posset hoc loco, si scriptum exsturet: ὥστ' ἐκεῖνα ἐκ-

ἐκεῖνα ἐκτρέφειν, καὶ ἄλλο πᾶν ποιοῦντα; τοὺς μὲν γὰρ ἀνθρώπους, ἔφη, οἴοιτ' ἄν τις ἐκ λογισμοῦ ταῦτα C ποιεῖν· τὰ δὲ θηρία τίς αἰτία οὕτως ἐρωτικῶς διατίθεσθαι; ἔχεις λέγειν; Καὶ ἐγὼ αὖ ἔλεγον, ὅτι οὐκ εἰδείην. Ἡ δ' εἶπε· Διανοεῖ οὖν δεινός ποτε γενήσεσθαι τὰ ἐρωτικά, ἐὰν ταῦτα μὴ ἐννοῇς; — Ἀλλὰ διὰ ταῦτά τοι, ὦ Διοτίμα, ὅπερ νῦν δὴ εἶπον, παρὰ σὲ ἦκω,

τρέφεσθαι, quamquam etiam verbis in hunc modum conformatis inesse sentiebam, quod admodum displiceat. Hinc factum est, ut ὥστε insiticium censerem, idque uncis includerem, ne, si ex ordine verborum reiecissem, audacius egisse censear. Sensus est: et parata sunt ipsa fame paene enecta illa nutrire et educare. Quae sequuntur verba: καὶ ἄλλο πᾶν ποιοῦντα, artius ea cum verbis αὐτὰ τῷ λιμῷ παρατεινόμενα coniungenda nihil habent in se offensionis.

τῷ λιμῷ. Supra p. 191. B. legitur: ἀπέθνῃσκον ὑπὸ λιμοῦ καὶ τῆς ἄλλης ἀργίας κ. τ. λ., ad quae verba Stallbaumius, inepte, inquit, vulgo ὑπὸ τοῦ λιμοῦ. Quaeritur, cur illic damnaverit articulum, hoc loco ne verbo quidem tetigerit? Mallem etiam hoc loco articulus abesset, quem certissimum est a nemine desideratum iri, si revera non compareret.

οὕτως ἐρωτικῶς. Οὕτως h. l. significat, eo modo, quo in superioribus indicatum sit, amore affectum esse. Vide annot. p. 58. De interrogationis genere τίς αἰτία, ἔχεις εἰπεῖν; supra diximus annotat. p. 276.

καὶ ἐγὼ αὖ ἔλεγον. Vulgo legitur ἄν pro αὖ; hoc Bekkerus et Stallbaumius ex optimis codicibus receperunt. Merito Rückertum mireris, qui, cum constet, ἄν et αὖ saepissime commutata esse in libris, tamen ἄν in textu posuit. Ut bene, inquit, haberet ἄν, si saepius sibi exposita narraret Socrates, ut respondere saepius posset se nescire, ita, quum semel tantum haec disputata perhibeat, ἄν ineptum videtur, αὖ vero eo aptius, quod in prioribus iam suam ignorantiam confessus est. At superest tamen, ut minus hic dicas Platonem curasse, quod semel tantum haec dicta fingeret, indeque ἄν posuisse negligentius quam verius. Qua de causa probans licet αὖ nihil tamen mutare volui. Hoc argumentum fateor mihi prorsus videri nullum. Est autem, cur rursum se non habuisse Socrates confiteatur, quod responderet. Simulat enim, ut saepius iam annotavimus, fatuitatem quandam animi, qua facilius atque tutius aliorum sententias elicere possit.

γνοὺς, ὅτι διδασκάλων δέομαι. ἀλλά μοι λέγε καὶ τούτων τὴν αἰτίαν καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ τὰ ἐρωτικά. — Εἰ τοί νυν, ἔφη, πιστεύεις ἐκείνου εἶναι φύσει τὸν ἔρωτα, οὗ πολλάκις ὡμολογήκαμεν, μὴ θαύμαζε. ἐνταῦθα γὰρ τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ λόγον ἡ θνητὴ φύσις D ζητεῖ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀεί τε εἶναι καὶ ἀθάνατος. δύναται δὲ ταύτῃ μόνον τῇ γενέσει, ὅτι ἀεὶ καταλεί-

διανοεῖ οὖν δεινός ποτε. Haud raro apud Graecos et Latinos continuandi aliusque potestatis particulae ita adhibentur in interrogatione, ut indignationem quandam interrogantis exprimant. Mutata interrogatione in quietius dicendi genus verba audirent: Lass dir nur nicht einfallen, irgend Erotischer Dinge kundig zu werden, wenn du dessen dir nicht bewusst bist. Sic εἶτα reperitur in Plat. Critone p. 43. B., quo loco Socrates postquam iam diu Critonem in carcerem intrasse audivit, εἶτα, inquit, πῶς οὐκ εὐθὺς ἐπήγειράς με. Haec verba recte intelligent, qui cum indignatione dicta arbitrabuntur: Wie kömmt es denn nur nun, dass du mich nicht sogleich wecktest.

ἀλλὰ διὰ ταῦτα. Elliptica et hoc loco, ut plerumque in responsionibus oratio ita supplenda est, ut addas cogitando: non puto, ante ἀλλά, quod est immo convertendum. Videtur autem hoc, quod de responsionibus dixi, repetendum esse a summa Graeci ingenii alacritate et in cogitando celeritate, qua fiebat, ut cum mens longe praecurreret linguam, in dicendo etiam, quae ullo modo possent, omitterent vel in unum contraherent. Rückert. — Ὅπερ νῦν δὴ εἶπον. cfr. p. 206. B. οὐ μέντ' ἂν δέ, ἔφην ἐγώ, ὦ Διοτίμα, ἐθαύμαζον ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ἐφοιτων παρὰ σὲ αὐτὰ ταῦτα μαθησόμενος.

εἶ τοι νῦν, ἔφη, πιστεύεις κ. τ. λ. In omnibus editionibus legitur τοίνυν pro τοι νῦν, quod nobis placet. Apud Ficinum verba conversa sunt: Si credis, illius natura amorem esse, cuius saepe iam diximus, ne mireris. Schleiermacherus exhibet: Wenn du also glaubst, sprach sie, dass die Liebe von Natur auf das gehe, worüber wir uns oft schon einverstanden haben, so wundre dich nur nicht. Socrates rem, quae in superioribus saepius tractata est, memoria non tenens, eandem rogatus a Diotima, obmutuit non habens, quod responderet. Eadem res igitur, quoniam hic repetitur, Diotima hominis memoriae, ut videtur, illudens, Noli mirari, inquit, si nunc firmiter tenes memoria, caussam naturalem amoris esse eandem, de qua supra saepius inter nos convenit.

ἡ θνητὴ φύσις ζητεῖ κατὰ τὸ δύνατον. Vide annotat. ad verba p. 206. E.

πει ἕτερον νέον ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ· ἐπεὶ καὶ ἐν ᾧ ἓν ἕκαστον τῶν ζώων ζῆν καλεῖται καὶ εἶναι τὸ αὐτό, οἷον ἐκ παιδαρίου ὁ αὐτὸς λέγεται ἕως ἂν πρεσβύτης

ὅτι ἀεγενές ἐστι καὶ ἀθάνατον ὡς θνητῷ ἡ γέννησις.

ταύτῃ μόνον τῇ γενέσει. Commate post μόνον posito Rückertus sensum verborum esse sit: hac sola ratione, per procreationem. — Dubito, num recte interpunctionem adhiberi liceat ibi, ubi scriptor advocata generis assimilatione arctiorem demonstrativi pronominis cum insequente nomine substantivo coniunctionem admisit. Hoc certum est, verba proprie audire: τούτῳ μόνον, τῇ γενέσει, sed ab huiusmodi dicendi genere utpote incomtiore, excultior Graecorum aetas abhorruisse videtur. Assimilationis exemplum est p. 190. E. καὶ συνέλκων πανταχόθεν τὸ δέρμα ἐπὶ τὴν γαστέρα νῦν καλουμένην, ad quae verba vide annotat. p. 168. Nemini autem Rückertus persuadebit, ταύτῃ h. l. adverbii vices obtinere, quo ratio describatur, qua quid possit, quod mortale sit, immortalitatem adipisci.

ἐπεὶ καὶ ἐν ᾧ ἓν ἕκαστον τῶν ζώων κ. τ. λ. Nam etiam eo tempore, quo unumquodque animal vulgari opinione vivit atque semper idem est, nullamque experiri mutationem partium suarum putatur, veluti quum quis inde a pueritia usque ad senectutem idem semper esse dicitur, tantum abest, ut semper unum idemque maneat, ut aliis partibus quasi denuo iuvenescat, aliis privetur et orbetur. *Verborum sententiam per se minime obscuram paullulum impeditam reddit structurae insolentia. Quum enim post πρεσβύτης γένηται subiici deberent haec: ὅμως οὐδέποτε τὰ αὐτὰ ἔχει ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ τὰ μὲν ἀεὶ νέον γίγνεται, τὰ δὲ ἀπόλλυσιν, quae referrentur ad primariam sententiae partem: ab inchoato orationis tenore sic deflexit, ut reliqua omnia ad eam accommodaret particulam enuntiati, quae continet exempli rei clarius illustrandae gratia interpositi commemorationem. Itaque nihil mutandum censemus.* Stallb. Haec Stallbaumii explicatio et a difficultate structurae nobis improbatur et a sententiae incommoditate. Exemplo nimirum Socrates explicaturus est, quo sensu ἀεὶ εἶναι dicatur atque ἀθάνατον εἶναι τὴν θνητὴν φύσιν, ut non verisimile sit, exordium huius enuntiati esse posse: ἐπεὶ καὶ ἐν ᾧ ἓν ἕκαστον τῶν ζώων ζῆν καλεῖται καὶ εἶναι τὸ αὐτό. Astius huius rei intelligens, scribendum coniecit: ἐν ᾧ ἓν ἕκαστον τῶν ζώων ζῇ, καλεῖται καὶ εἶναι τὸ αὐτό, quam scripturam ipse post improbavit. Nobis scribendum videtur ἐπεὶ καὶ ἐν ᾧ ἓν ἕκαστον τῶν ζώων ζῆν καλεῖται, καλεῖται καὶ εἶναι τὸ αὐτό. Neque audaciorem censemus hanc coniecturam iudicatum iri, cum

γένηται· οὗτος μέντοι οὐδέποτε, τὰ αὐτὰ ἔχων ἐν ἑαυτῷ, ὅμως ὁ αὐτὸς καλεῖται, ἀλλὰ νέος ἀεὶ γιγνόμενος, τὰ δὲ ἀπόλλυς, καὶ κατὰ τὰς τρίχας καὶ σάρκα καὶ

satis constet, verba dupliciter posita haud raro librariorum incuria simpliciter exhibita esse, et vice versa dupliciter interdum posita esse, quae simpliciter a scriptore posita essent. Exempla si quaeris huius rei, vide quae annotavimus p. 171. et p. 234. Quae sequuntur verba οἷον ἐκ παιδαρίου ὁ αὐτὸς λεγέται (sc. τὶς) κ. τ. λ. optime cum nostra praecedentium verborum scriptura conveniunt.

οὗτος μέντοι οὐδέποτε τὰ αὐτῷ ἔχων ἐν αὐτῷ κ. τ. λ. In Ficini conversione legitur: *Enimvero eo ipso in tempore, quo animalium unumquodque vivere dicitur, idemque esse, (ut a pueritia ad senectutem) quamvis idem dicatur, nunquam tamen in se ipso eadem continet, sed novum semper efficitur et vetera exuit.* Sic etiam ceteri interpretes οὐδέποτε negationem ad verba trahunt τὰ αὐτὰ ἔχων ἐν ἑαυτῷ, quae verborum struendorum ratio propter insequens ἀλλὰ νέος ἀεὶ γιγνόμενος minime nobis nunc probatur. Inepto enim loco positum habebis hoc, si illam explicandi rationem probaveris. Neque defuerunt, qui de verborum transpositione cogitarent hoc loco. Facilior verborum struendorum ratio haec est, ut οὐδέποτε negatio ad primarium enuntiati verbum καλεῖται referatur. Verba autem hoc modo scribenda censemus: οὗτος μέντοι οὐδέποτε, τὰ αὐτὰ ἔχων ἐν αὐτῷ, ὁμῶς ὁ αὐτὸς καλεῖται, ἀλλὰ νέος ἀεὶ γιγνόμενος κ. τ. λ. Sensus est: Dieser iedoch wird niemals, weil er ein und dasselbe an und in sich hätte, gleichermaassen derselbe genannt, sondern (er wird in dem Sinne derselbe genannt,) weil er sich immer verjüngt, indem er das Veraltete abwirft. Ut hoc loco, ita etiam in Plat. Euthyphr. p. 3. c. 2. ὅμως in ὁμῶς mutandum est: καὶ ἐμοῦ γάρ τοι, ὅταν τι λέγω ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ περὶ τῶν θείων, προλέγων αὐτοῖς τὰ μέλλοντα, καταγελῶσιν ὡς μαινομένου· καί τοι οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἀληθὲς εἴρηκα ὧν προεῖπον. ἀλλ' ὁμῶς φθονοῦσιν ἡμῖν πᾶσι τοῖς τοιούτοις. Minus aptum est, quod vulgo edi solet, ὅμως: Nihil nisi vera dixi, tamen nobis omnibus vera dicentibus invident. Quin potius commemorans Euthyphro, quid ipse perpeti soleat, cum vera dicat, Socratis exemplo praemisso, communi vera dicentium infortunio se consolatur. Iam ut Diotimae sententia melius perspiciatur, rem breviter repetam; Quod supra de hominum amore dictum est, idem in animalia cadit et in omnem naturam rerum. Vult nimirum natura, quoad eius fieri possit, semper vigere atque immortalis esse idque generatione assequitur. Neque hoc ita intelligendum est, ac si singula quaeque res immortalis esse dicatur: sed ut homo aliquis a pueritia usque ad se-

Ε ὀστᾶ καὶ αἷμα καὶ ξύμπαν τὸ σῶμα. καὶ μὴ ὅτι κατὰ τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν οἱ τρόποι, τὰ ἤθη, δόξαι, ἐπιθυμίαι, ἡδοναὶ, λῦπαι, φόβοι, τούτων ἕκαστα οὐδέποτε τὰ αὐτὰ πάρεστιν ἑκάστῳ, ἀλλὰ τὰ μὲν γίγνεται, τὰ δὲ ἀπόλλυται. πολὺ δὲ τούτων ἀτοπώτερον ἔτι, ὅτι καὶ αἱ ἐπιστῆμαι μὴ ὅτι αἱ
208 μὲν γίγνονται, αἱ δὲ ἀπόλλυνται ἡμῖν, καὶ οὐδέποτε οἱ αὐτοὶ ἐσμεν οὐδὲ κατὰ τὰς ἐπιστήμας, ἀλλὰ καὶ μία ἑκάστη τῶν ἐπιστημῶν ταὐτὸν πάσχει. ὃ γὰρ καλεῖται μελετᾶν, ὡς ἐξιούσης ἐστὶ τῆς ἐπιστήμης· λήθη γὰρ ἐπιστήμης ἔξοδος, μελέτη δὲ πάλιν καινὴν ἐμ-

nectutem idem vocatur, non ut qui habeat in se semper easdem corporis partes, sed quod eas mutando, inveteratas abiiciendo quasi novus semper existit, ita etiam animalium genus rerumque natura partium renovatione immortalitatem consequuntur.

τὰ δὲ ἀπολλύς. His verbis, quibus non praecederet τὰ μέν, multi interpretes offensi sunt. Wolfius τὰ μὲν προσλαμβάνων vel simile quid addendum censuit, Bastius ad τὰ δέ addi iubet παλαιά. Alii alio modo locum, in quo librariorum peccatum reperisse sibi viderentur, sanare studuerunt. Stallbaumius ἀλλὰ νέος ἀεὶ γιγνόμενος idem valere censet quod ἀλλὰ τὰ μὲν νέος ἀεὶ γιγνόμενος. Maluerim ita statuere, ut Graecis licuisse contendam quotidianae vitae sermone utentibus interdum omittere, quae e sequentibus facillime suppleri possint. Neque τὰ μέν supplendum esse videtur, sed τὰ μὲν ἄλλα.

καὶ μὴ ὅτι — ἀλλὰ καί. Ne forte ante ἀλλὰ καί requiras μὴ μόνον, efficitur μόνον omisso sententia haec: Atque ut mittam ea, quae ad corpus pertinent, etiam quae animi sunt, consuetudines, mores, opiniones, cupidines, gaudia, tristitiae, metus, haec omnia nemini eadem manent, sed alia oriuntur, alia depereunt. Ceterum apposite ad h. l. Rückertus: Noli, inquit, ex his colligere aliisve similibus in iis, quae sequuntur, Platonem sibi non constare, quod, quum alibi natura sua immortalem animum dicat humanum, hic eatenus duntaxat ei immortalitatem tribuat, quatenus et ipse, quas sui partes amiserit, assumtis aliis suppleat. Non ipsum enim animum, naturam divinam, hic in mente habet, sed ea tantum in animo, qualis in hisce terris est, quae ex coniunctione cum corpore enata cum eodem intereunt. Ex quo genere omnia sunt, quae deinceps recensentur. Quas enim mox ἐπιστήμας affert, earum vel unus pluralis numerus satis est argumento, non loqui Platonem

ποιοῦσα ἀντὶ τῆς ἀπιούσης μνήμην σώζει τὴν ἐπιστήμην, ὥστε τὴν αὐτὴν δοκεῖν εἶναι. τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ πᾶν τὸ θνητὸν σώζεται, οὐ τῷ παντάπασι τὸ αὐτὸ ἀεὶ εἶναι, ὥςπερ τὸ θεῖον, ἀλλὰ τῷ τὸ ἀπιὸν καὶ παλαιούμενον ἕτερον νέον ἐγκαταλείπειν, οἷον αὐτὸ ἦν. ταύτῃ τῇ μηχανῇ, ὦ Σώκρατες, ἔφη, θνητὸν ἀθανασίας μετέχει, καὶ σῶμα καὶ τἆλλα πάντα, ἀθάνατον δὲ ἄλλῃ. μὴ οὖν θαύμαζε, εἰ τὸ αὑτοῦ ἀποβλάστημα φύσει πᾶν τιμᾷ· ἀθανασίας γὰρ χάριν παντὶ αὕτη ἡ σπουδὴ καὶ ὁ ἔρως ἕπεται. B

de ipsa scientia, quae una est eademque semper, quamque non potuit animo informare nisi perennem et immortalem, quin ipse sui obliviscetur. Immo notitiae sunt rerum in sensus cadentium, quae nec affuerunt animo prius, quam vitam hanc ingrederetur, neque ultra eius terminos apud eum permanebunt.

πολὺ δὲ τούτων ἀτοπώτερον ἔτι. Pro ἔτι, quae Bodleiani aliorumque paucorum codicum lectio est, vulgo ἐστὶν legitur. Illud Bekkerus et Stallbaumius in ordinem verborum receperunt, hoc tuetur Rückertus. "Ἔτι, inquit, ut vulgato melius esse concedam, attamen tam paucorum fide recipere eo minus ausim, quod quam saepe hae voces inter se permutentur haud sum ignarus. — Utor his Rückerti verbis, quibus ἔτι recte habere probem. Nam si melius est sententiaeque convenientius, quod in melioribus codicibus reperitur, id verum est haud dubie. In ceteros autem plurimosque libros irrepsit id, quod facillime cum illo permutatur.

ὃ γὰρ καλεῖται μελετᾶν ὡς ἐξιούσης ἐστὶ τῆς ἐπιστήμης. Vide de hoc placito Plat. Phaed. p. 72. E. καὶ μήν, ἔφη ὁ Κέβης ὑπολαβών, καὶ κατ' ἐκεῖνόν γε τὸν λόγον, ὦ Σώκρατες, εἰ ἀληθής ἐστιν, ὃν σὺ εἰώθας θαμὰ λέγειν, ὅτι ἡμῖν ἡ μάθησις οὐκ ἄλλο τι ἢ ἀνάμνησις τυγχάνει οὖσα, καὶ κατὰ τοῦτον ἀνάγκη που ἡμᾶς ἐν προτέρῳ τινὶ χρόνῳ μεμαθηκέναι ἃ νῦν ἀναμιμνησκόμεθα κ. τ. λ.

ὥςπερ τὸ θεῖον. Auctor Definitionum p. 411. A.: Θεός, ζῷον ἀθάνατον, αὐτάρκειαν πρὸς εὐδαιμονίαν, οὐσία ἀΐδιος. Ἀΐδιον, τὸ κατὰ πάντα χρόνον καὶ πρότερον ὂν καὶ νῦν μὴ διεφθαρμένον.

ἀθάνατον δὲ ἄλλῃ. Displicent haec verba ideo potissimum, quod modo indicatum est, quomodo id, quod immortale est, h. e. τὸ θεῖον, immortalitate gaudeat. Hinc factum est, ut Creuzerus Lect. Plat. p. 528. scribendum coniiceret: ἀδύνατον δὲ ἄλλῃ. Recte, ut videtur, Rückertus existimat Platonem, si hoc exprimere voluis-

Cap. XXVII.

Καὶ ἐγὼ ἀκούσας τὸν λόγον ἐθαύμασά τε καὶ εἶπον· Εἶεν, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ σοφωτάτη Διοτίμα· ταῦτα c *ὡς ἀληθῶς οὕτως ἔχει; Καὶ ἣ, ὥσπερ οἱ τέλεοι σο-*

set, haud dubie *ἄλλῃ δὲ ἀδύνατον* scripsisse. Sed de veritate verborum *ἀθάνατον δὲ ἄλλῃ* nobis non convenit cum eodem. Stallbaumius ad hunc locum annotat: Haec, inquit, addita videntur propter verba extrema *καὶ τἆλλα πάντα*, quae ne falso intelligerentur, sane cavendum fuit. — Num credibile censes, quemquam esse posse, qui cum verba legeret *καὶ σῶμα*, insequentia *καὶ τἆλλα πάντα* male intelligeret atque *τὸ θεῖον* admisceret, quo de paullo ante dictum est? Sed pone fieri posse, ut aliquis verba illa falso intelligat: num recte sibi opponi hoc loco censes *θνητόν* et *ἀθάνατον*, ubi *θνητόν* adiectivi vices habet, atque cum insequenti *καὶ σῶμα καὶ τἆλλα πάντα* arctius coniungitur? Huc accedit, quod ne ipsum quidem *ἀθάνατον*, pro quo *θεῖον* scriptum expectaveris, satis recte habere videtur. Scribendum est, si quid video, *θάνατον δὲ ἄλλῃ*, quae coniectura et a corruptionis verisimilitudine, cum praecedens verbum in *ᾱ* desinat, et a sententiae veritate sese commendat. Ceterum ne mireris accusativum casum, cum praecedat *ἀθανασίας μετέχει*: solent interdum Graeci, e praecedentibus, in quibus compositum verbum continetur, non compositum repetere, sed simplex. Diximus de hoc loquendi usu annotat. p. 89.

εἶπον· Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ. De dicendi verbo in huiusmodi enuntiatis dupliciter posito vide quae annotavimus p. 249. *Εἶεν* verbum quod attinet, vide annotat. p. 86. et p. 264. Insequens interrogatio *ταῦτα ὡς ἀληθῶς οὕτως ἔχει;* fatuitatis indicium esse arbitramur, quam Socrates cum Diotima de Erote disputans constanter simulat. Nimirum quum, adhibito *εἶεν* vocabulo quasi ad alia quaedam quaerenda abiturus, confestim concessisset, quae a Diotima dicta essent, rursum ad eadem redit quaerens: num revera haec ita sese habeant?

ὥσπερ οἱ τέλεοι σοφισταί. Stallbaumius minus recte: Ridet, inquit, sophistas, de quibuslibet rebus ita disputantes, ut videri vellent earum veritatem prorsus habere perspectam atque exploratam. Neque Wolfianae ed. explicationem probamus Lips. 1828. p. 97: die bei ihren philosophischen Vorträgen nicht in dem zweifelnden Tone des Socrates sprachen, sondern in dem entscheidenden Tone des Orakels ihre Meinungen für unumstössliche Wahrheiten ausgaben. Eadem sententia etiam Schleiermachero probatur, ut ex eius conversione huius loci videre licet: Und sie, wie die rechten Meister im Wissen pflegen, sprach, Das sei nun versichert, o Socrates. Quid Socrates ad-

φισταὶ, Εὖ ἴσθι, ἔφη, ὦ Σώκρατες· ἐπεί γε καὶ τῶν ἀνθρώπων εἰ ἐθέλεις εἰς τὴν φιλοτιμίαν βλέψαι, θαυμάζοις ἂν τῆς ἀλογίας περὶ ἃ ἐγὼ εἴρηκα, εἰ μὴ ἐννοεῖς ἐνθυμηθεὶς ὡς δεινῶς διάκεινται ἔρωτι τοῦ ὀνομαστοὶ γενέσθαι

hibitis illis verbis efficere voluerit, optime e Protagorae loco cognoscitur p. 328. E. seqq. *Ὦ παῖ Ἀπολλοδώρου, ὡς χάριν σοι ἔχω, ὅτι προὔτρεψάς με ὧδε ἀφικέσθαι. πολλοῦ γὰρ ποιοῦμαι ἀκηκοέναι ἃ ἀκήκοα Πρωταγόρου· ἐγὼ μὲν γὰρ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ ἡγούμην οὐκ εἶναι ἀνθρωπίνην ἐπιμέλειαν, ᾗ οἱ ἀγαθοὶ ἀγαθοὶ γίγνονται, νῦν δὲ πέπεισμαι. πλὴν σμικρόν τί μοι ἐμποδών, ὃ δῆλον, ὅτι Πρωταγόρας ῥᾳδίως ἐπεκδιδάξει, ἐπειδὴ καὶ τὰ πολλὰ ταῦτα ἐξεδίδαξε. καὶ γὰρ εἴ μέν τις περὶ αὐτῶν τούτων συγγένοιτο ὁτῳοῦν τῶν δημηγόρων, τάχ' ἂν καὶ τοιούτους λόγους ἀκούσειεν ἢ Περικλέους ἢ ἄλλου τινὸς τῶν ἱκανῶν εἰπεῖν· εἰ δὲ ἐπανέροιτό τινά τι, ὥσπερ βιβλία οὐδὲν ἔχουσιν οὔτε ἀποκρίνασθαι οὔτε αὐτοὶ ἐρέσθαι, ἀλλ' ἐάν τις καὶ σμικρὸν ἐπερωτήσῃ* (vide annotat. p. 82.) *τι τῶν ῥηθέντων, ὥσπερ τὰ χαλκεῖα πληγέντα μακρὸν ἠχεῖ καὶ ἀποτείνει, ἐὰν μὴ ἐπιλάβηταί τις, καὶ οἱ ῥήτορες οὕτω σμικρὰ ἐρωτηθέντες δολιχὸν κατατείνουσι τοῦ λόγου.* Ipse autem orationis longitudini Socrates illudit, quod facere solent, qui alicuius vitii alienam reprehensionem evitaturi sunt.

εἰ ἐθέλεις — θαυμάζοις ἄν. H. Stephanus, ut verba usitatiori generi loquendi adaptaret, *ἐθέλοις* scribendum coniecit. Frustra. *Εἰ ἐθέλεις σκέψαι* idem fere est atque *εἰ σκέψαις*, differt tantummodo ab illa dicendi forma optativus modus, quod hic cogitati alicuius possibilitatem, quam vocant, exprimit, quae et ipsa cogitata est, non ducta e veritate rei. Illa contra aliquid fieri posse indicat, ut prorsus ex alius arbitrio pendeat, utrum fiat revera necne. Exempla haud rara sunt *εἰ* particulae coniunctae cum praesente tempore *ἐθέλειν* s. *βούλεσθαι* verbi, cui adiectus est infinitivus cum optativo et *ἄν*. Legitur paullo infra p. 221. E. *εἰ γὰρ ἐθέλει τις τῶν Σωκράτους ἀκούειν λόγων, φάνειεν ἂν πάνυ γελοῖοι τὸ πρῶτον.* Cum hoc dicendi genere cave commutes exempla ea, quae *εἰ* particulam cum praesente alicuius verbi tempore coniunctam exhibent et optativum *ἄν* particula adhaerente; cfr. Apol. Socr. p. 25. B. *πολλὴ γὰρ ἂν τις εὐδαιμονία εἴη περὶ τοὺς νέους, εἰ εἷς μὲν μόνος αὐτοὺς διαφθείρει.* Adde Plat. Symp. p. 176. C. *Ἕρμαιον ἂν εἴη ἡμῖν — εἰ ὑμεῖς — νῦν ἀπειρήκατε*, ad quem locum vide annotat. p. 38. Ceterum *τῶν ἀνθρώπων* in alieno loco positum videtur, quem ne mireris atque ut Platonis voluntatem perspicias, Rückertum audi anno-

καὶ κλέος εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀθάνατον καταθέσθαι, καὶ ὑπὲρ τούτου κινδύνους τε κινδυνεύειν ἕτοιμοί εἰσι πάντας ἔτι μᾶλλον ἢ ὑπὲρ τῶν παίδων, καὶ χρή-

tantem ad h. l.: Quod hic τῶν ἀνθρώπων addidit, idque loco posuit illustrissimo omnium, propterea factum, quod in praecedentibus de bestiis non minus, immo magis fere, quam de hominibus disputatum est, quanta cura esset sobolis tuendae conservandaeque. Quae enim de humano corpore animoque disputata sunt, nonnisi probandae sententiae inserviebant, non esse aliam immortalitatis adipiscendae rationem naturae mortali, quam per propagationem. Itaque iam de solis hominibus locuturus recte huius rei indicem in fronte posuit.

θαυμάζοις ἂν τῆς ἀλογίας περὶ κ. τ. λ. Verba Ficinus convertit: Etenim si gloriae studium, quod hominibus inest, considerare volueris, admiraberis ruditatem tuam, quod ea, quae dixi, non satis comprehenderis. Hoc sane mirum. Schleiermacherus exhibet: Denn wenn du auf die Ehrliebe der Menschen sehen willst, so müsstest du dich ja über die Unvernunft wundern in dem, was ich schon angeführt, wenn du nicht bedenkst cet. Schulthessius verba reddidit: denn fassest du nur der Menschen ehrsüchtiges Bestreben ins Auge, so kannst du ihre Unvernunft in Beziehung auf das von mir angedeutete durchaus nicht begreifen, wenn du nicht erwägst cet. Negari nequit, paullo impediti orem verborum structuram esse atque gravitate quadam inepta affectam, qua usus esse sophistas consentaneum est, qui ad ante dictorum explicationem atque enarrationem transirent. Sic τῶν ἀνθρώπων, principe enuntiationis loco positum, de quo Rückerti iudicium modo retulimus, quid aliud est, rem si accurate perpenderis, quam vanae gravitatis iudicium? Adde εἰ ἐθέλεις verba, wenn du dich entschliessen, es über dich bringen kannst (vide annotat. p. 44.) et parum definitum illud: περὶ ἃ ἐγὼ εἴρηκα, nonne haec plena sunt sophisticae artis? Proprie verba hoc modo disponenda sunt: εὖ ἴσθι, — ἐπεί γε καὶ, εἰ ἐθέλεις εἰς τὴν τῶν ἀνθρώπων φιλοτιμίαν βλέψαι, θαυμάζοις ἂν τῆς ἀλογίας (h. e. θαῦμά σε ἂν ἔχοι τῆς ἀλογίας) τούτων, ἃ ἐγὼ εἴρηκα. Sensus est: Da gieb recht acht, o Socrates; denn auch, wenn du den Ehrgeiz der Menschen ins Auge zu fassen gesonnen bist, könntest du dich wohl über die Ungründlichkeit dessen wundern, worüber ich gesprochen habe, wenn du dir nicht vergegenwärtigest, indem du cet.

ὡς δεινῶς διάκεινται. Haec et sequentia ad eandem dicendi normam conformata sunt, qua verba leguntur p. 207. A. ἢ οὐκ αἰσθάνει, ὡς δεινῶς διατίθεται πάντα τὰ θηρία κ. τ. λ., ut adeo idem valeat de structura verborum καὶ ὑπὲρ τούτου —

ματα ἀναλίσκειν καὶ πόνους πονεῖν οὐστινασοῦν καὶ D ὑπεραποθνήσκειν· ἐπεὶ οἴει σὺ, ἔφη, Ἄλκηστιν ὑπὲρ Ἀδμήτου ἀποθανεῖν ἄν, ἢ Ἀχιλλέα Πατρόκλῳ ἐπαπο-

ὑπεραποθνήσκειν, quod de verbis monuimus p. 207. B. καὶ ἕτοιμά ἐστιν ὑπὲρ τούτου καὶ ὑπεραποθνήσκειν κ. τ. λ. Ac de industria quidem iisdem paene verbis Diotima usa est eademque mutatione structurae, quo facilius et illius loci auditor recordaretur, et clarius videret, de eodem et illo et hoc loco Erote sermonem esse.

καὶ κλέος εἰς τὸν ἀεὶ — καταθέσθαι h. e. Immortalem gloriam posteritatis memoriae tradere conservandam. Nam καταθέσθαι est deponere custodiendum s. servandum tradere. vide Valcken. ad Herodot. VI. 73. Stallb. Ceterum neminem latet, hexametrum versum esse verba καὶ κλέος — καταθέσθαι, quae a praecedentibus atque insequentibus verbis seiungenda curavimus. Unde hic versus petitus sit, nescire confitemur, hoc tantummodo comperti habemus, depromtum eum ex carmine esse alicuius poëtae, ad cuius auctoritatem atque testimonium Diotima auditores ablegavit.

καὶ ὑπὲρ τούτου κινδύνους κινδυνεύειν. Dicendi formulae, in quibus nomen aliquod cum verbo eiusdem radicis coniunctum reperitur, ita plerumque adhiberi solent, ut rem, de qua sermo est, quam fieri possit maxime, augeant atque extollant. Κινδύνους κινδυνεύειν est igitur summa atque gravissima pericula adire. Igitur cum Rückerio pro πάντας, quod Bekkerus et Stallbaumius in ordine verborum posuerunt, codicum meliorum auctoritatem secuti, vulgatum πάντες recepimus. Nam πάντας κινδύνους κινδυνεύειν inutile additamentum continet, quo non augeri sed minui senties rei augendae potestatem. Πάντες autem etiam eo nomine nobis probatur, quod omnes haud dubie a Diotima significantur laudis atque gloriae studio teneri cfr. p. 205. D. τὸ μὲν κεφάλαιόν ἐστι πᾶσα ἡ τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμία καὶ τοῦ εὐδαιμονεῖν ὁ μέγιστός τε καὶ κοινὸς ἔρως παντί. Adde p. 208. D. ἀλλ', οἶμαι, ὑπὲρ ἀρετῆς ἀθανάτου καὶ τοιαύτης δόξης εὐκλεοῦς πάντες πάντα ποιοῦσιν. Nostrae verborum explicationi Schleiermacheri conversio favet: und dieserhalb sind alle bereit, die grössten Gefahren zu bestehen. In sequentibus πόνους πονεῖν οὐστινασοῦν est: labores suscipere quam velis gravissimos, ubi οὐστινασοῦν non nisi de iis laboribus intelligendum est, qui sunt gravissimi. Contra minus probem Plat. Apol. Socr. p. 22. A. δεῖ δὴ ὑμῖν τὴν ἐμὴν πλάνην ἐπιδεῖξαι ὥσπερ πόνους τινὰς ποιοῦντος, quo loco pro τινάς scribendum esse videtur τινός.

Ἄλκηστιν ὑπὲρ Ἀδμήτου κ. τ. λ. Exhibentur eadem, quibus Phaedrus usus est, exem-

θανεῖν, ἢ προαποθανεῖν τὸν ὑμέτερον Κόδρον ὑπὲρ τῆς βασιλείας τῶν παίδων, μὴ οἰομένους

ἀθάνατον μνήμην ἀρετῆς

περὶ αὐτῶν ἔσεσθαι, ἣν νῦν ἡμεῖς ἔχομεν; Πολλοῦ γε δεῖ, ἔφη, ἀλλ', οἶμαι, ὑπὲρ ἀρετῆς ἀθανάτου καὶ τοιαύτης δόξης εὐκλεοῦς πάντες πάντα ποιοῦσιν, ὅσῳ ἂν
E ἀμείνους ὦσι, τοσούτῳ μᾶλλον· τοῦ γὰρ ἀθανάτου

pla; ut respici indicetur etiam ad eas orationes, quae ante Socratis atque Agathonis orationes habitae essent. Sed quoniam Diotima loquens inducitur, quae orationes in Agathonis convivio habitas non audivit, ut casu videatur exemplis illis usa esse, tertium adiungitur, Codri regis interfectio. Audi Scholiastam, qui de Codro haec tradit: — ὃς καὶ ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀπέθανε τρόπῳ τοιῷδε. πολέμου τοῖς Δωριεῦσιν ὄντος πρὸς Ἀθηναίους, ἔχρησεν ὁ θεὸς τοῖς Δωριεῦσιν αἱρήσειν τὰς Ἀθήνας, εἰ Κόδρον τὸν βασιλέα μὴ φονεύσωσι· γνοὺς δὲ τοῦτο ὁ Κόδρος στείλας ἑαυτὸν εὐτελεῖ σκευῇ ὡς ξυλιστὴν καὶ δρέπανον λαβὼν, ἐπὶ τὸν χάρακα τῶν πολεμίων προῆει, δύο δὲ αὐτῷ ἀπαντησάντων πολεμίων τὸν μὲν ἕνα κατάξας κατέβαλεν, ὑπὸ δὲ τοῦ ἑτέρου ἀγνοηθεὶς, ὅστις ἦν, πληγεὶς ἀπέθανε, καταλιπὼν τὴν ἀρχὴν Μέδοντι τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων κ. τ. λ. Huius facinoris memoria superbiisse Athenienses videntur, ut si quis peregrinus ipsis adulari vellet, τὸν ὑμέτερον Κόδρον diceret. Male vulgo τὸν ἡμέτερον legitur, quae lectio prorsus aliena ab hoc loco est, ubi Diotima, mulier peregrina, loquitur.

ὑπὲρ ἀρετῆς ἀθανάτου. Haec verba cum non satis apta reperiret Diotima ad mentem suam exprimendam, alia addidit, quibus haec explicarentur. Καί igitur explicativum est, cuius exempla laudata habes in Indicibus. Verba convertenda sunt: der unsterblichen Tugend halber d. h. wegen des herrlichen Ruhms der Tugend. Non licere igitur opinor ἀρετῆς nomen hoc loco virtutis laudem interpretari, quae Rückerti sententia est, qui frustra annotat: Non magnum discrimen esse inter ἀρετῆς ἀθανάτου et δόξης εὐκλεοῦς, sed aliquod tamen, quodque maius etiam videri potuisset Platoni propter alterius vocabuli sensum latiorem.

ἀθάνατον μνήμην ἀρετῆς. Haec verba, hexametri versus fragmentum a ceteris verbis seiungenda curavimus. Ἣν νῦν ἡμεῖς ἔχομεν ita dictum est, ut aliquid supplendum sit, quod his verbis opponatur; futuro tempore posteriores habebunt. Paullo infra etiam verba εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον a prosa oratione secludenda curavimus, quod quo iure fecerimus, in propatulo est.

ἐρῶσιν. οἱ μὲν οὖν ἐγκύμονες, ἔφη, κατὰ σώματα ὄντες πρὸς τὰς γυναῖκας μᾶλλον τρέπονται καὶ τούτῳ ἐρωτικοί εἰσι, διὰ παιδογονίας ἀθανασίαν καὶ μνήμην καὶ εὐδαιμονίαν, ὡς οἴονται, αὑτοῖς

εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον

πάντα ποριζόμενοι· οἱ δὲ κατὰ τὴν ψυχήν — εἰσὶ γὰρ 209
οὖν, ἔφη, οἳ ἐν ταῖς ψυχαῖς κυοῦσιν ἔτι μᾶλλον

καὶ εὐδαιμονίαν, ὡς οἴονται. Cornarius pro ὡς οἴονται scribendum esse censuit ὡς οἷόν τε, quam coniecturam Rückertus, quamquam in textu ὡς οἴονται posuit, probare videtur. Nobis non dubium est, quin Plato ὡς οἴονται scripserit, quo adhibito Diotima indicatura fuit: eroticos, qui liberis procreandis immortalitatem sibi comparare studeant et felicitatem aeternam, falli posse saepenumero. Non iniuria. Num moriuntur interdum patribus superstitibus liberi, interdum impietate parentes laedunt, ut illi pro immortalitate exoptatissima magnum malum sibi acquisivisse videantur.

εἰσὶ γὰρ οὖν. Γὰρ οὖν particularum eadem paene significatio est atque γὰρ ἄρα particulis, quae exempli caussa p. 205. B. reperiuntur: ἀφελόντες γὰρ ἄρα τοῦ ἔρωτός τι εἶδος ὀνομάζομεν τὸ τοῦ ὅλου ἐπιτιθέντες ὄνομα ἔρωτα. Non promiscue autem his particulis Graeci scriptores usi sunt. Ubi demonstratum aliquid est exemplo, γὰρ ἄρα poni solet; ubi non nisi indicatum est, γὰρ οὖν particulis locus datur. Nostro loco simpliciter commemoratur in praecedentibus: esse, qui κατὰ ψυχήν procreare cupiant, contra p. 205. B. poëseos exemplum affertur, ad quod, quae deinceps dicuntur, diriguntur. Ceterum quae post εἰσὶ γὰρ οὖν leguntur, inceptam verborum structuram non mutant, sed prorsus destruunt. Nihil enim reperitur in sequentibus, quod cum illis verbis consociari possit. Incepta sententia verbis absolvitur: τούτων δ' αὖ ὅταν τις κ. τ. λ., quae verba cum illis nullo modo coniungi possunt. Sunt autem huiusmodi figurae dicendi, gratae negligentiae indicia, praecipue in familiari sermone haud infrequentes.

οἳ ἐν ταῖς ψυχαῖς κυοῦσιν. Κυοῦσιν valgo legitur; aliquot Bekkeri codices κύουσιν habent, quod ipsi Bekkero probatur et Dinderfio et Rückerto. Illud Stallbaumius aliique in textu posuerunt. Buttmanni iudicium in Gramm. ampl. p. 177., quod et Stallbaumius probandum censuit, hoc est: Den Gebrauch festzusetzen von κύω und κυέω ist schwer, da es in den häufigst vorkommenden Formen nur eine Accentverschiedenheit ist, wie κύει, κυεῖ u. s. w. Bei Plato indessen, wo der Accent sonst in allen Handschriften schwankt und Theaet. p. 151. B. auch die Schreibart κύοντα und κυοῦν-

ἢ ἐν τοῖς σώμασιν, ἃ ψυχῇ προσήκει καὶ κυῆσαι καὶ κυεῖν. τί οὖν προσήκει; φρόνησίν τε καὶ τὴν ἄλλην ἀρετήν· ὧν δή εἰσι καὶ οἱ ποιηταὶ πάντες γεννήτορες καὶ τῶν δημιουργῶν ὅσοι λέγονται εὑρετικοὶ εἶναι. πολὺ δὲ μεγίστη, ἔφη, καὶ καλλίστη τῆς φρονήσεως ἡ

τα, ist an folgenden Stellen in allen Handschriften Theaet. p. 210. A. *κυοῦμεν* Symp. p. 206. E. *κυοῦντι*, p. 209. C. *ἐκνέει*, wodurch, wie mir scheint, für diesen Schriftsteller der Ausschlag gegeben wird.

προσήκει καὶ κυῆσαι καὶ κυεῖν. Ficinus verba convertit: Hi sane concipiunt ea, quae animae et concepisse et concipere convenit. In Schleiermacheri conversione legitur: was der Seele ziemt zu erzeugen und erzeugen zu wollen. Schulthessius verba reddidit: denn fürwahr, es giebt solche, die mehr mit dem Geiste als dem Leibe zeugen und empfangen. Haud dignoscas ex his verborum conversionibus, quo iure hoc loco et aoristi et praesentis temporis infinitivi ponantur eiusdem verbi. Aoristus autem non nisi notionem exprimit actionis in universum spectatae; praesens tempus actionem cum efficaciae notione coniunctam describit. Sensus est verborum: quorum procreationem animus et cupere debet et revera efficere.

τί οὖν προσήκει; De interrogationibus medio sermoni interpositis, quibus ad rem attentiores auditores redderentur, supra diximus annotat. p. 60.

πολὺ δὲ μεγίστη — καὶ καλλίστη τῆς φρονήσεως. Haec e Graecismo quodam dicta sunt, ut adiectivo praemisso sequatur substantivum nomen cum illo proprie per nominativum casum coniungendum, casu genitivo. Vis huius structurae haec est, ut adiectivum extollatur atque potestate augeatur. Verba convertenda sunt: Die grösste und schönste Erscheinung der Weisheit.

διακοσμήσεις. Vulgo *διακόσμησις*, quod ab eo profectum videtur atque in textum illatum esse, qui insequens pronomen relativum ad praecedens nomen pertinere censeret.

τούτων δ' αὖ ὅταν τις κ. τ. λ. Magna est difficultas horum verborum, quae vario modo a viris doctis sollicitata sunt. Quaeritur *θεῖος ὤν* verba utrum cum praecedente *τὴν ψυχήν* coniungi oporteat necne, deinde ipsum illud *θεῖος ὤν* mirum quantum displiceat. Quod sequitur *καί*, eo melius careremus. Primus H. Stephanus *τὴν ψυχὴν θεῖος ὤν* coniungendum censuit. Contra Stallbaumius monet, *ἐγκύμων τὴν ψυχήν* hic dici oppositionis ergo, cum eorum in superioribus mentio facta sit, qui corporis auxilio immortales fieri studeant. *θεῖος ὢν τὴν ψυχήν* nos etiam eo nomine improbamus, quod *θεῖος*

περὶ τὰς τῶν πόλεών τε καὶ οἰκήσεων διακοσμήσεις, ἥ δὴ ὄνομά ἐστι σωφροσύνη τε καὶ δικαιοσύνη. τούτων δ' αὖ ὅταν τις ἐκ νέου ἐγκύμων ᾖ τὴν ψυχήν, B θεῖος ὢν καὶ ἡκούσης τῆς ἡλικίας τίκτειν τε καὶ γεννᾶν ἤδη ἐπιθυμεῖ. ζητεῖ δή, οἶμαι, καὶ οὗτος περιὼν τὸ

ὢν τὸ σῶμα ne cogitari quidem possit. Heusdius scribendum censuit *τούτων δ' αὖ ὅταν τις ἐκ νέου ἐγκύμων ᾖ τὴν ψυχήν, τὴν φύσιν θεῖος ὢν κ. τ. λ.*, quibus verbis verborum difficultas non removetur. *Καί* ante *ἡκούσης* positum Stallbaumio videtur non copulandi, sed intendendi potestatem habere, neque ad participium tantummodo, sed ad totam enuntiationem pertinere. Sensum ait totius loci esse: Horum igitur si quis a puero praegnans est ad animum, quippe divinus, etiam appropinquante aetate, quae pariendo et generando idonea est, parere gestit atque generare. Alia via H. Stephanus *καί* explicandum censuit scribens *ἐπιθυμῇ*, qua coniectura efficitur, ut apodosis non a *τούτων δ' αὖ* verbis incipiat, sed ab insequente enuntiatione: *ζητεῖ δή κ. τ. λ.* Probatur haec explicandi ratio Astio et Rückerto. Ficinus verba reddidit: *Quisquis ergo virtutum huiusmodi natura plenus et gravidus est ideoque divinus, aetate debita imminente parere iam generareque affectat.* In Schleiermacheri conversione legitur: *Wer nun diese als ein göttlicher schon von Iugend an in seiner Seele trägt, der wird auch, wenn die Zeit heran kommt, Lust haben zu befruchten und zu erzeugen.* Nobis *καί* indicium est, ante *ἡκούσης* aliquid excidisse, quod quid sit, facilius indicatur, quam qui factum sit, ut exciderit, cfr. p. 208. E. *οἱ μὲν οὖν ἐγκύμονες, ἔφη, κατὰ σώματα ὄντες πρὸς τὰς γυναῖκας μᾶλλον τρέπονται καὶ ταύτῃ ἐρωτικοί εἰσιν*, quibus verbis edoceris, quid sit id, quod nostro loco exciderit. Dicuntur enim, qui ad corpus praegnantes sunt, iidem ad femineum sexum natura ferri, atque corporis auxilio immortalitatem sibi quaerere. Qui ad animum praegnantes sunt, nom verisimile est, eos aetate appropinquante tam nude dici et pariendi et generandi cupidissimos esse. Nonne dictum oportuit: eos etiam ad animum ferri atque animi auxilio immortalitatem sibi quaerere? Scribendum igitur coniicio: *τούτων δ' αὖ ὅταν τις ἐκ νέου ἐγκύμων ᾖ τὴν ψυχήν, θεῖος ὢν, καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν ἡκούσης τῆς ἡλικίας τίκτειν τε καὶ γεννᾶν ἤδη ἐπιθυμεῖ.* Sensus est: horum, inquam, si quis est a puero praegnans ad animum, is, quippe divinus, etiam animo, si aetas advenerit, pariendi atque generandi cupidus est. Verba autem *κατὰ ψυχήν* non intellexerunt, qui *καί* copulandi potestate positum censerent. Hinc ea expunxerunt.

καλὸν ἐν ᾧ ἂν γεννήσειεν· ἐν τῷ γὰρ αἰσχρῷ οὐδέποτε γεννήσει. τά τε οὖν σώματα τὰ καλὰ μᾶλλον ἢ τὰ αἰσχρὰ ἀσπάζεται ἅτε κυῶν, καὶ ἐὰν ἐντύχῃ ψυχῇ καλῇ καὶ γενναίᾳ καὶ εὐφυεῖ, πάνυ δὴ ἀσπάζεται τὸ ξυναμφότερον, καὶ πρὸς τοῦτον τὸν ἄνθρωπον εὐθὺς εὐπορεῖ λόγων περὶ ἀρετῆς καὶ περὶ οἷον χρὴ εἶναι
C τὸν ἄνδρα τὸν ἀγαθὸν καὶ ἃ ἐπιτηδεύειν, καὶ ἐπιχειρεῖ παιδεύειν. ἅπτόμενος γὰρ, οἶμαι, τοῦ καλοῦ καὶ ὁμι-

ζητεῖ δὴ — τὸ καλὸν, ἐν ᾧ κ. τ. λ. Primo obtutu scriptum exspectaveris ζητεῖ δὴ καλόν τι, ἐν ᾧ ἂν γεννήσειεν. Sed optime habet τὸ καλόν. Sensus est: Quaerit igitur etiam hic (ut alius, qui ad corpus praegnans est) multo cum studio pulcrum illud, quod aptum esset, in quo procreare atque generare possit.

πάνυ δὴ ἀσπάζεται. Tum vero plane utrumque, et corpus et animum pulcrum amplectitur. Neque enim δή in his est scilicet, nempe, ut putabat Astius, sed positum est ut in formulis ἔνθα δή, ἐνταῦθα δή, τότε δή, atque refertur ad praegressa illa ἐὰν ἐντύχῃ ψυχῇ καλῇ. Stallb.

καὶ περὶ οἷον χρὴ εἶναι τὸν ἄνδρα. H. Stephanus vitii aliquid in his verbis odoratus scribendum esse censuit καὶ περὶ τοῦ οἷον χρὴ εἶναι κ. τ. λ. Bekkerus praepositionem uncis inclusit, Astium etiam καί vocula adeo offendit, ut eiiciendam censeret. Stallbaumius οἷον non masculinum, sed neutrum genus esse contendens verborum sensum hunc esse ait: quale sit, in quo tractando versari debeat is, qui boni viri nomen et dignitatem obtinere velit. Rückertus improbata hac explicandi ratione Bekkeri exemplum secutus περί praepositionem uncis inclusit. Nostro arbitratu neque delendum aliquid est neque addendum. Articulum solent quidem haud raro scriptores in huiusmodi enuntiatis addere, sed necessitas additionis nostro loco nulla est. Proprie Diotima dictura erat: περὶ ἀρετῆς καὶ οἷον χρὴ εἶναι κ. τ. λ., quibus verbis nihil inest, quo offendaris. Sed noluit ea hoc modo exhibere, ne parum explicatum sit, utrum de uno an de duplici disputationis argumento nunc agatur. Praepositionem igitur repetiit, liberiore dicendi genere usa, quod in familiari sermone excusabile censebis. In hoc nimirum dicendi genere aliquid tribuendum est pronuntiationi verborum, quatenus consentaneum est, Diotimam prolatis verbis περὶ ἀρετῆς καὶ περὶ linguam paullulum repressisse, post verba οἷον χρὴ εἶναι τὸν ἄνδρα κ. τ. λ. ita pronuntiasse, ut auditor intelligeret, efficere ea unum argumentum disputationis, et quasi

λῶν αὐτῷ, ἃ πάλαι ἐκύει, τίκτει καὶ γεννᾷ, καὶ παρὼν καὶ ἀπὼν μεμνημένος, καὶ τὸ γεννηθὲν συνεκτρέφει κοινῇ μετ' ἐκείνου, ὥστε πολὺ μείζω κοινωνίαν τῆς τῶν παίδων πρὸς ἀλλήλους οἱ τοιοῦτοι ἴσχουσι καὶ φιλίαν βεβαιοτέραν, ἅτε καλλιόνων καὶ ἀθανατωτέρων παίδων κεκοινωνηκότες. καὶ πᾶς ἂν δέξαιτο ἑαυτῷ τοιούτους παῖδας μᾶλλον γεγονέναι ἢ τοὺς ἀνθρωπίνους, καὶ D εἰς Ὅμηρον ἀποβλέψας, καὶ Ἡσίοδον καὶ τοὺς ἄλ-

unam notionem ut praecedens ἀρετῆς.

καὶ παρὼν καὶ ἀπὼν μεμνημένος. Neminem fugiet, alterum participium, παρών, superfluum esse. Cave id prorsus otiosum censeas. Etenim augendo orationis vigori inservit. Satis notum est Latinorum nolens, volens; quo iure, qua iniuria, simil. Paullo infra legitur, p. 215. C. τὰ οὖν ἐκείνου ἐάν τε ἀγαθὸς αὐλητὴς αὐλῇ, ἐάν τε φαύλη αὐλητρὶς, μόνα κατέχεσθαι ποιεῖ καὶ δηλοῖ κ. τ. λ. Huius dictionis vim non assecutus est Astius, qui καί expungendum censet, quod in duobus codicibus ante τὸ γεννηθέν omittitur. Eidem Rückertus adstipulatur. Quid enim, inquit, sibi vult pulcri iuvenis recordatio dum praesens est? At procreati in eius pectore fetus recte mentionem faciat, cuius facile potest fieri ut obliviscatur, certe si voluptati magis quam virtuti sit deditus.

τῆς τῶν παίδων sc. κοινωνίας. Frustra Bastius scribendum censuit τῶν παιδογόνων vel παιδοσπόρων. Stallbaumius κοινωνίαν τῶν παίδων esse censet coniunctionem ex liberorum procreatione oriundam. Respici consentaneum est ad maris femineaque coniunctionem, quam saepius Diotima tetigit in praecedentibus, v. c. p. 208. E. οἱ μὲν οὖν ἐγκύμονες, ἔφη, κατὰ σώματα ὄντες πρὸς τὰς γυναῖκας μᾶλλον τρέπονται κ. τ. λ., ut h. l. consentaneum sit coniunctionem commemorari, quae procreandorum liberorum caussa inita post, procreatis liberis, auctior atque firmior evadit.

οἷα ἔχουσα ἑαυτῶν καταλείπουσιν. Οἷος et ὅσος haud raro pro ὅτι τοιοῦτος, ὅτι τοσοῦτος poni, exemplis demonstravit Matth. Gramm. ampl. §. 480. 3. p. 899. Pronomen relativum ὅς in sermone familiari eadem potestate adhiberi interdum, supra annotavimus p. 263.

καὶ εἰς Ὅμηρον ἀποβλέψας — ζηλῶν. Participia interdum exhiberi copula addita nulla, supra indicavimus annotat. p. 94. Ibidem, qua potestate participia ἀσυνδετῶς ponantur, explicatum reperies. Ea potestas quoniam hoc loco non exprimitur, admodum nobis displicet participiorum ratio. Neque tamen Astii medelam ver-

λους ποιητὰς τοὺς ἀγαθοὺς ζηλῶν, οἷα ἔκγονα ἑαυτῶν καταλείπουσιν, ἃ ἐκείνοις ἀθάνατον κλέος καὶ μνήμην παρέχεται αὐτὰ τοιαῦτα ὄντα· εἰ δὲ βούλει, ἔφη, οἵους Λυκοῦργος παῖδας κατελίπετο ἐν Λακεδαίμονι σωτῆρας τῆς Λακεδαίμονος καὶ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῆς Ἑλλάδος, τίμιος δὲ παρ' ὑμῖν καὶ Σόλων
E διὰ τὴν τῶν νόμων γέννησιν, καὶ ἄλλοι ἄλλοθι πολλαχοῦ ἄνδρες, καὶ ἐν Ἕλλησι καὶ ἐν βαρβάροις, πολλὰ καὶ καλὰ ἀποφηνάμενοι ἔργα, γεννήσαντες παντοίαν ἀρετήν· ὧν καὶ ἱερὰ πολλὰ ἤδη γέγονε διὰ τοὺς

borum probamus, qui ζηλοίη pro ζηλῶν scribendum coniecit. Stallbaumius verborum structuram sit esse: πᾶς ἂν δέξαιτο ἑαυτῷ τοιούτους παῖδας μᾶλλον γεγονέναι, ἢ τοὺς ἀνδρωπίνους ζηλῶν καὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς τοὺς ἀγαθούς, εἰς ἐκείνους ἀποβλέψας, οἷα ἔκγονα ἑαυτῶν καταλείπουσιν. Nemo negabit, haec verba optime se habere; sed num eo ordine, quo Plato ea exhibuit, cum sensum habere possint, quem Stallbaumius putat, alia quaestio est, quam certe addubitare licet. Rückertus commate post Ἡσίοδον posito prius membrum enuntiati esse censet καὶ εἰς Ὅμηρον ἀποβλέψας καὶ Ἡσίοδον, alterum καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς τοὺς ἀγαθοὺς ζηλῶν. Quamquam haec explicandi ratio admodum nobis placet, tamen esse aliquid censemus, quod merito vituperetur. Non recte enim dici arbitramur καὶ εἰς Ὅμηρον ἀποβλέψας καὶ Ἡσίοδον pro καὶ εἰς Ὅμηρον ἀποβλέψας καὶ εἰς Ἡσίοδον. Igitur post ἀποβλέψας comma ponendum curavimus, quo efficitur, ut cum admiratione aliquis dicatur ad Homerum respicere, atque Hesiodum ceterosque poëtas bonos cum invidia quadam prosequi.

εἰ δὲ βούλει, ἔφη, οἵους Λυκοῦργος. Brevius hic locuta est Diotima quippe supplenda auditoribus relinquens, quae facillime suppleri poterant: εἰ δὲ βούλει, ζηλῶν Λυκοῦργον, οἵους παῖδας κ. τ. λ. Ceterum assimilationem generis, de qua supra dictum est annotat. p. 286., hoc loco admissam arbitror. Primitus neutrum genus relativi Plato in mente habuit, cui παῖδας adiungeret appositionem. Post elegantiae studio genus relativi mutavit, idque ad sequentis nominis genus direxit. — Pro κατελίπετο vulgo κατελείπετο legitur. Recte illud recentiores editores e codicum auctoritate in verborum ordinem receperunt.

ὧν καὶ ἱερὰ πολλά. cfr. Wachsmuths Hellen. Alterthumsk. II. 2. p. 155.

ταῦτα μὲν οὖν — κἂν σὺ μνησθείης h. e. quae hucusque dicta sunt de

τοιούτους παῖδας, διὰ δὲ τοὺς ἀνθρωπίνους οὐδενός πω.

Cap. XXVIII.

Ταῦτα μὲν οὖν τὰ ἐρωτικὰ ἴσως, ὦ Σώκρατες, κἂν σὺ μυηθείης· τὰ δὲ τέλεα καὶ ἐποπτικά, ὧν ἕνεκα καὶ ταῦτα ἔστιν, ἐάν τις ὀρθῶς μετίῃ, οὐκ οἶδ', εἰ οἷός τ' ἂν εἴης. ἐρῶ μὲν οὖν, ἔφη, ἐγὼ καὶ προθυμίας οὐδὲν ἀπολείψω· πειρῶ δὲ ἕπεσθαι, ἂν οἷός τε ᾖς. δεῖ γάρ, ἔφη, τὸν ὀρθῶς ἰόντα ἐπὶ τοῦτο 210

Erote, eorum tu quoque mysta factus es fortasse. Iam iis, quae Diotima protulit, τὰ τέλεα καὶ ἐποπτικά opponuntur, ut facillime intelligatur, quid sub verbo ταῦτα intelligendum sit. Nimirum cum illa verba ipsa arcana significent, ad quae spectanda, qui mystae esse cupiunt, non admittuntur, nisi ante quinquennali purificatione, quam κάθαρσιν Graeci vocant s. καθαρμόν, ad rem idonei facti sint, ταῦτα ipsam illam κάθαρσιν denotare consentaneum est. Quinque autem fuerunt, ut Theo Smyrnaeus narrat Mathem. p. 18. initiationis gradus, quorum primus καθαρμός vocatus est, secundus ἡ τῆς τελετῆς παράδοσις, tertius ἐποπτεία, quartus ἀνάδεσις καὶ στεμμάτων ἐπίθεσις, quintus τὸ θεοφιλὲς καὶ θεοῖς συνδίαιτος εὐδαιμονία. Harum graduum verisimile est singulum quemque annum unum sibi exegisse.

οὐκ οἶδ', εἰ οἷός τ' ἂν εἴης. Hic quoque e mysteriis similitudo petita est. Haud raro enim, qui mystae fieri cuperent atque arcana spectare, priusquam quinquennium praeterlapsum esset, impatientes morae consilium mutabant atque a proposito abhorrebant. cfr. Plat. Phaed. p. 69. C. εἰσὶ γὰρ δή, φασὶν οἱ περὶ τὰς τελετάς, ναρθηκοφόροι μὲν πολλοί, βάκχοι δέ τε παῦροι. Ut autem melius intelligas, quo iure doctrinam de Erote Diotima cum mysteriis comparet, pergit Socrates l. c.: οὗτοι δ' εἰσὶ κατὰ τὴν ἐμὴν δόξαν οὐκ ἄλλοι ἢ οἱ πεφιλοσοφηκότες ὀρθῶς. ὧν δὴ καὶ ἔγωγε κατά γε τὸ δυνατὸν οὐδὲν ἀπέλιπον ἐν τῷ βίῳ, ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ προὐθυμήθην γενέσθαι. εἰ δὲ ὀρθῶς προὐθυμήθην καὶ τι ἠνυσάμην, ἐκεῖσε ἐλθόντες τὸ σαφὲς εἰδόμεθα, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ, ὀλίγον ὕστερον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. Comparat igitur Diotima rei insequentis difficultatem cum quinquennii illius molestia, atque, ut mystae impatientes morae, ita ne Socrates difficultate rei ab audiendo deterreatur, vereri se indicat.

πειρῶ δὲ ἕπεσθαι. Ἕπεσθαι verbum saepissime adhibet Plato, ubi auditores excitari significaturus est, ut attentius au-

τὸ πρᾶγμα ἄρχεσθαι μὲν νέον ὄντα ἰέναι ἐπὶ τὰ καλὰ σώματα, καὶ πρῶτον μὲν, ἐὰν ὀρθῶς ἡγῆται ὁ ἡγούμενος, ἑνὸς αὐτὸν σώματος ἐρᾶν καὶ ἐνταῦθα

diant accuratiusque, quae doceantur, percipiant. Petitum autem hoc verbum est e mysteriis, ubi ducentibus ad arcana spectanda iis, qui περὶ τὰς τελετὰς erant, mystae sequi iubebantur.

ἄρχεσθαι μὲν νέον ὄντα. Recte Ficinus verba reddidit: Oportet eum, qui ad hoc recto sit tramite progressurus, statim ab adolescentia pulcra corpora contemplari, et primum quidem, si modo recte ducatur, unum corpus amare. Ceterum Sydenhamius, quem Wolfius laudat, optime annotat: Der Grund hiervon ist der, weil das innere Auge sich zur Empfindung der Schönheit eben so öffnet, als zur Erkenntniss der Natur. Unsere Seele fängt immer bei einem einzelnen sinnlichen Gegenstande an, geht dann zu einem andern fort, vergleicht beide, und sieht in iedem das, was beide gemein haben. So fährt sie fort, sammelt und vergleicht mehrere andere Individuen dieser Gattung, bis sie in allen diesen Individuen einerlei Idee, eine und ebendieselbe Natur wahrnimmt. So gelangt sie endlich zu einem vollständigen Begriffe dieser sowohl den Arten als der Gattung selbst gemeinschaftlichen Natur, iener ewigen und unveränderlichen Idee, die eine und ebendieselbe in allen ist. Insequentibus singuli gradus percensentur, quibus initiari debeat is, qui ceteram pulcri ideam concepturus sit. Itaque Diotima, Stallbaumius inquit annotat. ad h. l., primum ait initiationis illius gradum esse, quo ad unum nos applicemus corpus pulcritudine insigne, ex eoque virtutem et bonorum sermonum fructum procreare studeamus. Secundum esse hunc, ut non unum aliquod corpus amemus, sed omnia, quae emineant pulcritudine, corpora amore complectamur. Tum progrediendum esse ad consectandam animi pulcritudinem, prae qua corporis forma omnino contemnenda sit atque id agendum, ut, quod in moribus, legibus, institutis pulcrum sit, id animadvertatur atque diligatur. Denique perveniri ad sapientiae atque philosophiae studium et amorem, quo qui incensi sint, eos demum ait intueri pulcritudinis verae, constantis atque aeternae divinam formam atque imaginem.

ἑνὸς αὐτὸν σώματος ἐρᾶν. Bekkerus e quinque codicibus edidit ἑνὸς αὐτῶν σώματος ἐρᾶν, quae scriptura, ut Stallbaumius atque Rückertus iam monuerunt, nullo modo ferri potest. Pronominis repetitio primo obtutu molesti quid habere videtur in verbis ἔπειτα δὲ αὐτὸν κ. τ. λ., re accuratius perpensa repetitum videbis, quo và-

γεννᾶν λόγους καλούς· ἔπειτα δεῖ αὐτὸν κατανοῆσαι, ὅτι τὸ κάλλος τὸ ἐπὶ ὁτῳοῦν σώματι τῷ ἐπὶ ἑτέρῳ B
σώματι ἀδελφόν ἐστι, καὶ εἰ δεῖ διώκειν τὸ ἐπ'

lidius graduum enumeratio emineret, alterque ab altero significantius discerneretur. Et quum in huiusmodi singularum rerum, quarum altera ab altera accurate seiungenda est, usitata prope sit verbi finiti repetitio non dubitavimus praeclaram Stallbaumii coniecturam, quae et a facilitate commendatur, in ordinem verborum recipere, atque δεῖ pro δέ exhibere: ἔπειτα δεῖ αὐτὸν κατανοῆσαι. Verba autem quod attinet: ἑνὸς αὐτὸν σώματος ἐρᾶν, quoniam praecedentibus adiunguntur, non tanquam novi gradus significatio iisdem opponuntur, αὐτόν pronomen nobis quoque admodum displicet, ut Bekkero displicuit, ex cuius scriptura ernimus, quod unice verum esse videtur: ἑνὸς αὖ τῶν σωμάτων ἐρᾶν. Αὖ particula, ut supra indicavimus annotat. p. 209., e superioribus aliquid supplendum esse docet, ut expletior oratio audiat: πρῶτον μὲν δεῖ τὸν ὀρθῶς ἰόντα ἐπὶ τοῦτο τὸ πρᾶγμα ἑνὸς τῶν σωμάτων ἐρᾶν.

ὅτι τὸ κάλλος — ἀδελφόν ἐστι. Ἀδελφόν rarius cum dativo casu coniunctum reperitur, quam cum genitivo; in caussa hoc esse arbitror, quod rarius tropico, quem vocant, quam proprio sensu exhibetur. Substitutum h. l. est ἀδελφόν nomen in ὅμοιον s. ὁμοιότατον verbi locum ideoque eius casum adscivit.

τὸ ἐπ' εἴδει καλόν. Wyttenbachius ad Eunap. Vol. II. p. 247. h. l. dicit τὸ ἐπ' εἴδει καλόν dialectice dici pulcrum in specie, quae generi opponatur. Cui assentitur Stallbaumius. Male, si quid video. Est enim pulcritudo, quae in forma est atque sensibus percipitur. Hinc etiam εἰ δεῖ διώκειν dictum ὑποθετικῶς. Rückert. Schleiermacherus verba reddidit: und es also, wenn er dem in der Idee schönen nachgehen soll, grosser Unverstand wäre cet. Schulthessius: und weil doch das Schöne der Gesammtgattung angestrebt werden müsse cet. Recte Wyttenbachius et Stallbaumius verba ceperunt. Ficinus habet: Et si sequi decet, quod in specie pulcrum, absurdum est cet.

καὶ εἰ δεῖ διώκειν — κάλλος. His verbis tertius gradus continetur, ut quinque etiam eroticae initationis gradus nominentur. Vide annotat. p. 301. Sed haec verba tanquam alicuius gradus significationem Plato non attulit, ne nimis, opinor, singulorum membrorum similitudine oratio laboraret. Proprie scribendum erat: ἔπειτα δεῖ αὐτὸν ἓν τε καὶ ταὐτὸν ἡγεῖσθαι τὸ ἐπὶ πᾶσι τοῖς σώμασι κάλλος καὶ διώκειν αὐτὸ ὂν ἐπ' εἴδει καλόν. Sed quoniam hoc genus dicendi praecedenti enuntiato simillimum est, verens scriptor, ne nulla varietas esset orationis, conditionali particula addita id genus dicendi exhibuit, quod in libris comparet. Quae autem sequuntur, τοῦτο δ' ἐν-

εἶδει καλὸν, πολλὴ ἄνοια μὴ οὐχ ἕν τε καὶ ταὐτὸν ἡγεῖσθαι τὸ ἐπὶ πᾶσι τοῖς σώμασι κάλλος· τοῦτο δ' ἐννοήσαντα καταστῆναι πάντων τῶν καλῶν σωμάτων ἐραστὴν, ἑνὸς δὲ τὸ σφόδρα τοῦτο χαλάσαι καταφρονήσαντα καὶ σμικρὸν ἡγησάμενον· μετὰ δὲ ταῦτα τὸ ἐν ταῖς ψυχαῖς κάλλος τιμιώτερον ἡγήσασθαι τοῦ ἐν τῷ σώματι, ὥστε καὶ, ἂν ἐπιεικὴς ὢν τὴν ψυχήν τις

νοήσαντα καταστῆναι rursum ad verborum praecedentium ἔπειτα δεῖ αὐτὸν κατανοῆσαι exemplar conformata sunt, quartum gradum eroticae initiationis exprimentia, ut expletior oratio audiat: ἔπειτα δεῖ αὐτὸν ἐννοήσαντα καταστῆναι κ. τ. λ.

ἑνὸς δὲ τὸ σφόδρα τοῦτο. Ἑνός sc. καλοῦ σώματος. Sensus est: nimium autem illum unius corporis amorem, (quo de supra dictum est p. 210. A. καὶ πρῶτον μὲν — ἑνὸς αὖ τῶν σωμάτων ἐρᾶν et quem quotidie videre licet,) cum contemtu remittere oportet. Minus apte Rückertus annotat ad h. l.: *quod autem τοῦτο posuit, eo factum, quia cum Socrate loquitur Diotima; est enim eadem εἰρωνεία, quam ubique Socrates usurpat Platonicus, ut ad amorem puerorum propensiorem se esse simulet.* Tantum enim abest, ut propensiorem Socrates se ostendat Diotimae his verbis laudatis ad puerorum amorem, ut potius cur non sit, et esse nolit, eius rei rationem indicatam habeas. Prorsus autem rei intelligentiam Rückertus pervertit, de puerorum amore hic cogitans. Ἑνὸς τὸ σφόδρα τοῦτο potius ad utrumque sexum pertinet, atque sive femina sit sive puer qui ametur, unius amor (die ausschliessliche Liebe eines Gegenstandes) vituperatur.

ὥστε καὶ ἂν — καὶ σμικρὸν ἄνθος ἔχῃ. Vulgo ἐάν additur ante σμικρόν. Annotat Stallbaumius ad h. l.: Horum verborum constructio quam valde laboret, etiamsi non observaverint interpretes, tamen vel mediocri animi attentione neminem potest latere. Quum enim ὥστε καί referendum sit ad ἐξαρκεῖν αὐτῷ, apparet eorum verborum, quae interiecta sunt, rationem ἐάν bis illato mirifice perturbari. Neque tamen medicina longe petenda est. Deleto enim altero ἐάν omnia sarta tecta erunt. Nam ita καὶ σμικρόν positum, ut Plat. Criton, c. V. extr. εἴ τι καὶ σμικρὸν ἡμῶν ὄφελος ἦν et sexcentis aliis locis. Idem de hoc loco nuper visum esse Astio non sine animi laetitia video. Sententia igitur haec est: si quis proba sit animi indole et vel tantillum pulcritudine corporis floreat. — Multo probabilior et verisimilior haec coniectura est, quam Sommeri commentum, qui ὦν participium in ᾖ immutandum censuit. Pro ἐάν, quod ante ἐπιεικής positum reperitur multis in codicibus, vulgo ἄν legitur, quod Bekkerus in ordinem verborum recepit, quem

καὶ [ἐὰν] σμικρὸν ἄνθος ἔχῃ, ἐξαρκεῖν αὐτῷ καὶ ἐρᾶν C
καὶ κήδεσθαι καὶ τίκτειν λόγους τοιούτους καὶ ζητεῖν,
οἵτινες ποιήσουσι βελτίους τοὺς νέους, ἵνα ἀναγκασθῇ
αὖ θεάσασθαι τὸ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ τοῖς νόμοις
καλὸν, καὶ τοῦτο ἰδεῖν, ὅτι πᾶν αὐτὸ αὑτῷ ξυγγενές
ἐστιν, ἵνα τὸ περὶ τὸ σῶμα καλὸν σμικρόν τι ἡγήσηται εἶναι· μετὰ δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα ἐπὶ τὰς ἐπιστήμας

secuti sumus, ut esset, cur scribae non intelligentes huius vim particulae ante σμικρόν ἐάν inseruerint.

καὶ τίκτειν λόγους τοιούτους καὶ ζητεῖν. Verba καὶ ζητεῖν Astius ineptum glossema habet, neque quicquam post τίκτειν λόγους τοιούτους locum habere arbitratur, quam καὶ ἐκτρέφειν. Quod verbum si compareret in libris, a nemine non probaretur; sed habet etiam ζητεῖν, quo sese lectori commendet. Stallbaumius ζητεῖν verbi patrocinium suscipiens, Diotima, inquit, hoc dicit: talem amatorem non modo ipsum parere quasi et ex se procreare, sed etiam aliunde quaerere et investigare eiusmodi sermones, qui iuvenes reddant meliores. Quibus verbis significatur maxima hominis contentio et studium, qui alteri omnibus modis prodesse cupiat. Recte.

οἵτινες ποιήσουσι. Haud raro Graeci scriptores futuro tempore utuntur, quo significent, aliquid haud dubie futurum esse atque fere necessaria de caussa: welche die Jünglinge besser machen müssen.

ἵνα ἀναγκασθῇ — ἵνα τὸ περὶ κ. τ. λ. Ἵνα particulae repetitio hoc loco satis molesta est. Huiusmodi repetitiones admittuntur quidem a scriptoribus, sed eo fine, qui a nostro loco alienissimus est. Nimirum quando eom gravitate singulae alicuius rei actionisve partes enumerandae sunt, haud raro scriptores voculis πρῶτον μέν — ἔπειτα s. ἔπειτα δέ utuntur. Hae partes, ubi per finales particulas inferuntur, haud raro etiam illae voculae omittuntur, atque particula finalis repetitur. Vide Iud. s. v. Repetitio. Quam aliena haec dicendi ratio a nostro loco sit, sponte intelligitur. Hinc Astio assentimur, ἵνα posterius expungenti, quod quomodo in ordinem verborum irrepserit, facillime potest indicari. Praecedit enim ἐστί, quod ν ἐφελκυστικόν ante interpunctionem assumsit, cuius vocabuli syllaba finalis incuria scribarum duplicata ansam dedit corruptioni. Totum locum Astius sic scribi iubet: ἵνα ἀναγκασθεὶς αὖ θεάσασθαι τὸ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ τοῖς νόμοις καλὸν καὶ τοῦτ' ἰδεῖν, ὅτι πᾶν αὐτὸ αὑτῷ ξυγγενές ἐστι, τὸ περὶ τὸ σῶμα καλὸν σμικρόν τι ἡγήσηται εἶναι. Neque probamus Stallbaumianum argumentum, quo dicitur admissa coniectura Astii totius sententiae ratio perversa esse. Quippe ita, Stall-

ἀγαγεῖν, ἵνα ἴδῃ αὖ ἐπιστημῶν κάλλος, καὶ βλέπων
D πρὸς πολὺ ἤδη τὸ καλὸν, μηκέτι τὸ παρ' ἑνὶ, ὥσπερ
οἰκέτης, ἀγαπῶν, παιδαρίου κάλλος ἢ ἀνθρώπου τινὸς

baumius inquit, *ea pars enuntiati, quae continet rei longe gravissimae significationem, participio indicatur, altera, quae rem minoris momenti denotat, per verbum finitum exprimitur.* De hoc verborum structura vide Indices s. v. Participium.

μετὰ δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα — ἀγαγεῖν. *Hic ut taceam tot verbis interpositis denuo novam periodum ab illo δεῖν in principio posito suspensam, nonnihil offensionis habere, illud vix excusare possum, quod subiectum etiam mutavit Plato, atque ab eo, qui ducitur, transiliit ad eum, qui ducis et magistri personam agit. Est enim plena sententia: δεῖ τὸν ἡγούμενον ἀγαγεῖν αὐτὸν κ. τ. λ.* Hoc Rückerti iudicium est, quod esse suspicor qui probaturi sint. Nobis neque δεῖ verbi omissio incommoda est, neque vero subiecti mutatio excusatione indigere videtur. Sunt enim verba magis ad sententiam, quam ad grammaticam subtilitatem conformata. Atque mirari non possumus, hoc loco pro eo, qui initiandus sit, eum commemorari, cui iuvenilium animorum initiatio sit commissa, cum idem etiam in praecedentibus commemoretur. cfr. p. 210. A. δεῖ γὰρ, ἔφη, τὸν ὀρθῶς ἰόντα ἐπὶ τοῦτο τὸ πρᾶγμα ἄρχεσθαι μὲν νέον ὄντα ἰέναι ἐπὶ τὰ καλὰ σώματα, καὶ πρῶτον μὲν, ἐὰν ὀρθῶς ἡγῆται ὁ ἡγούμενος, ἑνὸς αὖ κ. τ. λ.

μηκέτι τὸ παρ' ἑνὶ ὥσπερ οἰκέτης ἀγαπῶν. His verbis inesse quod minus bene habeat, statim lectores intelligent. Bastius δουλεύων ineptum glossema habet, quod οἰκέτης verbi explicandi caussa margini olim adscriptum post in ordinem verborum irrepserit. In aliquot codicibus pro μηκέτι τό legitur μηκέτ' ἴτω, unde Bekkerus atque Schleiermacherus scribendum censuerunt μηκέτι τῷ. Astius scribendum coniecit: μηκέτι τὸ παρ' ἑνὶ, ὥσπερ οἰκέτης, ἀγαπῶν κάλλος, ἢ ἀνθρώπου τινὸς ἢ ἐπιτηδεύματος ἑνὸς, κ. τ. λ. Vulgo verba hoc modo interpunguntur: πρὸς πολὺ ἤδη τὸ καλὸν, μηκέτι τὸ παρ' ἑνὶ, ὥσπερ οἰκέτης ἀγαπῶν παιδαρίου, κάλλος, ἢ ἀνθρώπου τινὸς κ. τ. λ. Stallbaumius ad h. l. Nihil, inquit, mutandum videtur praeter interpunctionem, quam ubi emendaveris in hunc modum: καὶ βλέπων πρὸς πολὺ ἤδη τὸ καλὸν, μηκέτι τὸ παρ' ἑνὶ, ὥσπερ οἰκέτης, ἀγαπῶν παιδαρίου κάλλος κ. τ. λ., haud scio an omnia satis expedita futura sint. Nam ad τὸ παρ' ἑνὶ, quod connectendum est cum ἀγαπῶν, rursum intelligas καλόν. Apte vero additur ὥσπερ οἰκέτης, quoniam, qui unius tantum admiratur pulcritudinem, is ei tanquam servus quasi emancipatus videtur. Porro nihil habent offensionis, quae deinceps sequuntur: παιδαρίου κάλλος — ἐπιτηδεύματος ἑνός, quae nemo est, quin videat, apposita esse

ἢ ἐπιτηδεύματος ἑνὸς, δουλεύων φαῦλος ἢ καὶ σμικρολόγος, ἀλλ' ἐπὶ τὸ πολὺ πέλαγος τετραμμένος τοῦ καλοῦ καὶ θεωρῶν πολλοὺς καὶ καλοὺς λόγους καὶ μι-

praecedenti τὸ παρ' ἑνί explicationis gratia, ita ut pro τὸ καλόν nunc dicatur universe κάλλος. Denique nec participiorum cumulatio quidquam habet, quod ab loquendi consuetudine alienum sit. Nam βλέπων πρὸς πολὺ τὸ καλόν arcte cohaeret cum μηκέτι τὸ παρ' ἑνὶ ἀγαπῶν, atque indicat modum et rationem, qua fiat, ut amator non amplius unius tantum admiretur pulcritudinem. δουλεύων autem referendum est ad φαῦλος ἢ καὶ σμ., ita ut idem sit, quod διὰ τὸ δουλεύειν. Quocirca sententiam verborum sic fere reddiderim: post studia illa ad scientiae genera adducendus est, ut sapientiae intueatur pulcritudinem, atque eo, quod latissimum pulcri campum spectat, non iam unius, sicuti servus, admiretur pulcritudinem eaque servitute vilis existat et pusillus, sed ad immensum pulcritudinis mare conversus etc. Haec egregia verborum explicatio est, qua et codicum lectionem servatam, et Platonis ingenio haud indignam sententiam repertam habes. Unum tantummodo est, quod in hac verborum explicatione minus nobis placeat, οἰκέτης nomen. Satis apertum esse reor, Platonem, si servilem conditionem eius describere voluerit, qui unius hominis vel rei admiratione atque amore captus teneatur, δοῦλος non οἰκέτης nomen adhibiturum fuisse. Sic infra p. 219. E. καταδεδουλώμενός τε ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου ὡς οὐδεὶς ὑπ' οὐδενὸς ἄλλου περιῇα κ. τ. λ., cui innumeros alios locos addere possemus, quibus proburetur, ad servilem conditionem describendam Platonem nusquam οἰκέτης vocabulo usum esse. Scribendum est autem pro οἰκέτης nomine ὁ ἱκέτης, quae vocabula passim confusa esse Iacobsius monuit annotat. ad Meleagri epigr. XXXII. v. 2. De ἱκέτης vocabulo amatorem unius hominis describente, vide Excurs.

ἐπὶ τὸ πολὺ πέλαγος τετραμμένος τοῦ καλοῦ. Ficinus verba convertit: verum in profundum pulchritudinis se pelagus mergat. Stallbaumius exhibet: sed ad immensum pulcritudinis mare conversus. — Videtur nemo interpretum verbis offensus esse τὸ πολὺ πέλαγος, quae sane, praesertim cum praecedat καὶ βλέπων πρὸς πολὺ ἤδη τὸ καλόν, nimis ponderose prolata sunt. Satis erat dixisse ἐπὶ τὸ πέλαγος τοῦ καλοῦ vel ἐπὶ τὸ πολὺ τοῦ καλοῦ. Utrumque verbum h. l. adhibetur prorsus eodem modo, quo ἄλλος cum nomine aliquo coniungitur. Ceterum apte conferri iubet Stallbaumius Plut. Quaest. Plat. p. 1001. E. τὸ δὲ μέγιστον, αὐτὸς ἐν Συμποσίῳ διδάσκων, πῶς δεῖ τοῖς ἐρωτικοῖς χρῆσθαι, μετάγοντα τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν καλῶν ἐπὶ τὰ νοητὰ, παρεγγυᾷ μήτε σώματός τινος μήτ' ἐπι-

γαλοπρεπεῖς τίκτῃ καὶ διανοήματα ἐν φιλοσοφίᾳ ἀφθόνῳ, ἕως ἂν ἐνταῦθα ῥωσθεὶς καὶ αὐξηθεὶς κατίδῃ τινὰ ἐπιστήμην μίαν τοιαύτην, ἥ ἐστι καλοῦ τοιοῦδε.

B Πειρῶ δέ μοι, ἔφη, τὸν νοῦν προσέχειν ὡς οἷόν τε μάλιστα.

Cap. XXIX.

Ὃς γὰρ ἂν μέχρι ἐνταῦθα πρὸς τὰ ἐρωτικὰ παιδαγωγηθεύματος μήτ' ἐπιστήμης καλλει μᾶς ὑποτεάχθαι καὶ δουλεύειν, ἀλλ' ἀποστάντα τῆς περὶ ταῦτα μικρολογίας ἐπὶ τὸ πολὺ τοῦ καλοῦ πέλαγος τρέπεσθαι.

Θεωρῶν — τίκτῃ καὶ διανοήματα κ. τ. λ. Ficinus exhibet in conversione: ubi ipso intuitu multas praeclaras atque magnificas rationes intelligentiasque in philosophia abunde pariat. Astius, ἀφθόνῳ verbo offensus, ἄφθονα scribendum coniecit. Nobis transpositione verborum opus esse videtur propterea, quod praecedens θεωρῶν participium sequente accusativo, qui ad id non pertineat, satis inepto loco positum videtur. Supplendum censent ad θεωρῶν interpretes αὐτό, sed supplemento illo ordo verborum θεωρῶν πολλοὺς καὶ καλοὺς λόγους καὶ μεγαλοπρεπεῖς haud excusabilior redditur. Scribendum igitur videtur esse: ἀλλ' ἐπὶ τὸ πολὺ πέλαγος τετραμμένος ποῦ καλοῦ καὶ θεωρῶν πολλοὺς καὶ καλοὺς λόγους καὶ διανοήματα τίκτῃ ἐν φιλοσοφίᾳ ἀφθόνῳ. Sensus est: sed ut conversus ad immensam pulcritudinis copiam atque intuens pulcrorum atque praeclarorum sermonum immensam materiem (vide annotat. p. 333.) pariens sit in philosophia ditissima. De verborum transitivorum absoluto usu, quo nostro loco τίκτῃ dicitur pro τίνων ᾖ, saepius iam diximus. Vide Indices.

τινὰ ἐπιστήμην μίαν τοιαύτην h. e. scientiam eam, quae est ideae pulcritudinis, ad quam cognoscendam Socratem Diotima adhortatur ut animo attento esse studeat. Ceterum κατίδῃ minus apte Schleiermacherus reddidit: bis er erblicke; κατιδεῖν est potius: mit dem Blicke erfassen, agnoscendique notionem videndi notioni addit. Sic p. 172. A. legitur τῶν οὖν γνωρίμων τις ὄπισθε κατιδών με πόρρωθεν ἐκάλεσε κ. τ. λ. h. e.: einer meiner Bekannten, der mich von hinten sah und erkannte. Paullo infra p. 210. E πρὸς τέλος ἤδη ἰὼν τῶν ἐρωτικῶν ἐξαίφνης κατόψεταί τι θαυμαστόν κ. τ. λ.

μέχρι ἐνταῦθα. Sic libri meliores omnes pro vulgato μέχρις. Quod enim Phrynichus p. 6., Herodian. Philet. p. 451., alii grammatici veteres, μέχρι et ἄχρι tanquam Atticum probant,

γηθῇ, θεώμενος ἐφεξῆς τε καὶ ὀρθῶς τὰ παλὰ, πρὸς τέλος ἤδη ἰὼν τῶν ἐρωτικῶν ἐξαίφνης κατόψεταί τι θαυμαστὸν τὴν φύσιν καλὸν, τοῦτο ἐκεῖνο, ὦ Σώκρατες, οὗ δὴ ἕνεκεν καὶ οἱ ἔμπροσθεν πάντες πόνοι ἦσαν, πρῶτον μὲν ἀεὶ ὂν καὶ οὔτε γιγνόμενον οὔτε ἀπολλύμε- 211
νον, οὔτε αὐξανόμενον οὔτε φθῖνον, ἔπειτα οὐ τῇ μὲν καλὸν, τῇ δ' αἰσχρὸν, οὐδὲ τοτὲ μὲν, τοτὲ δ' οὔ, οὐδὲ πρὸς μὲν τὸ καλὸν, πρὸς δὲ τὸ αἰσχρὸν, οὐδ' ἔνθα

μέχρις autem et *ἄχρις* improbant, id verissime dictum esse testantur Platonis codices meliores omnes, qui tanto consensu tantaque constantia ea de re consentiunt, ut vix sex septemve apud Platonem loci reperiantur, ubi altera forma communi firmetur librorum consensione. Nam quae Heindorfius ad Plat. Gorg. p. 137. collegit, ea nunc omnia ex codicibus emendata sunt. Stallb.

θεώμενος ἐφεξῆς τε καὶ ὀρθῶς h. e. die Grade des Schönen in seiner Folge und Richtigkeit. De τὰ pronomine indefinito, adiectivis nominibus vel praefixo vel postposito, Matthiaeus disseruit Gramm. ampl. §. 487. 4. p. 911., ubi et noster locus laudatus est.

πρὸς τέλος ἤδη ἰών. Πρὸς τέλος ἰέναι dicebantur ii, qui superatis gradibus tandem ad spectanda arcana admittebantur. Hinc factum esse videtur, ut ipsa illa arcana, quorum caussa multi labores suscipiendi erant, *τῶν τελῶν* nomine insignirentur. Rectissime Wachsmuthius Hellen. Alterthumsk. I, 1. p. 324. annotat: Die Grundbedeutung des vielsagenden Wortes *τέλος* ist nicht die des Endes, als der eintretenden Nichtigkeit von etwas Vorhandenem, des Eintritts einer Leere statt der früheren Fülle, sondern vielmehr, kraft der Ableitung von *τέλλω* (zum Dasein kommen, hervorwachsen, reifen) der Begriff, dass etwas sich verwirkliche, zu dem Stande der Reife komme, sein Ziel erreiche, seinen Zweck erfülle.

τοῦτο ἐκεῖνο sc. *ἐστίν*. Diotima nunc de pulcri idea locutura, cuius caussa tota oratio suscepta est, *τοῦτο* pronomine demonstativo recte utitur. *Ἐκεῖνο* addit, ut significet, eiusdem pulcri ideae iam prius mentionem factam esse. Hinc *ἦσαν* explicatur, imperfectum tempus. Significat enim: cuius caussa esse diximus labores omnes. Ut Graeci *τοῦτο ἐκεῖνο*, ita Latini hoc illud adhibent haud raro, atque interdum satis cum acrimonia; cfr. Terent. Andr. A. I. sc. 1. v. 97.

Quae sit, rogo. Sororem aiunt esse Chrysidis.
Percussit illico animum. Atat hoc illud est,
Haec illae lacrymae, haec illast misericordia.

πρῶτον μὲν ἀεὶ ὂν καὶ οὔτε κ. τ. λ. Satis notum est, atque etiam vernaculi sermonis

μὲν καλὸν, ἔνθα δὲ αἰσχρὸν, ὡς τισὶ μὲν ὂν καλὸν, τισὶ δὲ αἰσχρόν· οὐδ' αὖ φαντασθήσεται αὐτὸ [τὸ καλὸν] οἷον πρόσωπόν τι οὐδὲ χεῖρες οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν ὧν σῶμα μετέχει, οὐδέ τις λόγος οὐδέ τις ἐπιστήμη, οὐδέ που ὂν ἐν ἑτέρῳ τινὶ, οἷον ἐν ζώῳ ἢ ἐν γῇ ἢ ἐν
B οὐρανῷ ἢ ἔν τῳ ἄλλῳ, ἀλλὰ αὐτὸ καθ' αὑτὸ μεθ' αὑτοῦ μονοειδὲς ἀεὶ ὄν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα καλὰ ἐκείνου μετέχοντα τρόπον τινὰ τοιοῦτον, οἷον γιγνομένων τε τῶν ἄλλων καὶ ἀπολλυμένων μηδὲν ἐκεῖνο μήτε τι

probatur exemplis, duas res, quarum altera alterius explicatio sit, copula adhibita haud raro arcte coniungi. Huius usus exempla si quaeris, Indices adi s. v. καί explicativum. Sententiam quod attinet, cfr. Cic. Orat. c. 3. Has rerum formas appellat ideas — Plato, easque gigni negat, et sit semper esse, ac ratione et intelligentia contineri, cetera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutius esse uno et eodem statu.

οὐδὲ πρὸς μὲν τὸ καλόν. Haec verba ut vulgo exhibentur, articulo gravi insignito, aliquid incommodi habent; quis est enim, qui non censeat, si τὸ καλόν exhibitum est, articulum cum nomine subsequente coniungendum esse? Idem cadit in verba τὸ αἰσχρόν, quae paullo infra leguntur. Gravem igitur in acutum immutavimus, quem etiam exigit pausa, quae, si recte haec verba recitaveris, post οὐδὲ πρὸς μὲν τό comparebit. Ceterum πρὸς μὲν τό, πρὸς δὲ τό duplicem rationem indicant, qua res terrestres spectari licet, ideam pulcri spectari non licet.

οὐδ' αὖ φανταςθήσεται αὐτὸ [τὸ καλόν]. Bekkerus, quem Dindorfius et Rückertus secuti sunt, e codicibus, ut videtur, αὐτῷ pro αὐτό edidit. Hoc αὐτῷ, Stallbaumius inquit, probare noli. Intelligitur enim ipsa pulcri species et forma. — Recte; sed minus nobis placet τὸ καλόν, quod, quam facile potuerit ab eo, qui αὐτό recte intelligeret, in ordinem verborum inferri, statim apparet. Αὐτό autem prorsus eodem modo positum esse videtur, ut p. 210. E. τοῦτο ἐκεῖνο, οὗ δὴ ἕνεκεν καὶ οἱ ἔμπροσθεν πάντες πόνοι ἦσαν. Uncis igitur inclusimus verba τὸ καλόν.

ἀλλ' αὐτὸ καθ' αὑτὸ μεθ' αὑτοῦ. Apte Schleiermacherus verba reddidit: sondern an und für sich und in sich überall dasselbe seiend.

τὰ δὲ ἄλλα πάντα — πάσχειν μηδέν. Dicuntur omnia, quae in terris pulcra vocantur, sensibusque subiecta sunt, non ipsa ideam esse pulcri, sed cum ea cohaerere tantummodo, ut cum haec oriantur atque intereant, illa neque augeatur, neque minuatur, neque ulli mutationi obnoxia sit. Haec μεθέξις τῆς ἰδέας quomodo intelligenda sit, a Stallbaumio explicatum habes annotat. ad h. l.

πλέον μήτε ἔλαττον γίγνεσθαι μηδὲ πάσχειν μηδέν. ὅταν δή τις ἀπὸ τῶνδε διὰ τὸ ὀρθῶς παιδεραστεῖν ἐπανιὼν ἐκεῖνο τὸ καλὸν ἄρχηται καθορᾶν, σχεδὸν ἄν τι ἅπτοιτο τοῦ τέλους. τοῦτο γὰρ δή ἐστι τὸ ὀρθῶς C ἐπὶ τὰ ἐρωτικὰ ἰέναι ἢ ὑπ' ἄλλου ἄγεσθαι, ἀρχόμενον ἀπὸ τῶνδε τῶν καλῶν ἐκείνου ἕνεκα τοῦ καλοῦ ἀεὶ ἐπανιέναι, ὥσπερ ἐπαναβαθμοῖς χρώμενον, ἀπὸ ἑνὸς ἐπὶ δύο, καὶ ἀπὸ δυεῖν ἐπὶ πάντα τὰ καλὰ σώματα, καὶ ἀπὸ τῶν καλῶν σωμάτων ἐπὶ τὰ καλὰ ἐπιτηδεύ-

Quae bona, pulcra, honesta sunt, ea putabat Plato bona, pulcra, honesta facta esse eo, quod referrentur ad ipsam bonitatis, pulcritudinis atque honestatis speciem, eiusque quasi partem aliquam in se continerent.

οἷον γιγνομένων τε τῶν ἄλλων κ. τ. λ. De οἷον sequente infinitivo vide Matth. Gramm. ampl. §. 535. Laudat Stallbaumius Plat. Apol. Socr c. 18. ἐγὼ τυγχάνω ὢν τοιοῦτος, οἷος ὑπὸ τοῦ θεοῦ τῇ πόλει δεδόσθαι. Adde Plat. Protag. p. 330. C. ἔστιν ἄρα τοιοῦτον ἡ δικαιοσύνη οἷον δίκαιον εἶναι. Ibid. p. 330. D πότερον δὲ τοῦτο αὐτὸ τὸ πρᾶγμά φατε τοιοῦτον πεφυκέναι οἷον ἀνόσιον εἶναι ἢ οἷον ὅσιον; ibid. p. 331. A. οὐκ ἄρα ἔστιν ὁσιότης οἷον δίκαιον εἶναι πρᾶγμα, ad quem locum Stallbaumius rectissime, h. e., inquit, τοιοῦτον πρᾶγμα, οἷον δίκαιον εἶναι. — Pro ἐκεῖνο, quae optimorum codicum lectio est, vulgo ἐκείνῳ legitur, quod et Ficinus tuetur: *cetera vero omnia, quae pulcra sunt, illius participatione pulcra, ea scilicet conditione, ut nascentibus et intereuntibus aliis nihil subtrahatur illi aut addatur, neque passionem ullam incurrat.* Bene dativus haberet ἐκείνῳ, si verba abessent μηδὲ πάσχειν μηδέν, quibus additis pleonasmus oriretur hoc loco non ferendus. Igitur ἐκεῖνο unice probandum ducimus.

ὅταν δή τις ἀπὸ τῶνδε Vulgo legitur ὅταν δὲ δή τις, quod Rückertus retinuit, quia defendi posse videatur. Illud Bodleiani codicis lectio, Vatic. unius, Vindobonens. unius, quam Bekkerus, Stallbaumius, alii in textum receperunt. Rem hic tangit Diotima, quae iam in superioribus commemorata est, cfr. p 210. E., ut nullo modo ferri possit δέ particula. ἀπὸ τῶνδε autem ad praecedentia respicit γιγνομένων τε τῶν ἄλλων καὶ ἀπολλυμένων, resque describit, quarum natura mortalis cum immortali idea pulcri aliquam communionem habet.

τοῦτο γὰρ δή ἐστιν. His et sequentibus verbis ratio agendi summatim repetitur, qua uti debeat, qui verus amator esse velit. Eam agendi rationem cum scala comparat Diotima, qua ab imis ad suprema ascenditur. Hinc ἐπανιέναι verbum positum et ἀναβαθμοῖς nomen. In Flo-

ματα, καὶ ἀπὸ τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων ἐπὶ τὰ καλὰ μαθήματα, ἕστ' ἂν ἀπὸ τῶν μαθημάτων ἐπ' ἐκεῖνο τὸ μάθημα τελευτήσῃ, ὃ ἐστιν οὐκ ἄλλου ἢ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ καλοῦ μάθημα, καὶ γνῷ αὐτὸ τελευταῖον ὃ D ἔστι καλόν. ἐνταῦθα τοῦ βίου, ὦ φίλε Σώκρατες, ἔφη ἡ Μαντινικὴ ξένη, εἴ πέρ που ἄλλοθι, βιωτὸν ἀνθρώπῳ, θεωμένῳ αὐτὸ τὸ καλόν. ὃ ἐάν ποτε ἴδῃς,

rentinis aliisque libris non paucis *ἀναβασμοῖς* reperitur, quam scripturam etiam Phrynichi iudicio probatam habes, qui p. 324. *βαθμός*, inquit, *Ἰακὸν διὰ τοῦ θ, διὰ τοῦ σ Ἀττικόν*. Sed ut vulgatum retinuerimus, Lobeckii annotatione factum ad l. c. Prorsus igitur assentimur Stallbaumio et Rückerto, qui *ἀναβαθμοῖς* in textu posuerunt. Ceterum ne parum accurate et initium, a quo exordium facere, et finem, ad quem tendere debeat verus amator, descriptum atque explicatum iudices: numeri diversitate verborum *ἀπὸ τῶνδε τῶν καλῶν ἐκείνου ἕνεκα τοῦ καλοῦ* efficitur, ut de Diotimae voluntate vix dubitare possis. Quae enim in terris pulcra habentur, quoniam multa sunt, plurali numero, contra, quoniam una est eademque semper, idea pulcri singulari numero descripta est.

ἕστ' ἂν — τελευτήσῃ. Primus Stallbaumius monuit, nostrum locum si exceperis, nullum esse Platonis, in quo *ἕστ' ἄν* reperiatur. Hinc sane oritur aliqua *νοθείας* suspicio, quae codicum nonnullorum auctoritate augeri videtur. Etenim Bodleianus, Florentini, aliique libri non pauci pro *ἕστ' ἄν* habent *καί*, quam vocalem ne propter sequentia minus aptam iudices, pro *τελευτήσῃ* in aliquot codicibus *τελευτήσει* legitur. Hinc Stallbaumius scribendum esse suspicatur, *καὶ ἀπὸ τῶν μαθημάτων ἐπ' ἐκεῖνο τὸ μάθημα τελευτήσει*. Sed cum hac scriptura prorsus non convenire videntur, quae sequuntur: *καὶ γνῷ αὐτὸ τελευταῖον ὃ ἔστι καλόν*, quae si velis in *καὶ γνώσεται αὐτὸ τ. ὃ ἔστι καλόν* immutare, monendus es, ne in uno quidem codice aliquam *γνῷ* scripturae varietatem reperiri. Verba convertit Stallbaumius: atque ad extremum cognoscat ipsam pulcritudinis *ἰδέαν*, quod praecedente *καὶ — τελευτήσει* qui probare potuerit, non video. Licet igitur *ἕστ' ἄν* praeter nostrum locum nusquam apud Platonem reperiatur, tamen in textum recipiendum est. *Καί* autem, quod pro *ἕστ' ἄν* in aliquot codicibus comparet, ab iis profectum esse putandum est, qui *ἕστ' ἄν* alias apud Platonem non reperiri intellexissent. Ut nostro loco *ἕστ' ἄν*, ita p. 191. E. *τέως* relative usurpatum habet, quo offendat; neutrum exceptis locis illis apud Platonem reperitur; utrumque autem servandum est, quo magis a Platonica dictione alienum est, eo studiosius. Ceterum *τελευτᾶν*

οὐ κατὰ χρυσίον τε καὶ ἐσθῆτα καὶ τοὺς καλοὺς παῖδάς τε καὶ νεανίσκους δόξει σοι εἶναι, οὓς νῦν ὁρῶν ἐκπέπληξαι, καὶ ἕτοιμος εἶ καὶ σὺ καὶ ἄλλοι πολλοί, ὁρῶντες τὰ παιδικὰ καὶ ξυνόντες ἀεὶ αὐτοῖς, εἴ πως οἷόν τ' ἦν, μήτε ἐσθίειν μήτε πίνειν, ἀλλὰ θεᾶσθαι μόνον καὶ ξυνεῖναι. τί δῆτα, ἔφη, οἰόμεθα, εἴ τῳ γένοιτο αὐτὸ τὸ καλὸν ἰδεῖν εἰλικρινὲς, καθαρὸν, E

ἐπί τι enatum est ex ἔρχεσθαι τελευτῶντα ἐπί τι, quod contractionis genus apud Graecos scriptores frequentissimum.

θεωμένῳ αὐτὸ τὸ καλόν. Recte haec verba a praecedentibus addita interpunctione seiunguntur, continent enim accuratiorem ἐνταῦθα τοῦ βίου verborum explicationem. Sensus est: Si usquam alias vita vitalis est homini, tum est, quum ipsum illud pulcrum intuetur.

οὐ κατὰ χρυσίον h. e. non ad aurum, vestimentum, al. comparandum illud iudicabis. Nam κατά praepositio in talibus similitudinem indicat. Vide Plat. Apol. Socr. init. ὁμολογοίην ἂν ἔγωγε οὐ κατὰ τούτους εἶναι ῥήτωρ. Stallb. Diximus supra de hoc κατά praepositionis significatu annotat. p. 41. Ceterum memorabilis locus est propter verba παῖδάς τε καὶ νεανίσκους. Παίδων enim nomen Attico usu loquendi sufficiebat ad pueros iuvenesque significandos. Nemo autem mirabitur, νεανίσκους etiam commemorari, qui reputaverit, Diotimam, feminam peregrinam, hic loqui. Eadem quaeri potest cur τὰς γυναῖκας τὰς καλὰς non commemoraverit.

οὓς νῦν ὁρῶν ἐκπέπληξαι. Verba effectum animi indicantia aoristo tempore plerumque ponuntur, de quo usu vide annotationem p. 221. Alia tempora admittuntur tum, quum non de re vere facta sermo est, sed animi commotio summa ita tantummodo commemoratur, ut fieri posse vel solere indicetur. Hoc in nostrum locum cadit, ubi praecedente ὁρῶν participio conditio expressa est: quos ut nunc res se habet, si vides, animo percelleris atque paratus es et tu et alii multi, amasios semper videre semperque cum iis esse, si unquam id fieri possit, neque edentes neque bibentes cet. Vides igitur, participia infinitivorum loco, infinitivos participiorum loco positos esse, cuius dicendi usus exempla indicata reperies in Indicibus s. v. Participium.

ἀλλὰ θεᾶσθαι μόνον καὶ ξυνεῖναι. Haec verba grammaticam verborum iuncturam si spectas, e praecedente καὶ ἕτοιμος εἶ καὶ σὺ καὶ ἄλλοι πολλοί apta sunt; quibuscum, si ad sententiam respicis, minus ea convenire senties. Non enim amatores parati promtique sunt solo amasiorum adspectu atque eorum societate delectari, sed

ἄμικτον, ἀλλὰ μὴ ἀνάπλεων σαρκῶν τε ἀνθρωπίνων καὶ χρωμάτων καὶ ἄλλης πολλῆς φλυαρίας θνητῆς, ἀλλ' αὐτὸ τὸ θεῖον καλὸν δύναιτο μονοειδὲς κατιδεῖν;

satis est ipsis amasiorum societas et adspectus. Igitur liberiorem verborum structuram Plato hic admisit, quam et alias in familiari sermone haud raro reperias. Eius originem putare possis participiorum usum *ὁρῶντες καὶ ξυνόντες*, de quo modo diximus. Nam cum dictum esset *καὶ ἕτοιμος εἶ καὶ σὺ καὶ ἄλλοι πολλοὶ — ὁρῶντες — καὶ ξυνόντες — μήτε ἐσθίειν μήτε πίνειν*, illuque participia pro *ὁρᾶν* et *ξυνεῖναι* posita essent, facillime scriptor infinitivis uti potuit *θεᾶσθαι* et *ξυνεῖναι* in dictione, quae praecedentibus infinitivis *ἐσθίειν* et *πίνειν* opponitur. Ceterum de illorum verborum absoluto usu vide Iudices.

ἀλλὰ μὴ ἀνάπλεων. Astius *ἀλλά* abesse cupit. Contentus esset, opinor, si *καὶ μή* scriptum esset. At Graeci, ubi nos dicimus und nicht, ita ut praedicatum praedicato opponatur, pariter *καὶ οὔκ* et *ἀλλ' οὔκ* usurpant. Rückert. cfr. Plat. Protag. p. 341. D. *πολλοῦ γε δεῖ, ἔφη, οὕτως ἔχειν, ὦ Πρόδικε. ἀλλ' ἐγὼ εὖ οἶδ', ὅτι καὶ Σιμωνίδης τὸ χαλεπὸν ἔλεγεν ὅπερ ἡμεῖς οἱ ἄλλοι, οὐ τὸ κακόν, ἀλλ' ὃ ἂν μὴ ῥᾴδιον ᾖ, ἀλλὰ διὰ πολλῶν πραγμάτων γίγνηται.*

καὶ ἄλλης πολλῆς φλυαρίας θνητῆς. In Plat. Phaedone, quem Stallbaumius laudat annotat. ad h. l. p. 66. C. legitur: *ἐρώτων δὲ καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ φόβων καὶ εἰδώλων παντοδαπῶν καὶ φλυαρίας ἐμπίπλησιν ἡμᾶς πολλῆς*, ubi Olympiodorus: *φλυαρίας καλεῖ ὁ Πλάτων πᾶν τὸ περιττὸν, οὐ μόνον τὸ ἐν λόγοις, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν ἔργοις.* Convertit Schleiermacherus *φλυαρίας* nomen: und andern sterblichen Flitterkrames. Aliter nobis de huius vocabuli significatione statuendum videtur. Schol. ad Apoll. Rhod. 1. 275. habet: *φλύζειν κυρίως τοὺς λέβητάς φαμεν καιομένους ἀναβάλλειν τὸ ὕδωρ.* Duplici igitur significatu *φλυαρία*, quod cum illo verbo cohaeret, videtur a scriptoribus adhibitum esse, ut aut rem significet, quam aliquis, qui commotiore animo est vel vesanus profert, aut nugas denotet resque expertes veritatis, quae strepitu vel splendore quodam insignitae sint. Priore significatu ipsum *φλύζειν* usurpatum habes in Meleagri epigr. 119. S.

πολλὰ δ' ὁ πικρὸς αἰσχρὰ καθ' ἡμετέρης ἔφλυσε παρθενίης
Ἀρχίλοχος.

Adde Plat. Apol. Socr. p. 19. C. *ταῦτα γὰρ ἑωρᾶτε καὶ αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀριστοφάνους κωμῳδίᾳ, Σωκράτη τινὰ ἐκεῖ περιφερόμενον φάσκοντά τε ἀεροβατεῖν καὶ ἄλλην πολλὴν φλυαρίαν φλυαροῦντα*, quo loco non nugae commemorantur, sed vesani hominis deliramenta. Altero significatu positum habes

ἆρ' οἴει, ἔφη, φαῦλον βίον γίγνεσθαι ἐκεῖσε βλέπον- 212
τος ἀνθρώπου καὶ ἐκεῖνο δὴ θεωμένου καὶ ξυνόντος αὐτῷ; ἢ οὐκ ἐνθυμεῖ, ἔφη, ὅτι ἐνταῦθα αὐτῷ

Plat. de rep. IX. p. 581. D. *καπνὸν καὶ φλυαρίαν.*

ἀλλ' αὐτὸ τὸ θεῖον καλὸν δύναιτο μονοειδὲς κ. τ. λ. Abesse possent sine ulla sententiae mutatione verba *δύναιτο* et *κατιδεῖν*, quia praecedit *εἰ τῳ γένοιτο ἰδεῖν*. Posita autem sunt haud dubie, atque si ita dicere licet, e praecedentibus repetita, quod praecedentia a nostris verbis interposita aliqua enuntiatione nimis remota sunt. Sed mireris, *εἰ* particulam non item repetitam esse, cuius absentiam nemo interpres aliqua excusatione indigere censuit. *Εἰ* Platonem revera omisisse certissimum est. Huiusmodi autem omissiones in sermone familiari haud infrequentes sunt, ubi et pronuntiatione verborum et habitu loquentis excusantur. Ceterum Sydenhamius annotat ad h. l. laudatus a Wolfio: So lange der Mensch in dieser Welt lebt, und noch die Fesseln des Körpers an sich trägt, ist er selbst nach Platons Ideen nicht fähig, sich zu einem so erhabenen Anblick in die Geisterwelt empor zu schwingen.

καὶ ἐκεῖνο δὴ θεωμένου. Vulgo legitur *καὶ ἐκεῖνο ᾧ δεῖ θεωμένου*, quae lectio, quamquam non prorsus inepta est — possis enim de necessitate dictum interpretari, qua, qui via a Diotima monstrata incedat, divinum pulcrum non possit non videre, — tamen admodum languet frigetque. In codice Bodleiano pro ᾧ δεῖ reperitur ω δει; hinc Astius, quem Stallbaumius secutus est, ᾧ δεῖ scribendum coniecit. Speciosissima fit haec coniectura verbis infra positis *ὁρῶντι ᾧ ὁρατόν*: sed ut ᾧ δεῖ scribatur, quoniam *ὁρῶντι ᾧ ὁρατόν* paullo infra legitur, necessitas nulla est. Vulgatum autem ᾧ, quam facile oriri potuerit syllaba finali *ἐκεῖνο* vocabuli forte, ut fit, duplicata, facile intelligitur. Id in ᾧ immutavit, qui intelligeret, ᾧ admodum frigere; correxit fortasse etiam, quod in sequentibus legit *ὁρῶντι ᾧ ὁρατόν*. Iam pro *δεῖ* in tribus codicibus, Paris., Vatic., Palat. Vat., legitur *δή*, quae formae sexcenties commutatae reperiuntur. Hinc Schleiermacherus scribendum coniecit *καὶ ἐκεῖνο δὴ θεωμένου*, verbaque convertit: Meinst du wohl, dass das ein schlechtes Leben sei, wenn einer dorthin sieht und jenes erblickt und damit umgeht? Haec coniectura Bekkero adeo placuit, ut in ordinem verborum reciperet. Id et nos fecimus eius exemplum secuti. In Ficini conversione legitur: *Num vitam huiusmodi parvi facis? hominis videlicet ipsius, qui illuc suspicit, qui tam praeclarum spectaculum contuetur, qui illi cohaeret.* Ex quibus verbis colligi potest, Ficinum quoque *δή*, non *δεῖ*, legisse.

μοναχοῦ γενήσεται, ὁρῶντι ᾧ ὁρατὸν τὸ καλὸν, τίκτειν οὐκ εἴδωλα ἀρετῆς, ἅτε οὐκ εἰδώλου ἐφαπτομένῳ, ἀλλ' ἀληθῆ, ἅτε τοῦ ἀληθοῦς ἐφαπτομένῳ, τεκόντι δὲ ἀρετὴν ἀληθῆ καὶ θρεψαμένῳ ὑπάρχει θεοφιλεῖ γενέσθαι καὶ, εἴπερ τῳ ἄλλῳ ἀνθρώπων, ἀθανάτῳ καὶ ἐκείνῳ;

B Ταῦτα δὴ, ὦ Φαῖδρέ τε καὶ οἱ ἄλλοι, ἔφη μὲν Διοτίμα, πέπεισμαι δ' ἐγώ· πεπεισμένος δὲ πειρῶμαι καὶ τοὺς ἄλλους πείθειν, ὅτι τούτου τοῦ κτήματος

ἅτε οὐκ εἰδώλου ἐφαπτομένῳ κ. τ. λ. Prorsus eodem modo Pausanias p. 183. E. καὶ γὰρ οὐδὲ μόνιμός ἐστιν, ἅτε οὐδὲ μονίμου ἐρῶν πράγματος. — ὁ δὲ τοῦ ἤθους χρηστοῦ ὄντος ἐραστὴς διὰ βίου μένει, ἅτε μονίμῳ συνταχείς. Ceterum colligere licet e nostri loci verbis, quomodo Diotima vel Socrates Orphei mythum sibi explicaverit, cui ex Orco redeunti φάσμα ostenderunt dii. cfr. p. 179. D.

ἀλλ' ἀληθῆ. Saepius iam monuimus in superioribus, repetendum esse haud raro e praecedentibus verbis, in quibus compositum verbum contineatur, non compositum, sed simplex. Vide annotat. p. 89. et p. 290. Eadem dicendi norma etiam in nominibus interdum admittitur ea lege, ut ex praegresso nomine, quod rei notionem cum epitheti alicuius notione coniunctam repraesentet, sola notio rei repetatur. Cave igitur εἴδωλα et ἀληθῆ sibi opponi censeas hoc loco, ut somniis falsisque imaginationibus, quae uno verbo εἰδώλων comprehenduntur, verae sc. imaginationes opponantur. Hinc explicabis pluralem numerum ἀληθῆ verbi, quem Plato non fuisset admissuros, si illam dicendi normam adhibere noluisset. Sed alia etiam explicandi ratio adest, qua ἀληθῆ singularis numeri accusativum interpretari possis atque e praegressis ἀρετὴν supplere; futuros esse iam praevideo, qui illam explicandi rationem inclamaturi, neque nisi faciliorem hanc probaturi sint. Utraque explicandi ratio nostro arbitratu vera est; utra verior sit, diiudicari nequit. Res ex accentu orationis iudicanda est, quo singula verba Diotima exornavit. Si pronuntiando εἴδωλα extollitur, prior explicandi ratio verior est haud dubie; contra posterior rectior erit, si accentum orationis ita posueris, ut et εἴδωλα et ἀρετῆς prae ceteris verbis emineant. — Quamquam sequitur infra ἀρετὴν ἀληθῆ, tamen inconsultius cave iudices atque praepostera cura alterum genus explicationis alteri praeferas.

εἴπερ τῳ ἄλλῳ ἀνθρώπων. Ex huiusmodi locis satis docemur, Graecos accuratissimos fuisse verborum pronuntiandorum,

τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει συνεργὸν ἀμείνω Ἔρωτος οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως λάβοι. διὸ δὴ ἔγωγέ φημι χρῆναι πάντα ἄνδρα τὸν Ἔρωτα τιμᾶν, καὶ αὐτὸς τιμῶ τὰ ἐρωτικὰ καὶ διαφερόντως ἀσκῶ, καὶ τοῖς ἄλλοις παρακελεύομαι, καὶ νῦν τε καὶ ἀεὶ ἐγκωμιάζω τὴν δύναμιν καὶ ἀνδρείαν τοῦ Ἔρωτος καθ' ὅσον οἷός τ' εἰμί.

Τοῦτον οὖν τὸν λόγον, ὦ Φαῖδρε, εἰ μὲν βούλει, ὡς ἐγκώμιον εἰς Ἔρωτα νόμισον εἰρῆσθαι, εἰ δὲ, ὅ τι καὶ ὅπῃ χαίρεις ὀνομάζων, τοῦτο ὀνόμαζε.

quandoquidem τῷ ἄλλῳ et τῷ ἄλλῳ pronuntiando discretu esse certissimum est. — Pro ἀνθρώπων, quae omnium fere librorum lectio est, vulgo ἀνθρώπῳ edebatur. Falso. Nam sententiae gravitati gravior verbi forma convenit magis. Ceterum haud raro huiusmodi enuntiationes, qualis est εἴπερ τῳ ἄλλῳ ἀνθρώπων, Graeci scriptores adhibere solebant, quibus sententiarum prolatarum vim augerent atque quodammodo amplificarent. Sic supra reperitur p. 211. D. ἐνταῦθα τοῦ βίου, — εἴπερ που ἄλλοθι, βιωτὸν ἀνθρώπῳ κ. τ. λ.

ἔφη μὲν — πέπεισμαι δ' ἐγώ h. e. utilla dixit, ita ego credo. Quae sequuntur πεπεισμένος δὲ πειρῶμαι καὶ τοὺς ἄλλους πείθειν cum Aristophanis verbis conveniunt p. 189. D. ἐγὼ οὖν πειράσομαι ὑμῖν εἰσηγήσασθαι τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ὑμεῖς δὲ τῶν ἄλλων διδάσκαλοι ἔσεσθε.

τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει. Saepius iam annotatum est in superioribus, φύσις cum adiectivo aliquo coniunctum nominis periphrasin efficere, quod eiusdem est atque adiectivum radicis. Τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει igitur idem fere significat atque τοῖς ἀνθρώποις. Ceterum cum gravitate dictum existima τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει, ut humanae naturae debilitas, non solum humana natura, periphrasi illa significantius indicari significetur.

εἰ δὲ, ὅ τι καὶ ὅπῃ χαίρεις. Consuetius dicendi genus praecedente εἰ μέν est εἰ δὲ μή. Quod cave hoc loco ponendum censeas; neque perinde est, utrum εἰ δέ an εἰ δὲ μή legatur. Exhibetur autem εἰ δέ h. l. ita, ut utrum Phaedrus facturus sit, hoc Socrates sibi placiturum esse promittat, quasi diceret: sive pro laudatione Erotica orationem meam acceperis, sive non acceperis, perinde est. Si accipis, laudationem eam nomina, si non accipis, quo libuerit nomine appella. Ceterum conferenda cum nostro loco verba sunt Plat. Protag. p. 358. A. εἴτε γὰρ ἡδὺ εἴτε τερπνὸν λέγεις εἴτε χαρτὸν, εἴτε ὁπόθεν καὶ ὅπως χαίρεις τὰ τοιαῦτα ὀνομάζων — τοῦτό μοι πρὸς ὃ βούλομαι ἀπόκριναι.

Cap. XXX.

Εἰπόντος δὲ ταῦτα τοῦ Σωκράτους τοὺς μὲν ἐπαινεῖν, τὸν δὲ Ἀριστοφάνη λέγειν τι ἐπιχειρεῖν, ὅτι

τοὺς μὲν ἐπαινεῖν. Haec et sequentia rursus obliqua oratione proferuntur, quod ab Aristodemo relata fingantur. Supplendum est igitur *ἔφη Ἀριστόδημος.*

τὸν δὲ Ἀριστοφάνη κ. τ. λ. Cum Socrates Aristophanicum mythum tetigisset vel notasset potius verbis p. 205. E. *καὶ λέγεται μέν γέ τις, ἔφη, λόγος, ὡς οἳ ἂν τὸ ἥμισυ ἑαυτῶν ζητῶσιν, οὗτοι ἐρῶσιν κ. τ. λ.*, nihil certius est, quam Aristophanem aliquid contra monere voluisse, quo vel suam de Erote sententiam tueretur, vel Socraticae orationis veritatem impugnaret. Quo consilio quid proferre potuerit aut voluerit, prorsus nescimus; neque ipse scriptor habuisse videtur, quo loquentem Aristophanem induceret. Cur igitur illam Aristophanis voluntatem commemoravit? In huiusmodi locis Platonis artem scenicam admirari licet, qua hic efficitur, ut *ἐξαίφνης* verbi notio non solum verbo posito indicetur, sed re ipsa vividissime exprimatur. Vides enim, Aristophanem iam indicasse externis quibusdam signis, se aliquid contra Socratem dicturum esse; iam paratos convivarum animos habes ad eius verba percipienda: cum subito pulsatae fores sonitum ederent, tibicinae clangor audiretur, tumultus strepitusque quasi comissatorum oriretur.

τὴν αὔλειον θύραν. Harpocr. s. v. *αὔλειος — ἡ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ πρώτη θύρα τῆς οἰκίας*, ad quem locum Valesii annot. laudat Bremius ad Lysiam p. 9.; *αὔλειος θύρα* sunt fores vestibuli, quae aulam claudunt versus viam; aulam autem si quis permearat, veniebat ad *μέταυλον θύραν*, per quam ex aula introitus erat in ipsam domum. Qui igitur domo exibat, ei primum erat per *μέταυλον θύραν* transeundum, tum per aulam et per *αὔλειον θύραν* in viam.

θύραν κροτουμένην. Haec vulgata lectio est, quam codicum lectioni *θύραν κρουομένην* potiorem ducimus. Schol. ad Aristoph. Nubb. v. 133. *τίς ἔσθ' ὁ κόψας τὴν θύραν;* docet: *ἐπὶ μὲν τῶν ἔξωθεν κρουόντων κόπτειν λέγουσιν, εἰ δὲ ἔσωθεν* (sc. *κρούουσιν*) *ψοφεῖν.* Ex his verbis patere opinor, *κρούειν τὴν θύραν* de utroque pulsandi genere obvaluisse. Nihil igitur habet, quo displiceat hoc loco *κρούειν* verbum. Sed num ideo rectius sit et verius, quam *κροτεῖν*, quod h. l. vulgo legi supra indicavimus, alia quaestio est. Quid, si verbo insolentiori (*κροτεῖν*) pulsandi insolentiam qualis est comissatorum, scriptor indicare voluit? cfr. Meleagri Epigr. CXXV. v. 3.

ἄρτι γὰρ ἑσπέριοι νύμφας ἐπὶ δικλίσιν ἄχευν
λωτοί, καὶ θαλάμων ἐπλατάγευντο θύραι

ἐμνήσθη αὐτοῦ λέγων ὁ Σωκράτης περὶ τοῦ λόγου, καὶ ἐξαίφνης τὴν αὔλειον θύραν κροτουμένην πολὺν ψόφον παρασχεῖν ὡς κωμαστῶν, καὶ αὐλητρίδος φωνὴν ἀκούειν. τὸν οὖν Ἀγάθωνα, Παῖδες, φάναι, οὐ σκέψεσθε; D

ad quem locum Iacobsius annotat Comment. Vol. 1. P. 1. p. 140. *ἐπλαταγεῦντο de saltantium ad fores strepitu accipiendum, qui proprie κρότος.* Hesychius *πλαταγεῖν* idem esse docet, atque *κροτεῖν*. Igitur nostro loco tantum abest, ut *κροτουμένην* minus aptum censeamus, ut potius verissimum iudicemus atque rei descriptae apprime conveniens. Sensus est verborum: Plötzlich sei an die Thür angedonnert worden, und sie habe gedröhnt, als wenn nächtliche Schwärmer davor wären. Ceterum Stallbaumio praeeunte post *παρασχεῖν* comma delevimus, quod Bekkerus in textu posuit. Ille annotat ad h. l. *ὡς κωμαστῶν* connectendum est cum *πολὺν ψόφον παρασχεῖν* hoc sensu: vestibuli ianuam pulsatam ingentem fecisse strepitum quasi comissatorum h. e. quasi comissatores eum excitarent. Recte. Prorsus convenit etiam cum h. l. Schol. Aristophanis ad Plut. v. 1097. ed. Bekk. Vol. II. p. 256.: *κόπτειν, ψοφεῖν καὶ κλανσιᾶν τὴν θύραν διαφέρει· κόπτειν μὲν γὰρ λέγεται, ὅταν εἰσιέναι τίς μέλλῃ καὶ τὴν θύραν ἔξωθεν πλήττῃ ὡς· τίς ἔσθ' ὁ κόψας τὴν θύραν; ψοφεῖν δέ, ὅταν ἐξερχόμενός τις αὐτὴν ὑπανοίγοι καὶ ἦχον τινὰ ἀποτελῇ. ὁ τοιοῦτος γὰρ ἦχος ψόφος καλεῖται. ὅταν δὲ ὑπ' ἀνέμου κινῆται μόνη καὶ ἦχον τινὰ ἐκ τούτου ἀποτελῇ, ὁ τοιοῦτος ἦχος ἢ τρισμὸς κλαυσιᾶν λέγεται.*

καὶ αὐλητρίδος φωνὴν ἀκούειν. cfr. Meleagr. Epigr. LXIV. v. 1.

Ἄστρα καὶ ἡ φιλέρωσι καλὸν
φαίνουσα Σελήνη
καὶ Νύξ, καὶ κώμων σύμπλανον ὀργάνιον,...

ad quem locum Iacobsius: Sive tibiam, inquit, sive facem intelligit. Hoc probabilius. Lectis nostri loci verbis ita te animatum sentias, ut de tibia poëtam cogitasse censeas. Ceterum recte Stallbaumius eos vituperat, qui *φωνήν* hoc loco de tibicinae voce interpretarentur. Certissimum est enim, tibicinam tibiae sonos edidisse, quibus se commendaret intus sedentibus. Ceterum miro modo *παρασχεῖν* praecedente, quod subiecto suo non caret, positum sine subiecto legitur *ἀκούειν*. Facit autem subiecti omissio ad describendas turbas, quas, qui ante fores vestibuli starent, excitarunt. Neque *τινάς* supplendum est, nam omnes sonitum tibiae audierant, neque *πάντας* satis aptum videtur, quo hic supplemento utaris. Sed indefinite dicitur *ἀκούειν* ita, ut Latinorum respondeat auditum esse.

οὐ σκέψεσθε; Aoristum, quem in dictione *τί οὖν οὐ διηγήσω* vidimus p. 173. B. ut non

καὶ ἐὰν μέν τις τῶν ἐπιτηδείων ᾖ, καλεῖτε· εἰ δὲ μή, λέγετε, ὅτι οὐ πίνομεν, ἀλλὰ ἀναπαυόμεθα ἤδη. Καὶ οὐ πολὺ ὕστερον Ἀλκιβιάδου τὴν φωνὴν ἀκούειν ἐν τῇ αὐλῇ σφόδρα μεθύοντος καὶ μέγα βοῶντος [ἐρω-

admitténdum, ita non omni ex parte spernendum ducit Rückertus. De aoristo cum negatione coniuncto in interrogationibus supra diximus annotat. p 11., ibique eius usum a nostro loco alienissimum indicavimus. Male igitur in aliquot codicibus *οὐ σκέψασθε;* Vario autem modo futuro tempore veteres in interrogatione usi sunt, ut indignationem, iram, clementiam exprimerent. Vide annotat. p. 26. Hoc loco quo sensu verba dicantur *οὐ σκέψεσθε*, dictu haud difficile est. Agatho enim audita ante fores turba ut illico irent, viderent, vocarent vel remitterent, servis mandat. Verba igitur convertenda sunt: seht sogleich nach.

καὶ ἐὰν μὲν — καλεῖτε. *Καλεῖτε* hoc loco absolute positum est ut p. 175. A. *κἀμοῦ καλοῦντός οὐκ ἐθέλει εἰσιέναι.* Exstat autem hoc et illo loco aliquid discriminis inter *καλεῖν* et *καλεῖν.* Nam in verbis *κἀμοῦ καλοῦντος* verbum illud nihil aliud significat, quam quod nos dicimus rufen: und als ich rief. Nostro loco *καλεῖν* invitandi notionem habet, de qua vide annotat. p. 17. ad verba *ἄκλητος ἐπὶ δεῖπνον.* De *ἐὰν — εἰ δὲ μή* vide annotat. p. 123. et 124. Verba convertenda sunt: Und sollte es etwa einer der Freunde sein, so ladet ein, wo nicht, so sprecht, dass wir nicht trinken cet.

καὶ οὐ πολὺ ὕστερον. Servi Agathonis dicto obedientes statim abiisse cogitandi sunt, atque aula superata *τὴν αὔλειον θύραν* aperuisse. Quo facto illico clamor Alcibiadis audiebatur.

καὶ μέγα βοῶντος, [ἐρωτῶντος]. Vulgo legitur *μέγα βοῶντος καὶ ἐρωτῶντος.* Copulam e melioribus codicibus interpretes fere omnes expunxerunt. Sed hac ratione non ab omni labe hunc locum liberatum putaverim. *Ἐρωτῶντος* enim participium, quomodo probem, non habeo; quin magna suspicio adest depravationis, siquidem facillime fieri potuit, ut aliquis, quo *βοῶντος* verbum paullo insolentius a Platone positum explicaret, *ἐρωτῶντος* margini adscriberet, quod deinde nimia scribarum sedulitate in ordinem verborum receptum est. Haud raro *βοᾶν* vino gravatis ita attribuitur, ut addito quodam eorum dicto dicendi vel interrogandi verbum non praemittatur. Sic legitur in Asclepidae Epigr. XIX. v. 5.

τῇ δὲ τοσοῦτ' ἐβόησα βεβρεγμένος· ἄχρι τίνος, Ζεῦ;
Ζεῦ φίλε, σίγησον, παύτὸς ἐρᾶν ἔμαθες.

quo videlicet loco non potuit metri caussa aliquid inferciri, quod *ἐβόησα* verbi significatum illustraret. Ad nostrum locum ut revertar, sunt alii quoque vel fuerunt potius, quibus *ἐρωτῶν-*

τῶντος], ὅπου Ἀγάθων, καὶ κελεύοντος ἄγειν παρ' Ἀγάθωνα. ἄγειν οὖν αὐτὸν παρὰ σφᾶς τήν τε αὐλητρίδα ὑπολαβοῦσαν καὶ ἄλλους τινὰς τῶν ἀκολούθων, καὶ ἐπιστῆναι ἐπὶ τὰς θύρας ἐστεφανωμένον αὐτὸν

tos participium displiceret. Certe duo *βοῶντος*, *ἐρωτῶντος* participia iuxta posita displicuere iis, qui *καί*, quod vulgo legitur, interponendum censuerunt. Quominus *ἐρωτῶντος* participium prorsus expungeremus, recentiorum editorum auctoritas impedimento fuit, quorum ne uni quidem depravationis suspicio in mentem venit. Igitur uncis verbum inclusimus.

ὅπου Ἀγάθων, καὶ κελεύοντος ἄγειν παρ' Ἀγάθωνα. De industria hoc loco Agathonis nomen repetitum est. Scin' quam ob caussam? Infantes, quod concupiscunt, id unum solent variis membrorum gestibus appetere, neque hilo unquam ab eo abstrahi. Infantibus ebrii cum aliis nominibus, tum etiam eo similes, quod rem, quam desiderant, vario modo proloqui solent, neque ab ea nominanda prius absistere, quam ipsam sint consecuti. Itaque Alcibiades vino plenus, magno clamore, heus, inquit, ubi est Agatho, ducite ad Agathonem. Ceterum cave *κελεύοντος* arctius cum sequente *ἄγειν* infinitivo coniungendum censeas. Plato enim rem ita proponit, ut quasi ipsa Alcibiadis verba tradere videatur: *ὅπου Ἀγάθων; ἄγειν* (h. e. *ἄγετε*) *παρ' Ἀγάθωνα. Κελεύοντος ἄγειν* igitur non convertendum est: duci iussit ad Agathonem, sed servis imperavit: „ducite ad Agathonem."

ὑπολαβοῦσαν. ὑπολαμβάνειν est sublevare, brachio supposito sustentare cfr. Plat. de rep. V. p. 458. D. ubi e codicibus hodie legitur: *οὐκοῦν καὶ ἡμῖν νευστέον καὶ πειρατέον σώζεσθαι ἐκ τοῦ λόγου, ἤτοι δελφινά τιν' ἐλπίζοντας ἡμᾶς ὑπολαβεῖν ἄν ἤ τινα ἄλλην ἄπορον σωτηρίαν.* Rückert.

καὶ ἐπιστῆναι ἐπὶ τὰς θύρας. Haec verba convertit Schulthessius: und stellten ihn zu ihnen vor die Saalthür hin. Minus apte. Fores enim, quae hic commemorantur, *μέταυλος θύρα* sunt, qua de re supra dictum est annotat. p. 318. In Schleiermacheri conversione legitur: Er sei aber in der Thür stehen geblieben. Ut accuratius reddatur Platonicum: *ἐπὶ τὰς θύρας*, verba convertenda sunt: er habe sich aber in (s. an) die Thür gestellt. Sic haud raro rectiore verborum conversione praepositionum casuumque cum illis coniunctorum structura commodissime explicatur. Pari modo Grammatici Latini praecipiunt, ponendi collocandique verba in praepositionem cum ablativo coniungendam assumere, cetera verba motum in aliquem locum significantia in praepositionem et accusativum casum requirere. Prioris illius praecepti neque ipsi tradunt, neque lectores intelligunt rationem. Ea optime e recta collocandi ponendique verborum conversione perspicitur.

Εκπιττοῦ τὰ τένι στεφάνῳ δασεῖ καὶ ἴων, καὶ ταινίας ἔχοντα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πάνυ πολλὰς, καὶ εἰπεῖν· Ἄνδρες, χαίρετε· μεθύοντα ἄνδρα πάνυ σφόδρα δέξεσθε συμπότην, ἢ ἀπίωμεν ἀναδήσαντες μόνον Ἀγάθωνα,

Ponere enim et collocare non significat, quod nos vocamus: setzen, stellen, legen; ridicula enim foret, si haec ipsis significatio esset, in praepositionis atque ablativi casus coniunctio; sed denotant: fest stellen, festsetzen, befestigen. Quae significationes ubi discipulorum animis inhaerebunt, haud verendum erit, ne quis nunquam in ponendi collocandi ve verbis in praepositionem cum accusativo casu coniungat.

καὶ ταινίας ἔχοντα. Timaeus s. v. *ταινίας ἀναδούμενοι· ἔθος τοῖς νικήσασι ἀναδῆσαι ταινίας.* Annotat Stallbaumius ad h. l.: Mos erat, inquit, capita hominum vel publice bene meritorum, veluti victorum, vel amicorum et familiarium laetis diebus ac solemnitatibus coronis, vittis, taeniis redimiendi et ornandi. vide Ruhnkenium ad Tim. Gloss. p. 246 seqq.

Ἄνδρες, χαίρετε. Alio loco de hac salutandi formula dicturi sumus. Huiusmodi formulae ex quotidiana vita petitae si accuratius spectantur, mirum quantum faciant ad populi, qui iis utitur vel usus est, ingenium, mores, naturam omnemque habitum cognoscendum. Eodem modo praecipue de his formulis Goethius egit in Opp. Tom. 27. p. 125. Gute Nacht! So können wir Nordländer zu jeder Stunde sagen, wenn wir im Finstern scheiden: der Italiäner sagt: felicissima notte! nur einmal, und zwar, wenn das Licht in das Zimmer gebracht wird, indem Tag und Nacht sich scheiden; und da heisst es denn ganz etwas anderes: So unübersetzlich sind die Eigenheiten jeder Sprache: denn vom höchsten bis zum tiefsten Wort bezieht sich alles auf Eigenthümlichkeiten der Nation, es sei nun in Charakter, Gesinnung oder Zuständen.

δέξεσθε συμπότην. Haec Bodleiani codicis lectio est aliorumque paucorum librorum. Vulgo *δέξασθε* legitur posito post *ἤλθομεν* puncto pro v. signo interrogandi. Illud recentiores editores ad unum omnes probant. Quod ne male se habere censeatur: sententia est: Einen Mann, der schon getrunken hat, müsst ihr, wenn er mit euch trinken soll, recht freundlich aufnehmen, oder er geht wieder fort, wenn er nur den Agathon bekränzt hat, wozu er gekommen ist. *ἄνδρα* haud raro poni pro pronomine personali *ἐμέ*, tragicorum potissimum poëtarum lectoribus notissimum. Tragicis *ἀνὴρ ὅδε, ἀνδρὸς τοῦδε κ. τ. λ.* pro *ἐγώ, ἐμοῦ* admodum usitatum est.

ἐγὼ γάρ τοι. Cum nemo responderet Alcibiadi, neque ipsum, ut accederet accubaretque, vocaret, omnesque tacide hominis *ἀτοπίαν* admirarentur, ille adventum suum excusaturus loqui per-

ἐφ' ὅπερ ἤλθομεν; ἐγὼ γάρ τοι, φάναι, χθὲς μὲν οὐχ οἷός τ' ἐγενόμην ἀφικέσθαι, νῦν δὲ ἦκω ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἔχων τὰς ταινίας, ἵνα ἀπὸ τῆς ἐμῆς κεφαλῆς τὴν τοῦ σοφωτάτου καὶ καλλίστου κεφαλήν — ἐὰν

git. Heri vocato sibi ab Agathone, quominus veniret, certa quaedam impedimenta fuisse. Venisse se nunc Agathonem taeniis ornaturum. Risu exorto convivarum Alcibiades excusationem suam quasi fictam derideri putans vera se loqui affirmat. Post interrogationc illa satis impatienter atque inclementer repetita abitum paraturus erat, ni omnes convivae consurrexissent, atque ut maneret, ipsum rogassent.

ἐὰν εἴπω οὑτωσί. Haec non dubito, quin corrupta sint ab imperitis librariis. Nam quod Wolfius ea dixit significare ut ita dicere liceat, ita ut Alcibiades putandus sit ceterorum convivarum invidiam his verbis amoliri voluisse, eam interpretationem non fert loquendi consuetudo, quae postulabat *οὑτωσὶ εἰπεῖν*. Itaque Astius scribendum censuit: *κεφαλὴν ἀναδήσω. ἆρα, ἐὰν εἴπω οὑτωσὶ, καταγελάσεσθέ μου κ. τ. λ.*, qua tamen coniectura vereor, ut omnes tollantur difficultates. Certe quidem transpositionis audaciam nemo probaverit, qui meminerit, divam criticen ferrum et ignem odisse. Quid mihi de hoc loco videatur, iam satis declarare opinor uncos illos, quibus haec verba a reliquis seclusimus. Nam quum grammaticus aliquis ea in margine aut inter versus adscripsisset, quo explicaret proxima illa: *ἆρα καταγελάσεσθε — μεθύοντος;* postea temere in contextum orationem recepta, et, ut fit, alieno loco interposita sunt. Stallbaum. Bene quidem Vir doctissimus de aliorum, quos laudat, vel interpretatione vel emendatione egit, sed quam ipse iniit sanandorum verborum rationem, ea mihi quidem prorsus displicet. Perscripsi autem totam eius annotationem,, ut facilius lectores de ea iudicare possent. In libris nulla varietas est lectionis praeter quod Vindob. et Florent. unus inverso ordine verba exhibent: *οὑτωσὶ κεφαλὴν ἀναδήσω*, qua mutatione doceare satis, etiam librarios inhisce verbis offendisse, eaque transpositione adhibita aliquo modo explicare studuisse. Risisse convivas verbis indicatur *ἆρα καταγελάσεσθέ μου ὡς μεθύοντος;* quam risus caussam Alcibiades sibi finxerit, supra diximus et verbis indicatur *μου ὡς μεθύοντος*, h. e. quasi ego ebrietatis caussa meras nugas narrem. Hinc addit *ἐγὼ δὲ, κἂν ὑμεῖς γελᾶτε, ὅμως εὖ οἶδ', ὅτι ἀληθῆ λέγω.* Veram risus caussam nemo interpretum aperuit. Videamus primum huius loci conversiones. Ficinus habet: Heri quidem interesse nequivi: hodie veni vittas ferens, ut a meo capite sapientissimi pulcherrimique caput, si ita praedixero, circumligarem. an me quasi ebrium deridebitis? In Schulthessii conversione exstat: Denn gestern konnte ich mich nicht einfinden; jetzt aber bin ich da so mit Bin-

εἶπω — οὑτωσὶ ἀναδήσω. ἆρα καταγελάσεσθέ μου ὡς
213 μεθύοντος; ἐγὼ δὲ, κἂν ὑμεῖς γελᾶτε, ὅμως εὖ οἶδ', ὅτι ἀληθῆ λέγω. ἀλλά μοι λέγετε αὐτόθεν, ἐπὶ ῥητοῖς εἰσίω, ἢ μή; συμπίεσθε, ἢ οὔ; — Πάντας οὖν ἀναθορυβῆσαι καὶ κελεύειν εἰσιέναι καὶ κατακλίνεσθαι, καὶ τὸν Ἀγάθωνα καλεῖν αὐτόν. καὶ τὸν ἰέναι ἀγόμενον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ περιαιρούμενον ἅμα τὰς ταινίας ὡς ἀναδήσοντα, ἐπίπροσθεν τῶν ὀφθαλμῶν ἔχοντα

den umwunden, damit ich von meinem Haupte her das Haupt des allerweisesten und schönsten — wenn ich so sagen darf — bekränze. Lacht ihr etwa meiner, weil ich trunken bin? Mecum intelligunt lectores, nihil in laudatis Ficini Schulthessiique verbis contineri, quo, cur convivae riserint, explicetur. Neque apud Schleiermacherum explicatam illam caussam reperies: Denn gestern, habe er hinzugefügt, war es mir nicht möglich zu kommen; jetzt aber bin ich da, auf dem Haupte die Bänder, um von meinem Haupte das Haupt dieses weisesten und schönsten Mannes, wenn ich so sagen darf, zu umwinden. Wollt ihr mich auslachen als trunken? Caussam putare possis, quod Alcibiades bene potus ab bibendum veniat, sobriosque ebrius ad vinum hauriendum excitet. Hoc sane est aliquid, neque tamen nobis nunc sufficit. Ridiculum latet in verbis ἐὰν εἶπω οὑτωσί, quae miro modo depravata sunt. Verba hoc modo scribenda sunt: ἐᾶν εἶπον, οὑτωσὶ ἀναδήσω. Quae correctio ne audacior censeatur, pro ἐᾶν facillima accentus mutatione scriba aliquis edidit ἐάν, quod cum alius deinceps legeret ἐὰν εἶπον οὑτωσὶ ἀναδήσω, corruptum habuit rectissime, sed vitium in verbo saniissimo deprehendisse sibi visus, εἶπον in εἶπω mutavit. Nimirum cum ad instar ebriorum Alcibiades, quod facturum se esse ostendit, id gestibus expressurus esset, sustentari se a tibicina servisque noluit, quo facilius, quod vellet, faceret. Igitur ἐᾶν εἶπον dixit hoc sensu: Dixi iam saepius, mitti me velle libetum a vestris manibus. Servi autem dicto audientes, cum herum misissent, qui ita vino plenus erat, ὥστε μηδὲ τοῖς ἰδίοις ποσὶν ἵστασθαι (vide Athen. IV. p. 180.) factum est, ut verba proferens οὑτωσὶ ἀναδήσω vel concideret vel titubando ridiculos gestus ederet.

ἀλλά μοι λέγετε αὐτόθεν. De his verbis iam supra dictum est annotat. p. 323. Αὐτόθεν autem dupliciter adhiberi solet, partim de loco, partim de tempore, ac de tempore quidem, quoniam loci temporisque ratio haud raro commutatur. Recte igitur h. l. interpretes αὐτόθεν statim, illico significare annotant.

ἐπὶ ῥητοῖς. Spectant haec verba ad p. 212. E. μεθύοντά ἄνδρα πάνυ σφόδρα δέ-

οὐ κατιδεῖν τὸν Σωκράτη, ἀλλὰ καθίζεσθαι παρὰ τὸν Ἀγάθωνα ἐν μέσῳ Σωκράτους τε καὶ ἐκείνου· παραχωρῆσαι γὰρ τὸν Σωκράτη ὡς ἐκεῖνον καθίζειν. παρα- B καθεζόμενον δὲ αὐτὸν ἀσπάζεσθαί τε τὸν Ἀγάθωνα καὶ ἀναδεῖν. εἰπεῖν οὖν τὸν Ἀγάθωνα· Ὑπολύετε, παῖδες, Ἀλκιβιάδην, ἵνα ἐκ τρίτων κατακέηται. Πάνυ γε, εἰπεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην· ἀλλὰ τίς ἡμῖν ὅδε τρίτος συμπότης; Καὶ ἅμα μεταστρεφόμενον αὐτὸν ὁρᾶν τὸν

ξεσθε συμπότην, ἢ ἀπιωμεν κ. τ. λ. Significant enim: Sed illico mihi respondete: Voltisne me introire sub conditione supra indicata, an non? Atque ne quis se male intelligat conditionis illius haud memor, statim addit: συμπίεσθε ἢ οὔ; Male Ruckertus ad h. l. *Reddunt*, inquit, *sub ea conditione, quam dixi. At nullam dixit adhuc; videturque omnino hoc dicendi genus ita usurpari, ut sequatur conditio, non ut praecedat*, quae h. l. inest interrogationi subiectae συμπίεσθε ἢ οὔ;

ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Intelliguntur servi, a quibus sustentatus Alcibiades ad Agathonem venit. Miro modo autem horum verborum pluralis numerus convenit cum nostratium loquendi usu, quo dicimus: die Leute, ministros atque ancillas significantes.

οὐ κατιδεῖν τὸν Σωκράτη. Vide de κατιδεῖν verbi significatu annotat. p. 308. Ante oculos habuit et vidit Socratem, sed eum non agnovit.

ὑπολύεσθε — ἵνα ἐκ τρίτων κατακέηται. cfr. p. 175. A. καὶ ὃ μὲν ἔφη ἀπονίζειν τὸν παῖδα, ἵνα κατακέοιτο. Illic τὸ ὑπολύειν, hoc loco τὸ ἀπονίζειν omissum est, neque videntur ullo loco scriptores utrumque verbum adhibuisse. Unum enim ad utramque actionem indicandam satis erat. Ceterum non nisi ea de causa ἵνα ἐκ τρίτων commemorasse videtur Agatho, quam ut Alcibiades statim eum agnosceret, qui iuxta ipsum tertius sederet. Sed alia etiam causa est illius dicti. Veteres enim non sedebant ad mensam, sed eidem accumbebant. Ubi duo convivae mensae accumbebant, illa calceorum solvendorum pedumque lavandorum cura minus necessaria erat. Poterant enim ita duo convivae mensae accumbere, ut neuter neutrum pedibus tangeret. Tertio accedente conviva, qui, quorsum pedes protenderet, verbus unum convivarum non potuit non protendere, necessaria erat, ut calcei solverentur pedesque lavarentur, ne forte aliquis convivarum macularetur.

ἀλλὰ τίς ἡμῖν τρίτος ὅδε. Haec vulgata lectio, quam in ordinem verborum recipere non dubitavimus ideo, quod Alcibiades praecedente Agathonis dicto atque praecipue verbis ἐκ τρίτων commonefactus τρίτος

Σωκράτη, ἰδύντα δὲ ἀναπηδῆσαι καὶ εἰπεῖν· Ὦ Ἡράκλεις, τουτὶ τί ἦν; Σωκράτης οὗτος ἑλλοχῶν αὖ με C *ἐνταῦθα κατέκεισο, ὥσπερ εἰώθεις ἐξαίφνης ἀναφαίνεσθαι ὅπου ἐγὼ ὤμην ἥκιστά σε ἔσεσθαι. καὶ νῦν τί ἥκεις; καὶ τί αὖ ἐνταῦθα κατεκλίνης, ὡς οὐ παρὰ*

nomen priori loco collocare debuit: tertius iste, quem commemoras, quis est? In Bodleiano codice aliisque perpaucis legitur *ὑμῖν ὅδε τρίτος*, quem verborum ordinem Bekkerus, Stallbaumius, alii probarunt.

Ὦ Ἡράκλεις, τουτὶ τί ἦν. Alcibiades averso vultu de eo, quod modo oculis conceperat et quod non videt amplius, quid vidi? exclamat. Huius dictionis vim atque imperfecti quidem potestatem non expressit in conversione Schleiermacherus: Was ist nun das? quibus verbis prorsus deleri senties exclamationis illius vigorem omnem. Cur Herculem nominet Alcibiades Socratis adspectu quasi attonitus, haud facile nesciri potest. Veteres enim eum deum semper nominare solebant, cuius auxilio maxime indigerent. Herculem scimus fortitudinis atque roboris deum esse; robore autem ac virtute ei opus est maxime, cuius animus inopinato subitoque adspectu percellitur. Ceterum sex codices Bekkeriani pro *τουτὶ τί ἦν* exhibent *τοῦτ' εἰπεῖν*, quod moneo, ut intelligatur, interdum etiam complurium codicum consensu, quae falsissima sunt, tueri.

Σωκράτης οὗτος ἑλλοχῶν αὖ — κατέκεισο. Magna cum acerbitate participium praeponitur verbo finito in allocutione; Nempe rursus mihi insidiatus hic consedisti. De *οὗτος* pronomine in allocutione haud infrequente vide annotat. p. 4. Quae sequuntur verba: *ὥσπερ εἰώθεις ἐξαίφνης ἀναφαίνεσθαι κ. τ. λ.* satis docent, in praecedentibus *ἐνταῦθα* vocem orationis accentu insigniendum esse. Schleiermacherus adhibito interrogandi signo post *ἔσεσθαι* verba convertit: Du Socrates, liegst du mir auch hier schon wieder auf der Lauer, wie du immer pflegst plötzlich zu erscheinen, wo ich am wenigsten glaube, dass du sein wirst? Sed minus placet propter interrogationes insequentes haec ratio explicandi. Alcibiades enim cum non sine acerbitate Socratis studia illa convivis aperuisset, non tanquam rerum suarum incertus sequentes interrogationes profert, sed ut vera se dixisse Socratis responso convivae docerentur. Igitur *νῦν* in verbis *καὶ νῦν τί ἥκεις* eam vim habet, ut quaestio explicatior audiat: Atque nunc responde, quid veneris? *Αὖ* vocula, quam saepius iam annotavimus supplementi alicuius indicium esse, (vide Indices,) hunc sensum fundit: Et nunc confitere, hic quid consederis cet.

ὡς οὐ παρὰ Ἀριστοφάνει. Stallbaumius ad h. l. *ὡς*, inquit, est quippe, nam, ut mox in verbis *ὡς ἐμοὶ ὁ τούτου ἔρως — οὐ φαῦλον πρᾶγμα γέγονεν*, et *ὡς ἐγὼ τὴν*

Ἀριστοφάνει οὐδ' εἴ τις ἄλλος γελοῖος ἔστι τε καὶ βούλεται; ἀλλὰ διεμηχανήσω, ὅπως παρὰ τῷ καλλίστῳ τῶν ἔνδον κατακείσει. Καὶ τὸν Σωκράτη, Ὦ Ἀγάθων, φάναι, ὅρα, εἴ μοι ἐπαμυνεῖς· ὡς ἐμοὶ ὁ τούτου ἔρως τοῦ ἀνθρώπου οὐ φαῦλον πρᾶγμα γέγονεν. ἀπ'

τούτου μανίαν — ὑῤῥωδῶ. Nobis interrogandi signo, quod post *κατεκλίνης* legitur, transposito post *βούλεται* verba hoc modo convertenda esse videntur: Und nun sage, warum setztest du dich grade dahin, als zum Beispiel nicht neben Aristophanes, auch nicht neben irgend einen andern, der witzig ist und witzig zu sein Lust hat? Ad *βούλεται* supplendum est *γελοῖος εἶναι.* Vide annotat. p. 200. Ceterum *Bliror*, Rückertus inquit, *h. l. γελοῖον et κάλλιστον sibi opponi. Attamen vereor, ne sit audacius, de Aristophanis forma inde aliquid colligere.* Nihil his verbis oppositionis inest. Miratur autem et indignatur Alcibiades, quod non apud alium Socrates consederit, v. c. apud Aristophanem, hominem plenum festivitatum, sed dedita opera ex pulchris pulcherrimo se adiunxerit.

ἀλλὰ διαμηχανήσω. Ἀλλά vocabulo magna est vis ironiae; id cave cum praecedente *οὔ* negatione cohaerere censeas. Per se enim positum est, atque veram rei statum describit. *Διαμηχανᾶσθαι* verbum fortunae notioni opponitur, qua quis vel hunc vel illum socium nanasciscitur. Sensus est: Aber natürlich, da hat deine Schlauigkeit es so einzuleiten gewusst, dass du neben den Schönsten von allen, die hier sind, dich setzen musstest.

ὅρα, εἴ μοι ἐπαμυνεῖς. Vulgo *ὅρα, εἴ μοι ἐπαμύνεις* legitur; quod quamquam non falsum est, tamen haud scio, an non rectius sit atque verius, quod recentiores editores, si Rückertum exceperis, de H. Stephani coniectura dederunt *ἐπαμυνεῖς.* Probatur idem Ficini conversione: vide, si quo pacto mihi succurrere potes. Rückertus autem concedit quidem, in huiusmodi dicendi genere futurum tempus usitatum fuisse Graecis, neque omnino negat, Platonem id tempus h. l. adhibuisse: verum necessarium non esse existimat; cur enim, inquit, non possit praesens tempus adhiberi, frustra quaerimus. Latini: vide, an me defendas. Nos: Sieh zu, ob du mich vertheidigst. — Lecta hac V. D. annotatione mireris, ipsum *ἀμύνεις* in textu posuisse tamen. Nobis autem praesens tempus in hoc dicendi genere ita a futuro videtur differre, ut illo adhibito de voluntate agatur eius, qui alicui opitulari rogatur, futuro tempore ad eventum illius actionis respiciatur. Vides igitur, futurum longe gravius esse in illa dictione, quam praesens tempus. Illud est: Vide, an mihi opitulari velis. Hoc est: Vide, an possis mihi opitulari, h. e. omni virium contentione mihi opitulare.

οὐ φαῦλον πρᾶγμα.

ἐκείνου γὰρ τοῦ χρόνου, ἀφ' οὗ τούτου ἠράσθην, οὐκ-
D ἔτι ἔξεστί μοι οὔτε προσβλέψαι οὔτε διαλεχθῆναι καλῷ οὐδενὶ, ἢ οὑτοσὶ ζηλοτυπῶν με καὶ φθονῶν θαυμαστὰ ἐργάζεται καὶ λοιδορεῖταί τε καὶ τὼ χεῖρε μόγις ἀπέχεται. ὅρα οὖν, μή τι καὶ νῦν ἐργάσηται, ἀλλὰ διάλλαξον ἡμᾶς, ἢ, ἐὰν ἐπιχειρῇ βιάζεσθαι, ἐπάμυνε, ὡς ἐγὼ τὴν τούτου μανίαν τε καὶ φιλεραστίαν

Ficinus: Amor quippe huius hominis haud love quiddam mihi exsistit. Schleiermacherus: Denn dieses Menschen Liebe hat mir schon zu gar nicht wenigem Verdruss gereicht. Schulthessius: Denn die Liebe dieses Menschen ist für mich kein kleines Leiden. De hac notione πρᾶγμα verbi etiam in aliis dictionibus vide Indices s. v. πρᾶγμα.

ἢ οὑτοσὶ ζηλοτυπῶν. Prorsus eodem modo nos loqui solemus. Recte Stallbaumius H. e., inquit, aut, si id facio, prae aemulatione et invidia cet. Conferri iubet Rückertus annotat. ad h. l. Plat. Theaet. p. 173. E. τοῦτό γε ὀφόδρα ὑπισχνεῖτο πάντων διαφέρειν αὐτός. Σ. Νὴ Δία, ὦ μέλε· ἢ οὐδείς γ' ἂν αὐτῷ διελέγετο.

τὴν τούτου μανίαν τε καὶ φιλεραστίαν. Schleiermacherus: denn seine Tollheit und verliebtes Wesen, solpece pro und sein v. Wesen. De φιλεραστίας significatu vide annotat. p. 174. Μανίαν autem eius esse h. l., qui nimius sit in amando, annotatio docet verbis subiecta p. 173. D. καὶ ὁπόθεν ποτὲ ταύτην τὴν ἐπωνυμίαν ἔλαβες, τὸ μανικὸς καλεῖσθαι κ. τ. λ. p. 14. Ceterum vix opus est, ut moneamus, βιάζεσθαι verbum, quod in superioribus legitur, absolute positum esse, ut significet: vim adhibere.

πάνυ ὀῤῥωδῶ. Ex schol. Aristoph. ad Plut. v. 122, haec depromam: ὀῤῥωδῶ πάνυ, ὀῤῥωδῶ λέγεται τὸ φοβοῦμαι ἐκ μεταφορᾶς τῶν ζώων τῶν διὰ τῆς οὐρᾶς δεικνύντων τὸ δέος. εἰωθε γὰρ ταῦτα φοβηθέντα συνάγειν τὴν οὐρὰν ἐντὸς τῶν μηρῶν. Ridiculum autem ac ne verum quidem est, quod sequitur: ἢ ὅτι τῶν φοβουμένων εἰωθεν ὁ ὄῤῥος πρῶτος ἱδροῦν. Aliis iudicandum relinquo, num verum sit, quod apud eundem scholiastam legitur: καὶ κυρίως μὲν ἐπὶ τοῦ τῶν ἀλόγων δέους.

ἀλλ' οὐκ ἔστιν. Cogitandum est, Agathonem ad resistendum se parasse; quod cum animadverteret Alcibiades memor fortasse proverbii, quo ne Hercules quidem duobus aptus esse dicitur, futuro tempore, ubi rursum peccaverit, etiam huius criminis poenas Socratem luiturum esse profitetur.

τὴν τούτου ταυτηνὶ τήν. Iteratio haec articuli non caret idonea ratione. Nam verba sic connectenda sunt: τὴν τού-

πάνυ ὀῤῥωδῶ. Ἀλλ' οὐκ ἔστι, φάναι τὸν Ἀλκιβιάδην, ἐμοὶ καὶ σοὶ διαλλαγή. ἀλλὰ τούτων μὲν εἰσαῦθίς σε τιμωρήσομαι· νῦν δέ μοι, Ἀγάθων, φάναι, μετάδος τῶν ταινιῶν, ἵνα ἀναδήσω καὶ τὴν τούτου ταυτηνὶ E τὴν θαυμαστὴν κεφαλήν, καὶ μή μοι μέμφηται, ὅτι σὲ μὲν ἀνέδησα, αὐτὸν δὲ νικῶντα ἐν λόγοις πάντας ἀν-θρώπους, οὐ μόνον πρώην, ὥσπερ σὺ, ἀλλ' ἀεί, ἔπειτα

του κεφαλὴν θαυμαστήν. cfr. Matth. Gramm. §. 278. Stallb. Plura huius structurae exempla Stallbaumius collegit ad Plat. Gorg. p. 502. B.: τί δὲ δὴ ἡ σεμνὴ αὕτη καὶ θαυμαστὴ ἡ τῆς τραγῳδίας ποίησις. Herodot. VII. 196. ὁ ναυτικὸς ὁ τῶν βαρβάρων στρατός. Thucyd. I. 23. καὶ ἡ οὐχ ἥκιστα βλάψασα ἡ λοιμώδης νόσος. Plat. de rep. VIII. p. 565. D. τὸ ἐν Ἀρκαδίᾳ τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Λυκαίου ἱερόν. Hoc autem non praetermittendum est, effici hoc genere dicendi, ut quicquid verbis contineatur, id gravitate quadam augeatur. Atque nostro quidem loco articuli repetitione summus Alcibiadis amor indicatur ita, ut verba cum Latinorum comparari queant; te volo, te ipsum, vir admirabilis, coronare.

αὐτὸν δὲ νικῶντα ἐν λόγοις. Libri Florentini aliique αὐτὸν, quod in textum recepit Rückertus, αὐτόν hic non locum habere contendens. Frustra. Illud Bekkerus atque Stallbaumius exhibent. Ac Stallbaumius quidem Non dixit, inquit, αὐτόν, sed αὐτόν propter oppositionis rationem. Nobis ita videtur statuendum esse, ut iudicium Alcibiadis de Socrate etiam tanquam ex ipsa Socratis mente proferri dicamus, qui ita rem cogitare posse fingitur: ἐκεῖνον μὲν ἀνέδησεν, ἐμὲ δὲ νικῶντα — οὐκ ἀνέδησεν. Quam sententiam Alcibiades si e Socratis tantummodo animo proferre voluisset, dixisset opinor: καὶ μή μοι μέμφηται, ὅτι σὲ μὲν ἀναδήσαιμι, αὐτὸν δὲ νικῶντα ἐν λόγοις πάντας ἀνθρώπους — οὐκ ἀναδήσαιμι. Si ex sua tantummodo sententia eandem rem idem edicturus fuisset, non αὐτόν, sed αὐτόν exhibere debuit. Habes igitur hoc loco confusionem structurarum duarum, quae quantum habeat in se venustatis, eos non fugiet, qui hunc locum satis accurate examinaverint.

ἔπειτα οὐκ ἀνέδησα. Ἔπειτα in huiusmodi dictionibus semper ad praecedens participium refertur, atque proprie praemittitur ei, quod actionem, quae participio continetur, sequi debeat. Usu loquendi deinde factum est, ut satis cum ironia consequentiae notio cum contrario, h. e. cum eo, quod actionem participii non sequi debeat, coniungeretur. Et cum latior sit participiorum significatio, fieri potest, ut e. c. νικῶντα sit postquam vicit ac vincit; possis igitur ἔπειτα tamen convertere.

οὐκ ἀνέδησα. Καὶ ἅμα αὐτὸν λαβόντα τῶν ταινιῶν ἀναδεῖν τὸν Σωκράτη καὶ κατακλίνεσθαι. ἐπειδὴ δὲ κατεκλίνη, εἰπεῖν.

Cap. XXXI.

Εἶεν δή, ἄνδρες· δοκεῖτε γάρ μοι νήφειν· οὐκ ἐπιτρεπτέον ὑμῖν, ἀλλὰ ποτέον· ὡμολόγηται γὰρ ταῦθ' ἡμῖν. ἄρχοντα οὖν αἱροῦμαι τῆς πόσεως, ἕως ἂν ὑμεῖς

εἶεν δή, ἄνδρες, δοκεῖτε γάρ. Diximus de hoc loco annotat. p. 265., quam vide. Verba quod attinet ὡμολόγηται γὰρ ταῦθ' ἡμῖν, cfr. p. 213. A. ἀλλά μοι λέγετε αὐτόθεν, ἐπὶ ῥητοῖς εἰσίω, ἢ μή; συμπίεσθε, ἢ οὔ; πάντας οὖν ἀναθορυβῆσαι καὶ κελεύειν εἰσιέναι κ. τ. λ. In sequentibus post οὐκ ἐπιτρεπτέον vulgo legitur οὖν. Recte id ex optimorum codicum auctoritate delerunt Bekkerus, Stallbaumius, alii. Eo addito sententiae vigorem admodum refrigescere sentias atque propemodum evanescere.

ἄρχοντα συν αἱροῦμαι τῆς πόσεως. Vide annotat. p. 43. Adde Wachsmuths Hellen. Alterthumsk. II. 2. p. 28. et p. 29., ubi Christius laudatur de magisteriis veterum in poculis. 1745. Non elegerant autem, Stallbaumius inquit, antea convivae regem, qui bibendi leges ediceret, sed constituerant, ut suo quisque genio, quantum vellet, indulgeret.

ἀλλὰ φέρε, καῖ, φάναι, τὸν ψυκτῆρα ἐκεῖνον. Schol. ad h. l. ψυκτήρ, inquit, σκεῦος· ἔνθα διανίζουσι τὰ ποτήρια, ἢ ποτηρίου εἶδος, ὡς Εὐριπίδης Τηλέφῳ. Timaeus ed. Ruhnkenii p. 278. habet ψυκτήρ· ποτήριον μέγα καὶ πλατύ εἰς ψυχροποσίαν παρεσκευασμένον. Laudat praeterea Ruhnkenius Gramm. Ms.: ψυκτήρ· σκεῦος, ἐν ᾧ τὸν οἶνον ἔψυχον, τὸ κοινῶς λεγόμενον κρυωτήριον. Vides, ψυκτῆρα vas nominatum fuisse, quod usui convivarum non ita destinatum erat, ut ex eo vinum haurirent. Hinc non mireris, Athenaeum huius loci respectu habito IV. 27. dixisse: παρὰ τῷ Πλάτωνι τούτων οὐδὲν ἔμμετρον, ἀλλὰ πίνουσι μὲν τοσοῦτον, ὥστε μηδὲ τοῖς ἰδίοις ποσὶν ἵστασθαι. ὅρα γὰρ — Ἀλκιβιάδην ὡς ἀσχημονεῖ, οἱ δὲ ἄλλοι τὸν ὑκτακότυλον ψυκτῆρα πίνουσι προφάσεως λαβόμενοι, ἐκείπερ αὐτοὺς προείλκυσεν Ἀλκιβιάδης.

ἰδόντα αὐτὸν πλέον ἢ κ. τ. λ. Alcibiades Agathonem rogat, ut maius poculum afferri iubeat, post, conspecto aliquo vasi, quod refrigerando vino inserviebat, magnitudine eius delectatus sententiam suam mutat, idque afferri iubet. Ad verbum κοτύλας Schol. annotat: τρίτον

ἱκανῶς πίητε, ἐμαυτόν. ἀλλὰ φερέτω Ἀγάθων, εἴ τι ἔστιν ἔκπωμα μέγα, μᾶλλον δὲ οὐδὲν δεῖ, ἀλλὰ φέρε, παῖ, φάναι, τὸν ψυκτῆρα ἐκεῖνον, ἰδόντα αὐτὸν πλέον 214
ἢ ὀκτὼ κοτύλας χωροῦντα. τοῦτον ἐμπλησάμενον πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐκπιεῖν, ἔπειτα τῷ Σωκράτει κελεύειν ἐγχεῖν, καὶ ἅμα εἰπεῖν· Πρὸς μὲν Σωκράτη, ὦ ἄνδρες, τὸ σόφισμά μοι οὐδέν· ὁπόσον γὰρ ἂν κελεύῃ τις, τοσοῦτον ἐκπιὼν οὐδὲν μᾶλλον μή ποτε μεθυσθῇ. Τὸν μὲν οὖν Σωκράτη ἐγχέαντος τοῦ παιδὸς πίνειν· τὸν δ' Ἐρυ-

μέρος ἡ κοτύλη τῆς χοινικος. Vide Wachsmuths Hell. Alterthumsk. II. 1. p. 78. Annotasse hic sufficit, immensa magnitudine ψυκτῆρα fuisse.

ἐμπλησάμενον. Ficinus: Cum vas implevisset. Aetius: implevisse. Immo implendum curasse. Quae vis est medii; neque verisimile, ipsum fecisse Alcibiadem, quod statim post, ut Socrati fiat, imperantem audimus. Rückert.

τὸ σόφισμά μοι οὐδέν. h. e. in Socrate ars mea inutilis. Ludit Alcibiades in σόφισμα nominis cum ψήφισμα, ut videtur, similitudine. Hoc enim dicturus est: Bibendi magister frustra se exercebit, ut Socratem ceteris convivis similem reddat h. e. ebrium atque Baccho plenum. Quantum ipsi aliquis imperet, tantum bibens non metuendum, ne unquam magis ebrius factus sit. Pro κελεύῃ, quod Bekkerus et Stallbaumius in textum receperunt Bodleiani codicis aliorumque pauciorum auctoritatem secuti, vulgo κελεύσῃ legitur, quod Rückertus edidit. Utraque lectio bona est sententiam si spectas, quam Alcibiades prolaturus erat. Certe non despiciendum est, cur dicere non potuerit: quantum ipsi aliquis imperaverit cet. Difficillimum igitur ad diiudicandum, quid Plato scripserit. Sed tanta tamen nobis, quanta debet, Bodleiani codicis auctoritas fuit, ut non dubitaremus, praesertim cum VV. DD., Bekkero et Stallbaumio placuerit, κελεύῃ in contextum orationem recipere. Sententiam quod attinet, cfr. p. 220. A. ἓν τ' αὖ ταῖς εὐωχίαις μόνος ἀπολαύειν οἷός τ' ἦν, τά τ' ἄλλα καὶ πίνειν οὐκ ἐθέλων, ὁπότ' ἀναγκασθείη, πάντας ἐκράτει καὶ ὃ πάντων θαυμαστότατον, Σωκράτη μεθύοντα οὐδεὶς πώποτε ἑώρακεν ἀνθρώπων.

τὸν δ' Ἐρυξίμαχον, Πῶς οὖν — ποιοῦμεν. Cur Eryximachus potissimum hic prodeat, statim intelliget, qui loci meminerit p. 177. B. C. atque inprimis ibid. D. ἐμοὶ γὰρ δὴ τοῦτό γε οἶμαι κατάδηλον γεγονέναι ἐκ τῆς ἰατρικῆς, ὅτι χαλεπὸν τοῖς ἀνθρώποις ἡ μέθη ἐστί· καὶ οὔτε αὐτὸς ἐθελήσαιμι ἂν πιεῖν, οὔτε ἄλλῳ συμβουλεύσαιμι, ἄλλως τε καὶ

ξίμαχον, Πῶς οὖν, φάναι, ὦ Ἀλκιβιάδη, ποιοῦμεν. Β οὕτως οὔτε τι λέγομεν ἐπὶ τῇ κύλικι οὔτ' ἐπᾴδομεν; ἀλλ' ἀτεχνῶς ὥσπερ οἱ δἰψῶντες πιόμεθα; Τὸν οὖν Ἀλκιβιάδην εἰπεῖν, Ὦ Ἐρυξίμαχε, βέλτιστε βελτίστου πατρὸς καὶ σωφρονεστάτου, χαῖρε. Καὶ γὰρ σὺ, φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον· ἀλλὰ τί ποιῶμεν; — Ὅ τι ἂν σὺ κελεύῃς. δεῖ γάρ σοι πείθεσθαι·

ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

ἐπίταττε οὖν ὅ τι βούλει. — Ἄκουσον δή, εἰπεῖν τὸν

κραιπαλῶντα ἔτι ἐκ τῆς προτεραίας. De verbis Eryximachi medici h. l. laudatis: *πῶς οὖν, φάναι, ὦ Ἀλκιβιάδη, ποιοῦμεν* non recte Stallbaumius: *Ne quis, inquit, coniunctivum requirat, qui est deliberantis: eodem modo nos: Wie nun thun wir, habe Eryximachus gesagt?* Eryximachus cum bibendi molestam necessitatem feliciter evitasset p. 176. B., ne nunc ad bibendum cogeretur, et Alcibiadis immoderatione indignatus, quam omnino pestiferam hominibus supra censuit, *Quid nunc facimus* verba ita profert, ut explicatius audiant: qua insania nunc agimur, tantumque abest Eryximachus, ut, quid faciendum sit, roget, ut potius praesentia satis acriter reprehendat. Quod quo facilius appareat, interrogandi signum in punctum immutavimus.

οὕτως οὔτε τι λέγομεν ἐπὶ τῇ κύλικι. Οὕτως, ut in praecedentibus *πῶς*, plenum indignationis atque acrimoniae. Sensus est: hac igitur ratione, h. e. hac igitur insania affectis neque sermo ullus, neque cantus inter pocula erit? Ceterum *ἐπᾴδομεν* in textu posuimus, quae Bodleiani codicis lectio est, Vulgo *οὔτε τι ᾄδομεν*.

τὸν οὖν — χαῖρε. Alcibiades Eryximachi admonitione tactus cum statim, quod responderet, non haberet, ut non negaret id, cui contradicere non posset, neque probaret, quod probare nollet, Eryximache, inquit, optime fili optimi patris atque sapientissimi, salve. Sed non delinitus hac re Eryximachus, salve tu quoque, respondit, nam et in te cadunt omnia ea, quae super me modo dixisti, sed quid vis faciamus? His auditis Alcibiades satis gratiosus omnem rem ex Eryximachi arbitrio iudicandam propinat.

ἰητρὸς γὰρ ἀνήρ. Versus Homericus est petitus ex Il. λ. De scriptura insequentium verborum *ἐπὶ δεξιά*, vide annotationem p. 50. Vulgo enim etiam h. l. et paullo infra *ἐπιδέξια* legitur. Structuram autem quod attinet verborum *καὶ τοῦτον — καὶ οὕτω τοὺς ἄλλους*, Stallbaumii iudicio subscribendum est annotantis: Accusativus ponitur, ac si praecessisset *δίκαιόν ἐστιν*. Itaque

Ἐρυξίμαχον· ἡμῖν, πρὶν σὲ εἰσελθεῖν, ἔδοξε χρῆναι ἐπὶ δεξιὰ ἕκαστον ἐν μέρει λόγον περὶ Ἔρωτος εἰπεῖν ὡς C δύναιτο κάλλιστον, καὶ ἐγκωμιάσαι. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες ἡμεῖς εἰρήκαμεν· σὺ δ' ἐπειδὴ οὐκ εἴρηκας καὶ ἐκπέπωκας, δίκαιος εἶ εἰπεῖν, εἰπὼν δ' ἐπιτάξαι Σωκράτει ὅ τι ἂν βούλῃ καὶ τοῦτον τῷ ἐπὶ δεξιᾷ, καὶ οὕτω τοὺς ἄλλους. Ἀλλὰ, φάναι, ὦ Ἐρυξίμαχε, τὸν Ἀλκιβιάδην, καλῶς μὲν λέγεις, μεθύοντα δὲ ἄνδρα παρὰ νηφόντων λόγους παραβάλλειν μὴ οὐκ ἐξ ἴσου ᾖ. καὶ ἅμα, ὦ

verba sic interpreteris: *καὶ τοῦτον δίκαιόν ἐστιν ἐπιτάξαι τῷ ἐπὶ δεξιά.* Structurae variatio nec per se ingrata est, et per sententiae rationem propemodum necessaria. —

οἱ μὲν οὖν ἄλλοι. Apollodorus, ut ipsius verbis docemur p. 180. C. quorundam hominum orationes, quas memoria non teneret, non retulit. Hoc moneo, ne quis miretur, non nisi sex orationibus relatis Eryximachum nunc loquentem induci: *οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες εἰρήκαμεν.*

ἀλλὰ, φάναι, ὦ Ἐρυξίμαχε, τὸν Ἀλκιβιάδην. Verba *ἀλλὰ — ὦ Ἐρυξίμαχε — καλῶς μὲν λέγεις* dubitanter finguntur ab Alcibiade pronuntiata esse, qui verebatur, ne hominis ebrii oratio sobriis auditoribus satis displiceret vel etiam ridicula censeretur. Indicium est huius rei verborum dispositio, quae ita comparata est, ut intermixtis *φάναι* et *τὸν Ἀλκιβιάδην* verbis orationis initium eo modo distraheretur, quo ab Alcibiade pronuntiatum est. Simile huius artificii exemplum reperitur p. 175. E. *ὑβριστὴς εἶ, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Ἀγάθων*, quae verba Agathonem ita pronuntiasse consentaneum est, ut illudi sibi magno cum pudore sentiat eumque pudorem atque confusionem animi interrupta voce prodat.

μεθύοντα δὲ ἄνδρα παρὰ νηφόντων λόγους. Vario modo sanissimum hunc locum viri docti coniecturis tentarunt. Eas hic repetere longum. Astius verborum sensum esse contendit: *Aequum non fuerit hominem ebrium cogere, ut inter sobriorum hominum sermones habita oratione fiat ridiculus*, quam verborum conversionem nemo probabit. Stallbaumius verba hoc modo interpretatur: *Ebrium virum componere cum sobriorum orationibus haud sane aequum*, (quod breviter dictum est pro) *ebrium virum provocare, ut aemuletur sobriorum orationes, haud aequum fuerit.* Sed ne haec quidem interpretatio satis nobis nunc placet. Notum est Homericum illud *κόμαι Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι*, quae dicendi brevitas haud rara apud veteres scriptores. Exemplo noster locus est, ubi pro *μεθύοντος ἀνδρὸς λόγον* dicitur

D μακάρια, πείθει τί σε Σωκράτης ὧν ἄρτι εἶπεν; ἢ οἶσθα, ὅτι τοὐναντίον ἐστὶ πᾶν ἢ ὁ ἔλεγεν; οὗτος γάρ, ἐάν τινα ἐγὼ ἐπαινέσω τούτου παρόντος ἢ θεὸν ἢ ἄνθρωπον ἄλλον ἢ τοῦτον, οὐκ ἀφέξεταί μου τῶ χεῖρε. Οὐκ εὐφημήσεις; φάναι τὸν Σωκράτη. Μὰ τὸν Ποσειδῶ, εἰπεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην, μηδὲν λέγε πρὸς ταῦτα,

μεθύοντα ἄνδρα. Sensus est: Aber die Rede eines trunkenen Mannes in eine Reihe mit den Reden nüchterner Männer zu stellen, möchte wohl nicht aus dem gleichen h. e. nicht passend sein. Rückertus eodem fere modo: vereor, ne parum sit aequa conditio, si homo ebrius cum oratione sua sobriorum cum orationibus componatur. Ceterum cum hoc loco conferri potest Plat. Gorg. p. 455. E. οἶσθα γὰρ δή που, ὅτι τὰ νεώρια ταῦτα καὶ τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων καὶ ἡ τῶν λιμένων κατασκευὴ ἐκ τῆς Θεμιστοκλέους συμβουλῆς γέγονε, τὰ δ' ἐκ τῆς Περικλέους, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν δημιουργῶν, quo loco consentiens vox est codicum omnium in verbis ἐκ τῶν δημιουργῶν. Buttmannus et Heindorfius scribendum coniecerunt ἐκ τῆς δημιουργῶν; Schaeferus ad Apoll. Rhod. Tom. II. p. 141. ἐκ τῆς τῶν δημιουργῶν maluit. Sed nihil opus esse mutatione, instituta cum Symposii loco comparatio docebit. Adde, quae verba infra leguntur p. 217. D. ἀνεπαύετο οὖν ἐν τῇ ἐχομένῃ ἐμοῦ κλίνῃ h. e. in lecto, qui meo lecto proximus erat.

καὶ ἅμα, ὦ μακάριε,

πείθει τί σε κ. τ. λ. Alcibiades verbis prolatis καὶ ἅμα proprie dicturus erat: Et simul ne possem quidem, etiamsi vellem, Erotem laudare Socrate praesente. Sed mutato consilio ita perrexit: Num tibi quidquam eorum, quae modo locutus est, Socrates persuasit? Sensit enim homo sagacissimus, verbis contra Socratem directis fidem prorsus defuturam esse, nisi illius dictum ante oppugnatum sit, atque in mendacii suspicionem vocatum. Recte igitur Stallbaumius annotat. ad h. l. Alcibiadis interrogationem ita interpretatur, ut sensum eius esse dicat: Noli quidquam eorum credere, quae modo dixit Socrates: nam plane contrarium verum est. Ceterum ad verba hic respici consentaneum est p. 213. C. Ὦ Ἀγάθων, — ὅρα, εἴ μοι ἐπαμυνεῖς. ὡς ἐμοὶ ὁ τούτου ἔρως τοῦ ἀνθρώπου οὐ φαῦλον πρᾶγμα γέγονεν. ἀπ' ἐκείνου γὰρ τοῦ χρόνου, ἀφ' οὗ τούτου ἠράσθην, οὐκέτι ἔξεστί μοι οὔτε προσβλέψαι οὔτε διαλεχθῆναι καλῶ οὐδενὶ, ἢ οὗτοσὶ ζηλοτυπῶν με καὶ φθονῶν θαυμαστὰ ἐργάζεται καὶ λοιδορεῖταί τε καὶ τῶ χεῖρε μόγις ἀπέχεται κ. τ. λ. Satis lepide autem iisdem fere verbis hic utitur Alcibiades,

ὡς ἐγὼ οὐδ' ἂν ἕνα ἄλλον ἐπαινέσαιμι σοῦ παρόντος. Ἀλλ' οὕτω ποίει, φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον, εἰ βούλει Σωκράτη ἐπαίνεσον. Πῶς λέγεις; εἰπεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην· δοκεῖ χρῆναι, ὦ Ἐρυξίμαχε; ἐπιθῶμαι τῷ E *ἀνδρὶ καὶ τιμωρήσωμαι ὑμῶν ἐναντίον; Οὗτος, φάναι τὸν Σωκράτη; τί ἐν νῷ ἔχεις; ἐπὶ τὰ γελοιότερά με*

quae Socrates l. l. exhibuit, *ἀφέξεταί μου τὼ χεῖρε.*

οὐκ εὐφημήσεις; Negatio cum futuro tempore coniuncta quam potestatem habeat, supra dictum est annotat. p. 26. *Εὐφημεῖν* verbi significatum quod attinet, explicatum reperies annotat. p. 246.

ὡς ἐγὼ οὐδ' ἂν ἕνα ἄλλον h. e. nam de me ita cogitato, ut qui te praesente prorsus neminem alium laudaturus sim.

πῶς λέγεις; — δοκεῖ χρῆναι, ὦ Ἐρυξίμαχε; Supra p. 213. D. Alcibiades impediebatur, quominus iniuriam, quam a Socrate sibi illatam putabat, ulcisceretur; nunc data ultionis occasione magna cum animi laetitia atque huius rei necopinatam opportunitatem miratus, Quid ais? inquit, censen' me etiam debere hoc facere? Accentus orationis in *χρῆναι* verbo ponendus est, quo facto, quod antea, ut faceret, non licuerit Alcibiadi, id nunc idem etiam debere facere indicatur.

ἐπὶ τὰ γελοιότερά με ἐπαινέσεις; Duplici modo Rückertus putat *γελοιότερα* comparativum explicari posse, vel ut admissa dicendi brevitate dictus sit pro *τὰ γελοιότερα ἢ ἀληθέστερα*, vel ut significet: ita laudare, ut quo sint quaeque magis ridicula, eo laudanda sumas studiosius. Neutra comparativi explicatio probari potest. Stallbaumius ad h. l., *in talibus*, inquit, *quae sis vis et significatio comparativi, neminem, opinor, fugiet.* Neque sane difficile est indicatu, quid significet. Primum loci meminisse iuvat p. 189. B., ubi Aristophanes haec profert: *ὡς ἐγὼ φοβοῦμαι περὶ τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι οὔ τι, μὴ γελοῖα εἴπω, τοῦτο μὲν γὰρ ἂν κέρδος εἴη καὶ τῆς ἡμετέρας Μούσης ἐπιχώριον, ἀλλὰ μὴ καταγέλαστα.* Ad quem locum cum annotatum sit p. 149., *γελοῖα* ea significare, quae risum moveant, *καταγέλαστα* contra fatuitatem denotare eius, cui *καταγέλαστα* convenire dicantur, dubitari nequit, quin nostro loco comparativus *γελοῖον* vocabuli nihil aliud exprimat, quam quod illo loco *καταγέλαστα* vocetur. Ceterum Bekkerus edidit: *ἐπὶ τὰ γελοιότερά με ἐπαινέσει*, quae scriptura ex errore enata est olim disseminato: *ἐπαινεῖν* verbi futurum tempus non *ἐπαινέσω* sed *ἐπαινέσομαι* audire.

ἐπαινέσεις; ἢ τί ποιήσεις; — Τἀληθῆ ἐρῶ. ἀλλ' ὅρα, εἰ παρίης. — Ἀλλὰ μέντοι, φάναι, τά γε ἀληθῆ παρίημι καὶ κελεύω λέγειν. Οὐκ ἂν φθάνοιμι, εἰπεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην. καὶ μέντοι οὑτωσὶ ποίησον· ἐάν τι μὴ ἀληθὲς λέγω, μεταξὺ ἐπιλαβοῦ, ἂν βούλῃ, καὶ
215 εἰπὲ, ὅτι τοῦτο ψεύδομαι. ἑκὼν γὰρ εἶναι οὐδὲν ψεύσομαι. ἐὰν μέντοι ἀναμιμνησκόμενος ἄλλο ἄλλοθεν λέγω, μηδὲν θαυμάσῃς· οὐ γάρ τι ῥᾴδιον τὴν σὴν

τἀληθῆ ἐρῶ. Vide de his verbis Comment. de Platonis Symposio. Quae sequuntur verba, ἀλλ' ὅρα, εἰ παρίῃς, ludibrii caussa addita sunt, quasi rogari oporteat virum eum, qui per omnem vitam veritatis amorem profitebatur, utrum vera dici velit necne. Monemur autem hoc loco de verbis Plat. Apol. Socr. p. 17. C.: καὶ μέν τοι καὶ πάνυ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο ὑμῶν δέομαι καὶ παρίεμαι. Phavorinus παρίεσθαι τοῦτο, inquit, δοκεῖ τοῦ παραιτεῖσθαι δύναμιν ἔχειν. Timaeus L. V. Pl. p. 207. παρίεμαι· παραιτοῦμαι, ad quem locum Ruhnkenius: Huius rarissimae, inquit, notionis ratio nondum, quod sciam, explicata pendet ex indole mediorum. Ut ἵημι et ἐφίημι est mitto, ἵεμαι et ἐφίεμαι mitti mihi volo, i. e. cupio, peto, sic παρίημι admitto, παρίεμαι ad me admitti volo significat, h. e. precor, deprecor. — Speciosa quidem est, sed, quoniam usu loquendi non probatur, neutiquam probabilis παρίεμαι verbi explicatio. Neque Socratis ingenio, qui, ut virum sapientem decet, fortiter atque viriliter iudicibus respondit, rogandi verbum duplex positum satis convenire videtur. Significant potius verba τοῦτο ὑμῶν δέομαι καὶ παρίεμαι: hoc vos rogo mihique indulgeo.

οὐκ ἂν φθάνοιμι. De signo interrogandi post haec verba non admittendo, atque de huius dictionis significatu supra diximus annotat. p. 125. Quae sequuntur verba, καὶ μέντοι οὑτωσὶ ποίησον, aliquid vitii contraxerunt, quod miror a nemine interprete deprehensum esse. Schleiermacherus verba convertit: und du thue so, quod ita dicitur, ut, dum Alcibiades dicat, si quid forte minus recte dixisset, Socrates iubeatur id corrigere. Hoc modo etiam ceteri interpretes verba acceperunt. Sed duo sunt, quae displiceant. Μέντοι cum οὑτωσὶ ποίησον vix videtur commode coniungi posse. Deinde σύ pronomine haud careas in enuntiatione, qua quid Socrati faciendum sit, praecipitur. Facillime unius litterae mutatione locus sanatur. Scribendum est καὶ μέντοι σὺ τωσὶ ποιήσων ἐάν τι μὴ ἀληθὲς λέγω, μεταξὺ ἐπιλαβοῦ κ. τ. λ. Sensus est: Et si hac, qua dixi, ratione acturus, falsi quid forte dixero, interpella, si placet, io-

ἀτοπίαν ὧδ' ἔχοντι εὐπόρως καὶ ἐφεξῆς καταριθμῆσαι. — Σωκράτη δ' ἐγὼ ἐπαινεῖν, ὦ ἄνδρες, οὕτως ἐπιχειρήσω, δι' εἰκόνων. οὗτος μὲν οὖν ἴσως οἰήσεται ἐπὶ τὰ γελοιότερα, ἔσται δ' ἡ εἰκὼν τοῦ ἀληθοῦς ἕνεκα, οὐ τοῦ γελοίου.

Cap. XXXII.

Φημὶ γὰρ δὴ ὁμοιότατον αὐτὸν εἶναι τοῖς Σειληνοῖς

quentem atque falsa narrantem redargue.

ἐκὼν γὰρ εἶναι. De infinitivo in huiusmodi dictionibus vide annotat. p. 40. Sensus est: quantum ex me pendet, mendacium non dicam.

οὐ γάρ τι ῥᾴδιον. Cave pronomen indefinitum cum *ῥᾴδιον* arcte connectendum censeas. Pertinet id ad negationem atque *οὔ τι* apprime respondet nostratium: denn es ist gar nicht etwa leicht. Quae sequuntur verba *ὧδ' ἔχοντι* duplici modo explicari possunt. Aut enim ad Socratem referuntur aut ad Alcibiadem. Ad Socratem relata Alcibiadem ita animatum ostendunt, ut qui difficillimum esse putet, Socratici ingenii miras virtutes coram Socrate sobrio expedite atque ordine quasi in digitis enumerare. *Ὧδ' ἔχοντος*, quod fortasse sunt, qui desiderent, prorsus alium sensum funderet, atque *ἀτοπίας* Socraticae inserviret veritati describendae; esset enim idem *ὧδ' ἔχοντος* atque *τὴν σὴν ἀτοπίαν ὡς ἔχεις*. Sed possunt etiam *ὡς ἔχοντι* verba ad Alcibiadem referri, ut homini ebrio Alcibiades difficillimum esse censeat Socratis *ἀτοπίαν* expedite atque ordine referre. Quamquam eadem vis est sententiae, hoc an illud explicandi genus magis probaveris, tamen cum recentioribus interpretibus de Alcibiade verba *ὡς ἔχοντι* dicta accipiam.

οὕτως — δι' εἰκόνων. Addita verba habes *δι' εἰκόνων*, quibus quod praecedit *οὕτως* vocabulum accuratius definitur. Vide annotat. p. 43., ubi et hic locus laudatus est. Ad sequentia *οἰήσεται ἐπὶ τὰ γελοιότερα* Stallbaumius supplendum censet: me ipsum laudaturum esse. Non recte. Meliora docent sequentia verba *ἔσται δ' ἡ εἰκὼν τοῦ ἀληθοῦς ἕνεκα κ. τ. λ.*, ut igitur ad illa verba supplendum sit: *δι' εἰκόνων με ἐπιχειρεῖν ἐπαινεῖν*. Fortasse etiam plane nihil supplendum est, siquidem cogitari potest, Alcibiadem *ἐπὶ τὰ γελοιότερα* verba quodammodo ex sententia Socratis repetiisse. Verba igitur convertere possis: Er wird wahrscheinlich bei sich denken „*ἐπὶ τὰ γελοιότερα*“: des Bildlichen bediene ich mich indess nur der Wahrheit wegen, nicht um zu verhöhnen.

τοῖς Σειληνοῖς τούτοις τοῖς ἐν τοῖς ἐρμογλυφείοις καθημένοις. Schol. ad h. l. *Σιληνοὶ Διο-*

B τούτοις τοῖς ἐν τοῖς ἑρμογλυφείοις καθημένοις, οὓς τινας ἐργάζονται οἱ δημιουργοὶ σύριγγας ἢ αὐλοὺς ἔχοντας· οἳ διχάδε διοιχθέντες φαίνονται ἔνδοθεν ἀγάλ-

νύσου χορευταὶ παρὰ τὸ σιλλαίνειν, ὃ ἔστι σκώπτειν λεγόμενοι [παρὰ τοὺς πότους]. Adde Schol. ad Aristoph. Nubb. v. 223. τί με καλεῖς, ὦ φήμερε. — ὦ ἄνθρωπε. ἐλέγετο δὲ ὁ Σωκράτης τὴν ὄψιν Σειληνῷ παρεμφαίνειν. σιμός τε γὰρ καὶ φαλακρὸς ἦν. περιέθηκεν οὖν αὐτῷ οἷον τοῦ παρὰ Πινδάρῳ Σειληνοῦ φωνήν κ. τ. λ. Patet autem e nostro loco, — nam nusquam alias rem commemoratam reperias — statuarios capsulas, quibus artificia reconderent, ad Silenorum formam effinxisse, eorumque sedentium quidem, ut latius intus spatium artificiorum recondendorum daretur. Hae capsulae felicissime cum Socrate comparantur etiam eo, quod externo cultu minus conspicuae erant atque negligentius elaboratae. Athenaeus L. I. c. 15. C. statuam Thebis exstitisse narrans Cleonis cantoris haec addit: ὑπὸ τοῦτον τὸν ἀνδριάντα, ὅτε Ἀλέξανδρος τὰς Θήβας κατέσκαπτε, φησὶ Πολέμων, φεύγοντά τινα χρυσίον εἰς τὸ ἱμάτιον κοῖλον ὂν ἐνθέσθαι· καὶ συνοικιζομένης τῆς πόλεως ἐπανελθόντα εὑρεῖν τὸ χρυσίον μετὰ ἔτη τριάκοντα. Sed nihil habet haec narratio, quod aliquo modo possit cum nostri loci verbis comparari. Hoc tantummodo ex ea discimus, magna religione illis temporibus homines artium operibus pepercisse.

οἳ διχάδε διοιχθέντες. H. Stephanus διχάδε verbo offensus, quod nusquam alias apud Platonem reperiatur, δίχα scribendum coniecit, quae correctio fuerunt quibus admodum placeret. Recte recentiores editores διχάδε reposuerunt. Verba converterunt Ficinus: *qui si bifariam dividantur, reperiuntur intus imaginem habere deorum.* Schleiermacherus: in denen man aber, wenn man die eine Hälfte wegnimmt, Bildsäulen von Göttern erblickt. Schulthessius: Schiebt man sie auseinander, so erblickt man inwendig Götterbilder. Rem intellectu facillimam fecerunt interpretes difficiliorem. Res sic se habet: In contrariis Silenorum lateribus duobus duo foramina erant, quae epistomio quodam claudi poterant. Iam si quis artificia intus recondita spectare vellet, non opus erat, ut singulae partes Sileni solverentur. Ex altero enim Sileni latere, ex utro aliquis vellet, per alterum foramen spectatio erat, ex altero lateris parte per alterum, quod in eo erat, foramen lux incidebat. Sensus est verborum: Diese zeigen, da sie auf beiden Seiten nach den Durchschnittspuncten hin Oeffnungen haben, in ihrem Innern die Gestalten von Göttern. Ceterum non sine magna vi ultimo enuntiati loco positum habes θεῶν nomen, ut significantius indicetur, res summae gravitatis vili atque paene ridiculo tegumento h. e. Socratici corporis turpitudine ob-

ματα ἔχοντες θεῶν. καί φημι αὖ ἐοικέναι αὐτὸν τῷ Σατύρῳ, τῷ Μαρσύᾳ. ὅτι μὲν οὖν τό γε εἶδος ὅμοιος εἶ τούτοις, ὦ Σώκρατες, οὐδ' αὐτὸς δή που ἀμφισβη-

volutas esse. Nostrum locum imitatus est Iulianus Orat. VI. p. 184. A., sed memoriter atque minus accurate, ut cavendum sit, ne quis ad eius exemplar Platonis verba emendare studeat: *φημὶ γὰρ δὴ τὴν κυνικὴν φιλοσοφίαν ὁμοιοτάτην εἶναι τοῖς Σειληνοῖς τοῖς ἐν τοῖς ἑρμογλυφείοις καθημένοις, οὓς τινας ἐργάζονται οἱ δημιουργοὶ σύριγγας ἢ αὐλοὺς ἔχοντας, οἳ δὲ διοιχθέντες ἔνδον φαίνονται ἀγάλματα ἔχοντες θεῶν.*

καί φημι — τῷ Σατύρῳ, τῷ Μαρσύᾳ. Marsyas, Schol. inquit, *αὐλητής, Ὀλύμπου υἱός, ὃς τοὺς αὐλοὺς Ἀθηνᾶς ῥιφάσης διὰ τὸ ἐνασχημονεῖν αὐτοῖς ἀνελόμενος ἤρισεν Ἀπόλλωνι περὶ μουσικῆς, καὶ ἡττήθη, καὶ ποινὴν δέδωκε τὸ δέρμα δαρείς.* Docemur hac Schol. narratione, Marsyam formam faciei minus curasse, utpote qui tibiis canendo excelluerit, quas, quoniam faciem deturpant, repudiavit Minerva. cfr. Appulei. Florid. I. 8. Eo (Hyagni) Marsyas cum in artificio patrissaret tibicinii, Phryx cetera et barbarus, vultu ferino, trux, hispidus, illutibarbus, spinis et pilis obsitus fertur pro nefas cum Apolline certavisse. Thersites cum decoro, agrestis cum erudito, bellua cum deo. Ceterum quid Marsyae mytho veteres exprimere voluerint, statim intelligitur. Musica nimirum arte hominum ferocitas delinita morumque asperitas deposita est, sicut pellis Marsyae spinis atque pilis obsita, quam Musarum iudicio Satyrus deposuit.

οὐδ' αὐτὸς δή που ἀμφισβητήσαις. Haec est lectio vulgata, quam duorum auctoritate codicum in *ἀμφισβητήσεις* immutarunt interpretes. Ac potuit quidem Plato ita scribere, non scripsit revera. Etenim quae certissima sunt atque luce clariora Alcibiadi, ea idem quasi dubia ex Socratis mente aptat, non ut incertus esse rei, sed ut simulare tantummodo videatur ironiae caussa aliquam dubitationem. Huius optativi exemplum, quo satis acerbe aliquis aliquid, quod compertum habet atque perspectum, tamquam dubium ex alius mente aptat, apud Meleagrum reperitur Epigr. LXIII.

Ἔγνων, οὐ μ' ἔλαθες. τί θεούς;
οὐ γάρ με λέληθας.
Ἔγνων· μηκέτι νῦν ὄμνυε πάντ' ἔμαθον.
Ταῦτ' ἦν, ταῦτ' ἐπίορκε; μόνη σὺ πάλιν, μόνη ὑπνοῖς
Ὦ τόλμης· καὶ νῦν, νῦν ἔτι φησὶ μόνη.

Aliud exemplum a Reisigio laudatum reperies in Commentat. de vi et usu ἄν particulae p. 131.: Theocr. Idyll. XVII. v. 60.

φής μοι πάντα δόμεν· τάχα δ' ὕστερον οὐδ' ἅλα δοίης,

quae verba a puella pronuntiari Reisigius censet, quae amatori

τήσεις· ὡς δὲ καὶ τἆλλα ἔοικας, μετὰ τοῦτο ἄκουε. Ὑβριστὴς εἶ· ἢ οὔ; ἐὰν γὰρ μὴ ὁμολογῇς, μάρτυρας παρέξομαι. ἀλλ' οὐκ αὐλητής; πολύ γε θαυμασιώτερος c ἐκείνου· ὁ μέν γε δι' ὀργάνων ἐκήλει τοὺς ἀνθρώπους τῇ ἀπὸ τοῦ στόματος δυνάμει, καὶ ἔτι νυνὶ ὃς ἂν τὰ

multa pollicito hyperbolicum fere aliquid et incredibile imputare lepide confiteatur. *Ilis verbis*, Reisigius inquit, *si ἄν vel κέ adderes, vah, quantum periret Veneris, Lasciva puella, quod ipsa minime credit, loquitur, nec vult videri serio se credere, sed tentat dissimulare tantum: qua ironia eo fit amabilior, et auget amoris flammam. Tale fere quiddam est in nostratium more, ubi dicimus: am Ende: veluti, am Ende giebst du mir gar nichts.* — Similius Reisigianum exemplum Platonis verbis est, quam quod supra laudavimus exemplum Meleagri, quamquam id accuratius examinatum eadem dicendi ratione gaudere intelliges.

ὑβριστὴς εἶ· ἢ οὔ; Haec verba Schleiermacherus reddidit: Bist du übermüthig, oder nicht? Sed magnopere displicet, quam V. D. secutus est, verborum interpunctio, neque verisimile est, eum, qui testes adhibere possit, quibus rei prolatae veritatem probet, sic locutum esse: ὑβριστὴς εἶ, ἢ οὔ; Sententiam verborum quod attinet, prorsus eodem modo Socrates ὑβριστὴς vocatur ab Agathone p. 175. E.: Ὑβριστὴς εἶ, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Ἀγάθων. Ὑβριστῶν autem nomine omnes insignuntur, qui aliquam rem ita torquent atque volvunt, ut aliam vel speciem vel notionem potestatemque repraesentet, eamque quidem contrariam ei, quae primitus ipsi inest. Sic et ὑβρίζειν verbum de Homerica proverbii corruptione adhibitum legitur p. 174. B. Ὅμηρος μὲν γὰρ κινδυνεύει οὐ μόνον διαφθεῖραι, ἀλλὰ καὶ ὑβρίσαι εἰς ταύτην τὴν παροιμίαν, ad quae verba vide annotat. p. 19. Ut autem Sileni in artificum officinis sedentes aliud in se habent, aliud externa forma ostendunt, quod illi maxime contrarium est, ita Socrates haud raro cogitationes suas obtegens aliud quid, quam quod sentiret, verbis exprimere solebat. Hinc institutae comparationis et Socratis et Silenorum expendas veritatem.

ἐὰν γὰρ μὴ ὁμολογῇς. Γάρ particulae potestatem recte intelligent, qui interrogationis praecedentis significatum cognoverint. Ἢ οὔ; enim verba ita proferuntur ab Alcibiade, ut rem a Socrate negari posse negaret quasi diceret: Rem negare non potes. Paullo aliter Stallbaumius de γάρ particula disseruit annotat. ad h. l.: Particula γάρ, inquit, referenda est ad sententiam ex reliqua oratione facile supplendam: εἶ μὲν οὖν. — Utra rectior sit atque naturae loci accommodatior explicatio, lectores ipsi videant.

ἀλλ' οὐκ αὐλητής; Re-

ἐκείνου αὐλῇ. ἃ γὰρ Ὄλυμπος ηὔλει, Μαρσύου λέγω, τούτου διδάξαντος. τὰ οὖν ἐκείνου, ἐάν τε ἀγαθὸς αὐλητὴς αὐλῇ, ἐάν τε φαύλη αὐλητρὶς, μόνα κατέχεσθαι ποιεῖ, καὶ δηλοῖ τοὺς τῶν θεῶν τε καὶ τελετῶν δεομένους διὰ τὸ θεῖα εἶναι. σὺ δ' ἐκείνου τοσοῦτον

ctissime H. Stephanus, quod in editt. vulg. omittitur, post *αὐλητής* signum interrogandi posuit. *Ἀλλά* autem e ficto Socratis responso repetitum est, qui *ὑβριστὴν* quidem se esse confiteatur, *αὐλητὴν* se esse non concedat: *ὑβριστής γ' εἰμὶ, ἀλλ' οὐκ αὐλητής.*

καὶ ἔτι νυνὶ ὃς ἂν τὰ ἐκείνου αὐλῇ. Docemur his verbis, Olympi harmonias etiam Platonis aetate superfuisse, quibus tantum veneris attribuitur, ut sane pulcherrimas fuisse inde coniicias. Phrygias harmonias fuisse *ἐνθουσιασμόν* procreantes Boeckhius docet ad Plat. Minoem p. 26.

Μαρσύου λέγω, τούτου διδάξαντος. Consentit Schol. ad Aristoph. Eqq. v. 9. *Ξυναυλία. ξυναυλία καλεῖται, ὅταν δύο αὐληταὶ τὸ αὐτὸ λέγωσιν. ὁ δὲ Ὄλυμπος μουσικὸς ἦν, Μαρσύου μαθητής. ἔγραψε δὲ αὐλητικοὺς καὶ θρηνητικοὺς νόμους. νόμοι δὲ καλοῦνται οἱ εἰς θεοὺς ὕμνοι κ. τ. λ.*

ἐάν τε ἀγαθὸς — αὐλητρίς. Etiam tibicinarum cur hic mentionem faciat Alcibiades, si quis quaerat, nihil ab interpretibus annotatum reperiet. Hoc certissimum, neminem offensurum esse in verbis *ἐάν τε ἀγαθὸς αὐλητὴς αὐλῇ, ἐάν τε φαῦλος.* Ut nunc verba se habent, de artis dexteritate dicta accipere possis, ut non nisi viri in arte tibicinaria boni dicantur, mulieres autem artis expertes tibicinariae non nisi mediocritatem quandam teuere. Sed hanc non fuisse scriptoris voluntatem, nobis quidem persuasissimum est. Alcibiades proprie dicturus erat: *ἐάν τε αὐλητὴς, ἐάν τε αὐλητρὶς, ἐάν τε ἀγαθός τις, ἐάν τε φαῦλος*, sed brevitatis studio oppositionem ita instituit, ut non substantiva solum sed etiam adiectiva sibi opponantur. Ceterum vide annotat. p. 299. ubi hunc locum laudavimus.

μόνα κατέχεσθαι ποιεῖ καὶ δηλοῖ. Frustra haec verba emendare studuit Orellius ad Isocratem p. 333. Scribendum enim coniecit *μόνους κατέχεσθαι ποιεῖ καὶ κηλεῖ.* Haec correctio cum alia de caussa, tum eo nomine nobis improbatur, quod harmoniarum Phrygiarum vim admirabilem minuit atque arctioribus finibus includit. *Μόνα* plane eiusdem potestatis est atque *αὐτά*, eamque illarum harmoniarum praestantiam describit, quae sua vi emergit, neque ullo artificum adminiculo indiget, quo emineat magis efficaciorque evadat. Recte inde colligas, simplicissimas illas harmonias fuisse.

μόνον διαφέρεις, ὅτι ἄνευ ὀργάνων, ψιλοῖς λόγοις ταὐ-
D τὸν τοῦτο ποιεῖς. ἡμεῖς γοῦν ὅταν μέν του ἄλλου ἀκούω-
μεν λέγοντος καὶ πάνυ ἀγαθοῦ ῥήτορος ἄλλους λόγους,
οὐδὲν μέλει, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδενί· ἐπειδὰν δὲ σοῦ

ἄνευ ὀργάνων, ψιλοῖς λόγοις. Comma posuimus post ὀργάνων, quo tautologia verborum facillime vitatur. Ψιλοὶ λόγοι enim h. l. appositum est, ut clarius indicetur, quid significent verba: ἄνευ ὀργάνων ταὐτὸν τοῦτο ποιεῖς. Ceterum notandum est, alteram etiam significationem Alcibiadem tecte indidisse verbis ψιλοῖς λόγοις. Ψιλοῖς enim idem fere sonat atque σιλλοῖς, ut satis lepide ad Socraticam illam ironiam alludatur, qua virum sapientissimum usum esse acerbissima nemo nescit.

οὐδὲν μέλει, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδενί. De vario ordine, quo Graeci ὡς ἔπος εἰπεῖν verbis usi sunt, vide annotat. p. 127. Significatum quod attinet huius dicendi figurae, annotationem adi p. 63. Latiore autem significatu serioribus temporibus, ut videtur, hanc formulam adhibebant Graeci, angustiore, quem ipsa verba exprimunt, antiquioribus. Nam si quis antiquitus verbo aliquo usus esset, quod rei describendae minus convenire intelligeret, ut id intelligere videretur, verbique veniam peteret, illam dicendi figuram adhibuit. Perinde autem erat, utrum ὡς ἔπος εἰπεῖν diceret, an ὡς εἰπεῖν ἔπος. Utroque enim verborum ordine uti licuit in dictione, quae nihil aliud significabat, quam quod ipsa verba exprimebant. Serioribus temporibus loquendi usu factum est, ut scriptores eadem dicendi formula adhibita veniam peterent non unius verbi minus accurate usurpati, sed complurium, neque verborum solum, sed etiam sententiarum. Iam quo magis notio, quam usus loquendi alicui formulae indidit, a proprio verborum significatu recedit, eo debiliora verba fiant necesse est, ut quasi torpore quodam teneantur, qui ordinis mutationem non facile admittat. Exemplo proverbia sunt, quorum verba singula eodem ordine plerumque recitantur. Exemplo etiam formula est ὡς ἔπος εἰπεῖν, quae simulatque latiore significatu adhiberi coepit, liberiore verborum ordine gaudere desiit.

κἂν πάνυ φαῦλος ᾖ ὁ λέγων. Potuisset etiam h. l., si oppositionem adhibere voluisset, Alcibiades dicere κἂν πάνυ ἀγαθὸς ᾖ κἂν πάνυ φαῦλος ὁ λέγων, de quo dicendi genere supra diximus annotat. p. 299., et cuius exemplum paullo supra legitur, p. 215. C. ἐάν τε ἀγαθὸς αὐλητὴς αὐλῇ, ἐάν τε φαύλη αὐλητρίς. Quod moneo, ut recte verba explicata credas 209. C. ἀπτόμενος γάρ, οἶμαι, τοῦ καλοῦ καὶ ὁμιλῶν αὐτῷ, ἃ πάλαι ἐκύει, τίκτει καὶ γεννᾷ, καὶ παρὼν καὶ ἀπὼν μεμνημένος, καὶ τὸ κ. τ. λ.

ἐάν τε γυνὴ — κατεχόμεθα. Omnes Socraticis dictis percelli ait Alcibiades atque teneri quasi vinculis sive fe-

τις ἀκούῃ ἢ τῶν σῶν λόγων, ἄλλου λέγοντος, κἂν πάνυ φαῦλος ᾖ ὁ λέγων, ἐάν τε γυνὴ ἀκούῃ ἐάν τε ἀνὴρ ἐάν τε μειράκιον, ἐκπεπληγμένοι ἐσμὲν καὶ κατεχόμεθα. ἔγωγ' οὖν, ὦ ἄνδρες, εἰ μὴ ἔμελλον κομιδῇ δόξειν μεθύειν, εἰ-

mina sit, quae ea audiat, sive vir, sive adolescens. Haec dicta quoniam comparantur cum Olympi harmoniis, quae addito artificio nullo, ipsa per se animos audientium capiant, merito verba mireris illic addita: *καὶ δηλοῖ τοὺς τῶν θεῶν τε καὶ τελετῶν δεομένους διὰ τὸ θεῖα εἶναι.* Neque placet, quod Rückertus annotat ad haec verba: Non omnes hac harmonia ad divinum furorem excitati sunt; qui autem essent, eos ad divina mysteria percipienda factos esse hoc ipsum declarat. Nolo pluribus huius sententiae *ἀτοπίαν*, quae manifestissima est, perstringere; persuasum autem habeo, verba Platonica vitio aliquo laborare. Pro *δηλοῖ τοὺς τῶν θεῶν* scribendum esse videtur: *δηλοῖ θνητοὺς τῶν θεῶν*, quae scriptura quam apte huic loco conveniat, statim intelligitur. Quid enim aptius est, quam mortales una commemorari, ubi sermo est de arctiore cum diis per initiationes coniunctione? Neque carent verba corruptionis verisimilitudine. Primae enim ΘΝΗΤΟΥΣ vocis litterae quam facile in *ΟΙ* mutari potuerint, apparet. Cum autem *δηλοῖ* verbum, quod proxime praecedit, in *ΟΙ* exeat, fieri facillime potuit, ut alterum *ΟΙ* absorberet alterum. *Η* autem expunctum ab iis est, qui Platonem scripsisse arbitrati sunt, quod hodie in omnibus editionibus legitur: *δηλοῖ τοὺς.*

ἔγωγ' οὖν, ὦ ἄνδρες. Haec vulgata lectio est. In tribus Bekkeri codicibus paucisque aliis *ἐγὼ γοῦν* comparet, quod haud scio, an non probandum sit. Nam si in priore alicuius enuntiationis parte aliqui commemorantur, quibus, qui in posteriore enuntiationis membro loquens inducitur, non est adiunctus, *ἐγὼ δ' οὖν* vel *ἔγωγ' οὖν* poni solet, utrumque pro oppositionis vel exceptionis ratione, quam scriptor indicare voluit. Contra ubi in priore particula enuntiationis alicuius aliqui commemorati sunt, quibus adiunctus est, qui in altera particula loquitur, non *ἔγωγ' οὖν* sed *ἐγὼ γοῦν* locum habet. Hoc Bekkerus probat Comment. Crit. in Plat. p. 857., idem Astio placuit atque Rückerto. Stallbaumius in altera Symposii editione *ἔγωγ' οὖν* reposuit.

εἰ μὴ ἔμελλον κομιδῇ δόξειν. Schol. ad h. l. *κομιδῇ*, inquit, *κυρίως μὲν τὸ ἐπιμελῶς, ὅθεν καὶ ὀρεοκόμος καὶ γεροντοκόμος· ἰσοδυναμεῖ δὲ καὶ τῷ σφόδρα καὶ τελέως, κομιδῇ σμικρά — σφόδρα σμικρά.* Ceterum sensus est verborum huius loci: Ego certe, o viri, nisi viderer prae nimia ebrietate meras nugas narrare, dicerem vobis iuramento interposito, quae mala in me ab huius orationibus pervenerunt et quae

πον ὁμόσας ἂν ὑμῖν οἷα δὴ πέπονθα αὐτὸς ὑπο τῶν τούτου λόγων καὶ πάσχω ἔτι καὶ νυνί. ὅταν γὰρ ἀκούω, πολύ
Ε μοι μᾶλλον ἢ τῶν κορυβαντιώντων ἥ τε καρδία πηδᾷ καὶ δάκρυα ἐκχεῖται ὑπὸ τῶν λόγων τῶν τούτου. ὁρῶ δὲ καὶ ἄλλους παμπόλλους τὰ αὐτὰ πάσχοντας. Περικλέους δὲ ἀκούων καὶ ἄλλων ἀγαθῶν ῥητόρων εὖ μὲν ἡγούμην λέγειν, τοιοῦτον δ' οὐδὲν ἔπασχον, οὐδὲ τεθορύβητό μου ἡ ψυχὴ οὐδ' ἠγανάκτει ὡς ἀνδραπο-

perveniunt etiam nunc. Annotat Rückertus: *Non dicerem tantum, uti nunc dico, sed iusiurandum adderem.* Satis nobis haec explicatio displicet. Quasi si quis mira narret ebrius, addito iuramento ebrior esse iudicetur. *Εἶπον ὁμόσας ἄν* nihil aliud significat quam: dicerem dictumque iuramento interposito confirmarem. Ut autem rectius Alcibiadis verba intelligas: homo ebrius, quae perpessus sit, ea ita mira esse sentit, ut a nemine facile credantur. Igitur ne vino prorsus immersus iudicetur, si illa retulisset atque eorum veritatem affirmasset, rem silentio praeterire apud se constituit. Post autem non tam mutato consilio, sed quod res ita ferebat atque loquacitatis, quam vini vis indidit, libidine ductus, quicquid perpessus sit, aperuit tamen.

ἢ τῶν κορυβαντιώντων. Annotat Schol. ad h. l.: *ἐνθουσιώντων ἤ τινα ὄρχησιν ἐμμανῆ ὀρχουμένων, ἀπὸ τῶν Κορυβάντων, οἳ καὶ τροφεῖς καὶ φύλακες καὶ διδάσκαλοι τοῦ Διὸς εἶναι μυθολογοῦνται. τινὲς δὲ τοὺς αὐτοὺς τοῖς Κούρησιν εἶναί φασιν. εἶναι δὲ καὶ τῆς Ῥέας ὑπαδοὺς, ἀπὸ τῶν τοῦ Διὸς δακρύων γεγενημένους· ὧν ἄριθμον οἱ μὲν θ', οἱ δὲ ἑ λέγουσιν.* Timaeus habet *κορυβαντιᾶν· παρεμμαίνεσθαι καὶ ἐνθουσιαστικῶς κινεῖσθαι. Πάθος* autem *τῶν κορυβαντιώντων* vocabatur *κορυβαντιασμός.* Quo morbo qui correpti erant, tibiarum cantum audire sibi videbantur ad saltationem excitantem, neque temperare sibi poterant, quin saltarent. Vides igitur, quam apta hoc loco sit *τῶν κορυβαντιώντων* commemoratio, cum Socrates cum Marsya tibiis canendi peritissimo comparetur. cfr. Plat. Crit. p. 54. D. *ταῦτα, ὦ φίλε ἑταῖρε [Κρίτων], εὖ ἴσθι, ὅτι ἐγὼ δοκῶ ἀκούειν, ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες τῶν αὐλῶν δοκοῦσιν ἀκούειν.* Adde Plat. Phaedr. p. 227. B. *ἀπαντήσας δὲ τῷ νοσοῦντι περὶ λόγων ἀκοὴν, ἰδὼν μὲν, ἰδὼν ἥσθη, ὅτι ἕξει τὸν συγκορυβαντιῶντα κ. τ. λ.*

εὖ μὲν ἡγούμην λέγειν. Praeterito tempore Alcibiades hic utitur, quod Pericles eo tempore iam obmortuus erat, quo Agathonis *ἐπινίκια* celebrata sunt. Ceterum ipsa verba docent *εὖ μὲν ἡγούμην λέγειν*, quam necessaria formula *ὡς ἔπος*

δωδῶς διακειμένου. ἀλλ' ὑπὸ τουτουῖ τοῦ Μαρσύου πολλάκις δὴ οὕτω διετέθην, ὥστε μοι δόξαι μὴ βιω- 212
τὸν εἶναι ἔχοντι ὡς ἔχω. καὶ ταῦτα, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἐρεῖς ὡς οὐκ ἀληθῆ. καὶ ἔτι γε νῦν ξύνοιδ' ἐμαυτῷ, ὅτι, εἰ ἐθέλοιμι παρέχειν τὰ ὦτα, οὐκ ἂν καρτερήσαιμι, ἀλλὰ ταὐτὰ ἂν πάσχοιμι. ἀναγκάζει γάρ με ὁμολογεῖν, ὅτι πολλοῦ ἐνδεὴς ὢν αὐτὸς ἔτι ἐμαυτοῦ μὲν ἀμελῶ, τὰ δ' Ἀθηναίων πράττω. βίᾳ οὖν, ὥσπερ

εἰπεῖν verbis sit p. 215. D. ἡμεῖς γοῦν ὅταν μέν του ἄλλου ἀκούωμεν λέγοντος καὶ πάνυ ἀγαθοῦ ῥήτορος ἄλλους λόγους, οὐδὲν μέλει — οὐδενί. — De μού pronomine nomini suo praefixo, quo dativi commodi, quem vocant, vel incommodi notio exprimitur, vide Buttmanni annotat. in Indic. ad Plat. Dial. IV. Berol. 1822.

ἔχοντι ὡς ἔχω. Satis usitata haec dicendi ratio tragicis poëtis, quam τοῦ εὐφημεῖν ergo adhibebant miserrimam vitae conditionem indicaturi. Sensus est: Ut mihi miserrime viventi vita non amplius vitalis videretur.

οὐκ ἂν καρτερήσαιμι. Conscius mihi sum, Alcibiades ait, me etiam nunc, si vellem aures praebere illi, eius illecebris non restiturum esse, sed eadem, quae antea, experturum h. e. ἀνδραποδωδῶς διακείσεσθαι.

ἀναγκάζει γάρ με ὁμολογεῖν κ. τ. λ. Argumentum his verbis expressum habes eius libelli, qui Alcibiades primus inscribitur. Eum libellum negant hodie viri docti a Platone conscriptum esse. Ac fieri potuit facillime, ut aliquis Platonis amator, qui haec verba legisset, de hoc argumento ad Platonicorum dialogorum exemplar dialogum conscribere apud se constitueret. Quae autem verba infra leguntur p. 216. B. ἡττημένῳ τῆς τιμῆς τῆς ὑπὸ τῶν πολλῶν, comparari possunt cum Alcibiade I. p. 135. fin. βουλοίμην ἄν σε καὶ διατελέσαι ὀρρωδῶ δὲ, οὔ τι τῇ σῇ φύσει ἀπιστῶν, ἀλλὰ τὴν τῆς πόλεως ῥώμην, μὴ ἐμοῦ τε καὶ σοῦ κρατήσῃ.

βίᾳ οὖν, ὥσπερ ἀπὸ τῶν Σειρήνων κ. τ. λ. Abreschius Lect. Aristaen. p. 147. cum βίᾳ commode explicari posse diffideret, βύων scribendum coniecit: βύων οὖν ὥσπερ ἀπὸ τῶν Σειρήνων ἐπισχόμενος τὰ ὦτα οἴχομαι φεύγων. Recte Stallbaumius hanc correctionem improbat etiam ea de causa, quod illa admissa verborum iunctura existeret legibus elegantiae orationis contraria. Quis enim, Stallbaumius inquit, ferat ita loquentem: Obstruens aures, tanquam ab Sirenum cantu cohibens aures, fugio virum. — Βίᾳ cum οἴχομαι φεύγων Stallbaumius coniungendum censuit, quae verborum iunctura nullo modo probari potest.

ἀπὸ τῶν Σειρήνων, ἐπισχόμενος τὰ ὦτα, οἴχομαι φεύγων, ἵνα μὴ αὐτοῦ καθήμενος παρὰ τούτῳ καταγηράσω. πέπονθα δὲ πρὸς τοῦτον μόνον ἀνθρώπων, ὃ οὐκ ἄν τις οἴοιτο ἐν ἐμοὶ ἐνεῖναι, τὸ αἰσχύνεσθαι ὑντινοῦν: ἐγὼ δὲ τοῦτον μόνον αἰσχύνομαι. ξύνοιδα γὰρ

Satis notum est exemplisque permultis probatur, *οἴχομαι φεύγων* eam fugiendi rationem describere, quae celerrima sit atque subitanea. Iam cum hac illius dicendi formulae notione quomodo *βίᾳ* conciliari possit, equidem non video. Nam quae *βίᾳ* aliquis facit, h. e. ut apud Homerum legitur *ἐκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ*, is cunctanter agit atque animo minus obfirmato. Dubitari nequit, quin *βίᾳ* ad *ἐπισχόμενος* referendum sit, ut Alcibiades vix ac ne vix quidem a Socrate quasi a Sirenum cantu dicatur aures cohibere posse, eo facto autem in celerrimam fugam se coniicere. Ceterum ad Hom. Odyss. hoc loco respicitur M. v. 89. et sqq.

ἵνα μὴ αὐτοῦ καθήμενος παρὰ τούτῳ καταγηράσω. Summam laudem his et praecedentibus verbis contineri Socraticae facundiae, nemo non videt. Eam enim Socraticae orationis vim esse Alcibiades contendit, ut omnes ea audita per omne vitae tempus eius auditores esse cupiant. Eius laudis eo maior vis est, quod ab homine proficiscebatur, de quo Nepos in Vita Alcib. haec tradit: dissertus (fuit), ut inprimis dicendo valeret, quod tanta erat commendatio oris atque orationis, ut nemo ei posset dicendo resistere. His, adde verba illa, quibus Pericle Socrates dicitur plus in dicendo valuisse. Periclem autem peritissimum dicendi fuisse accipimus. cfr. Cic. de Orat. III., 34. In eius labris veteres comici, etiam cum illi maledicerent, leporem habitasse dixerunt, tantamque in eo rum mentibus, qui audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret.

ὃ οὐκ ἄν τις οἴοιτο ἐν ἐμοὶ ἐνεῖναι. Probatam habes his verbis levitatem Alcibiadis superbiamque eam, quam scriptores veteres passim tradunt. Ceterum cave eodem significatu dici censeas *ἔν τινι ἐνεῖναι* et *εἶναί τινι*. Conferri possunt hae dicendi formulae cum Latinorum: alicui inesse vel in aliquo inesse et esse alicui. Ut *εἶναί τινι* ita Latinorum esse alicui adhiberi solet, cum alicui aliquid esse dicitur non addita, quae inter possidentem et rem, quae possideatur, intercedat, ratione. *Ἐνεῖναι* contra *ἔν τινι* et Latinorum in aliquo inesse de eo plerumque dicitur, cui aliquid est, quod cum ipsius natura, ingenio, indole artissime sit coniunctum. Platonis verba Schleiermacherus reddidit: was einer nicht in mir suchen sollte. Haec nostratium dicendi formula apprime respon-

ἐμαυτῷ ἀντιλέγειν μὲν οὐ δυναμένῳ, ὡς οὐ δεῖ ποιεῖν ἃ οὗτος κελεύει, ἐπειδὰν δὲ ἀπέλθω, ἡττημένῳ τῆς τιμῆς τῆς ὑπὸ τῶν πολλῶν. δραπετεύω οὖν αὐτὸν καὶ φεύγω, καὶ ὅταν ἴδω, αἰσχύνομαι τὰ ὡμολογημένα. καὶ πολλάκις μὲν ἡδέως ἂν ἴδοιμι αὐτὸν μὴ ὄντα ἐν C

det Platonis sententiae, sed verbi ἐνεῖναι ἔν τινι nativam vim non exprimit. Ea ut emineat magis, verba sic reddiderim: Was einer wohl nicht leicht meinem Wesen eigenthümlich glauben möchte.

τῆς τιμῆς τῆς ὑπὸ τῶν πολλῶν. Ne quis forte scribendum censeat τῆς ἀπὸ τῶν πολλῶν, ut honor significetur, qui a populo proficiscatur: amant Graeci substantivorum passivum, quam vocant, notionem ab activa discernere atque, ut exemplo utar τιμῆς vocabulo, accurate disiungere honorem, qui ab aliquo in aliquem confertur, ab honore, quo aliquis aliquem dignatur. Τῆς τιμῆς igitur idem significare atque τοῦ τιμᾶσθαι addita ὑπό praepositione indicatur. Sed liberior etiam huius praepositionis usus est. Haud raro enim cum verbis neutris coniungitur, quae verba possunt aliquo modo, quoniam per se spectata neque actionem indicant, neque πάθος aliquod exprimunt, cum nominum ambiguitate compararri. Haec nomina enim utrumque significare possunt et actionem et πάθος, ut recte dicantur per se spectata neque hanc neque illam significare. Sed ita differt ὑπό praepositionis usus in nominibus substantivis et in neutris verbis, ut illis addita notionem, quae ipsis inest, extollat, cum his coniuncta notionem novam quasi pariat, quae notio neutris verbis proprie non inest. cfr. Hom. Il. ρ. 319.

ἔνθα κεν αὖτε Τρῶες ἀρηϊφίλων ὑπ' Ἀχαιῶν
Ἴλιον εἰσανέβησαν ἀναλκείῃσι δαμέντες —

Adde Il. ρ. 336.

αἰδὼς μὲν νῦν ἥδε γ' ἀρηϊφίλων ὑπ' Ἀχαιῶν
Ἴλιον εἰσαναβῆναι, ἀναλκείῃσι δαμέντας.

His locis, quibus alia addi possunt innumerabilia, edoceare, liberiore ὑπό praepositionis usu effici dicendi brevitatem, quae sane gratissima est et venustissima. — Ad nostrum locum ut revertar, statim intelligitur, quid Alcibiades confiteri cogatur a Socrate, et cuius rei pudor illum hoc conspecto subeat. Nimirum qui πολλοῦ ἐνδεής convincitur esse (vide p. 216. A.), is se percolere debet, non administrare civitatem, quod fecit Alcibiades populi aura delectatus.

ἡδέως ἂν ἴδοιμι h. e. ἡδοίμην ἂν αὐτὸν ἰδών. Vides igitur, magis ad adverbium, quam ad optativum modum ἰδεῖν verbi ἄν particulam pertinere. Id probatur etiam eo, quod omisso adverbio dictio existeret prorsus non ferenda: καὶ πολλάκις μὲν ἴδοιμ' ἂν αὐτὸν μὴ ὄντα

ἀνθρώποις· εἰ δ' αὖ τοῦτο γένοιτο, εὖ οἶδ', ὅτι πολὺ μεῖζον ἂν ἀχθοίμην, ὥστε οὐκ ἔχω ὅ τι χρήσωμαι τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ. καὶ ὑπὸ μὲν δὴ τῶν αὐλημάτων καὶ ἐγὼ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τοιαῦτα πεπόνθασιν ὑπὸ τοῦδε τοῦ Σατύρου.

ἐν ἀνθρώποις. Nulla enim adest caussarum cohaerentia, per quam fieri possit, ut Alcibiades Socratem inter vivos non videret. Adest, ubi gavisurum se esse Alcibiades dicit, si non videret Socratem inter vivos. Itaque quid de Platonicis verbis *ἡδέως ἂν ἴδοιμι* statuendum sit, iam vide. Brevitatis studio *ἡδέως ἴδοιμι* ita positum est, ut duo haec verba unam notionem efficiant, quacum *ἄν* particula commode consocietur. Simul supplendum aliquid relinquitur, quod quid sit, ex ipsis *ἡδέως ἂν ἴδοιμι* verbis elicitur. Oratio enim expletior audit: *ἡδέως ἂν ἴδοιμι, εἰ ἴδοιμι.* Similis verborum structura in Plat. Lachete occurrit p. 182. c. V. fin. *Λάχητος δ', εἴ τι παρὰ ταῦτα λέγει, κἂν αὐτὸς ἡδέως ἀκούσαιμι*, quae verba explicatius enarrata audiunt: *κἂν αὐτὸς ἡδέως ἀκούσαιμι, εἰ ἀκούσαιμι Λάχητος, εἴ τι παρὰ ταῦτα λέγει.* Satis autem docet haec enarratio verborum, quae *εἰ* dupliciter atque diversa potestate (wenn, ob) posito satis ingrata est, quantum orationi admissa illa verborum structura suavissimae brevitatis accedat.

πολὺ μεῖζον ἂν ἀχθοίμην. Pro *μεῖζον* scriptum exspectaveris *μᾶλλον*. Rückertus ad h. l.: ut *μέγα*, inquit, verbis iunctum est valde, v. c. Hom. Il. *β*. 26.

Διὸς δέ τοι ἄγγελός εἰμι ὃς σεν, ἄνευθεν ἐών, μέγα κήδεται ἠδ' ἐλεαίρει

et v. 833.

ὣς ἔφατ'. Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον κ. τ. λ.

sic etiam *μεῖζον* magis, vehementius. Dictum pro *μεῖζον ἂν ἄχθος ἔχοιμι*. — Frustra rationem quaeras, cur apud Homerum *μέγα* verbis iunctum valde significet, et cur nostro loco *μεῖζον ἂν ἀχθοίμην* non tam positum sit pro *μεῖζον ἂν ἀχθοίμην*, quam potius idem atque illud significet, In caussa hoc esse reor, quod Graeci haud raro verba eo significatu adhibebant, quem satis inepto nomine vocant Grammatici praegnantem. *Μέγα κήδεται* igitur non tam est: valde providet saluti tuae, quam magnam tui curam agit. Eodem modo *Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον* explicandum est: Sie schrieen gross h. e. sie erhoben grosses Geschrei. Plura huius usus exempla laudata reperies annotat. p. 87.

ὥστε οὐκ ἔχω ὅτι χρήσωμαι. Pro *χρήσωμαι* libri omnes *χρήσομαι* exhibent, quam lectionem Rückertus, nimis religiose, ut solet, in textum recepit. Sed quid facias in contexta oratione scriptura, quam ipse, qui eam recepit, explica-

Cap. XXXIII.

Ἄλλα δὲ ἐμοῦ ἀκούσατε, ὡς ὅμοιός τέ ἐστιν οἷς ἐγὼ εἶπασα αὐτὸν, καὶ τὴν δύναμιν ὡς θαυμασίαν

bilem atque rei describendae accommodatam negat? Certum quidem est, scriptores haud raro formula dicendi usos esse *ὥστε οὐκ ἔχω ὅτι χρήσομαι*, cuius exempla Stallbaumius laudavit ad Plat. Gorg. p. edit. 85,, sed haud perinde est, coniunctivo an futuro utaris. Ac nostro quidem loco si *χρήσομαι* scribitur, nescire se praesenti hora Alcibiades confitetur, quid cum Socrate faciat, facturum autem aliquid sese esse una promittit. Quae sententia quam inepta sit atque ab huius loci sensu aliena, nemo non videt. Contra coniunctivo adhibito penitus nesciri ab Alcibiade, quid in universum de Socrate consilii capiendum sit, quaeve eligenda ratio hominem tractandi, exprimitur. Quae sententia, quoniam aptissima est huic loco, quid *χρήσωμαι* vel contra omnium auctoritatem codicum non recipiatur, *χρήσομαι* autem ineptae sententiae lectio non reiiciatur, caussam equidem non reperio.

καὶ ὑπὸ μὲν δὴ τῶν αὐλημάτων — ὑπὸ τοῦδε τοῦ Σατύρου. *Αὐλήματα* Socraticos sermones significare, Satyrum Socratem, nemo mirabitur, qui Socratis cum Marsya comparationem legerit. Ordinem verborum quod attinet, proprie dicendum erat *καὶ ὑπὸ μὲν δὴ τῶν αὐλημάτων τούτου τοῦ Σατύρου.* Sed de industria Alcibiades haec verba verbis compluribus interpositis seiunxit, ut maiore vi afficiantur verba *τοῦδε τοῦ Σατύρου.* Vide de hac seiunctione verborum annotat. p. 59., p. 129., al. Ceterum *ὑπό* praepositionem non sine vi repetitam habes. Nam cum ea eius potestas sit, ut cum *πάθους* notione plerumque coniungatur, ideoque ipsa quasi colore imbuta sit notionis illius: dupliciter posita haec praepositio non quidem *πάθος* duplex exprimit, sed *πάθους* vehementiam, qualis descripta est p. 215. E. *πολύ μοι μᾶλλον ἢ τῶν κορυβαντιώντων ἥ τε καρδία πηδᾷ καὶ δάκρυα ἐκχεῖται.*

ἄλλα δὲ ἐμοῦ ἀκούσατε. Vulgo *ἀλλὰ δή* legitur; praeterea codices non pauci *μου* pro *ἐμοῦ* exhibent. Rückertus inde *δέ μου* edidit annotans ad h. l. Nobis, inquit, nulla in pronomine vis esse visa est, propter quam codicum lectionem mutaremus. Itaque *δέ μου* dedimus: — Miror, Rückertum ita iudicare potuisse. Etenim quae hucusque narrata sunt ab Alcibiade, ea, siquidem homini fides habenda est, et aliis acciderunt. Ea igitur satis nota esse Alcibiades contendit, adeoque nihil facere ad Socratis indolem accurate cognoscendam, ut prae-

ἔχει. εὖ γὰρ ἴστε, ὅτι οὐδεὶς ὑμῶν τοῦτον γιγνώσκει· D ἀλλὰ ἐγὼ δηλώσω, ἐπείπερ ἠρξάμην. ὁρᾶτε γὰρ, ὅτι

ter se neminem censeat ipsam cognitam perspectamque habere. Quod igitur nunc Alcibiades probaturus est, id se tantummodo expertum docet atque se esse unum, ex quo audiri possit vera Socraticae indolis atque naturae descriptio. Nihil igitur certius est, quam ἐμοῦ scribendum esse, non μού. Et quoniam mala modo commemorata etiam alii perpessi sunt, haud dubium est, quin nova quaedam relaturus Alcibiades ἄλλα dixerit, non ἀλλά; ea autem mala, quoniam malis supra commemoratis opponuntur necessario, etiam δέ recte habet, non δή. Nobis quidem de scripturae veritate ἄλλα δὲ ἐμοῦ, vel ἄλλα δ' ἐμοῦ, quod Bekkerus habet, ita persuasum est, ut etiamsi omnium codicum deesset auctoritas, verissimam censeremus. Sed adminiculo suo non eget scriptura illa. Florentini enim codices aliique libri pauci quidem sed non malae notae eam repraesentant.

εὖ γὰρ ἴστε. Qui ad verba p. 208. C. καὶ ἦ, ὥσπερ οἱ τέλεσι σοφισταί, Εὖ ἴσθι, ἔφη sophisticum orationis colorem, quem Plato verbis ὥσπερ οἱ σοφισταί indigitavit, in verbis εὖ ἴσθι deprehensisse sibi visi sunt, Wolfius, Astius, Schleiermacherus, ii in verbis εὖ ἴστε nihil, quo Sophisticam artem odoratos esse coniicias, annotarunt. Concedimus quidem, fieri potuisse, ut sophistae iusto saepius illa dicendi formula uterentur, sed non ideo sophista sit vel sophisticam artem imitetur, qui hanc formulam exhibet in oratione, praesertim cum id facit, ut fecit Diotima, semel.

ἀλλὰ ἐγὼ δηλώσω, ἐπείπερ ἠρξάμην. Cum emphasi verba pronuntianda sunt ἀλλὰ ἐγὼ δηλώσω sc. οἷός ἐστιν atque inprimis ἐγώ pronomen, quod ne exhibuisset quidem Plato, si in praecedentibus scripsisset ἄλλα δέ μου ἀκούσατε. Ceterum supra annotavimus ad verba p. 215. D. ἐγὼ γοῦν, ὦ ἄνδρες, εἰ μὴ ἔμελλον κομιδῇ δύξειν μεθύειν, εἶπον ὁμόσας ἄν ὑμῖν οἷα δὴ πέπονθα κ. τ. λ., Alcibiadem noluisse primum, quid ipse perpessus sit atque adhuc patiatur Socrate auctore malorum, enarrare, post consilium mutasse loquendi lubidine abreptum. Ea consilii mutatio ne forte artificiosior videatur atque minus ex humanae naturae indole petita: omnium rerum difficillimum esse solet initium. Eo superato gaudium cor subit, quia superaveris atque animus ulterius progrediendi. Post ne infectum relinquatur, in quo aliquid operae consumseris, totum opus perficiendum suscipitur. Subit animum dulcissima memoria versuum e Goethii Fausto petitorum, quos cum Platonis verbis ἐπείπερ ἠρξάμην comparare possis:

Das Mögliche soll der Entschluss
Beherzt sogleich am Schopfe fassen
Er will es dann nicht fahren lassen
Und wirket weiter, weil er muss.

Σωκράτης ἐρωτικῶς διάκειται τῶν καλῶν καὶ ἀεὶ περὶ τούτους ἐστὶ καὶ ἐκπέπληκται, καὶ αὖ ἀγνοεῖ πάντα καὶ

ἐρωτικῶς διάκειται τῶν καλῶν. Annotat Rückertus ad h. l.: *Genitivus τῶν καλῶν pendet ex ἐρωτικῶς e more Graecorum vocibus derivatis eundem casum addendi, quem verbum secum habet.* Eodem modo de hoc structurae genere Matthiaeus disseruit Gramm. ampl. §. 340. p. 648. Possis etiam ita tibi rem explicare, ut *ἐρωτικῶς διάκεισθαι* unam notionem *ἐρᾶν* verbi efficere censeas atque eius structuram assumere. Ceterum nemo non videt, *ἐρωτικῶς διάκεισθαι* multo graviore significatu esse, quam *ἐρᾶν* verbum. Apprime enim Latinorum perdite amare respondet, qua formula dicendi inprimis comici Latini usi sunt. Mirari autem licet Graecae illius et huius formulae diversitatem. Nam quod Latini adverbio, Graeci verbo expresserunt, quod Graecis adverbio, Latinis verbo indicatum est.

καὶ αὖ ἀγνοεῖ πάντα καὶ οὐδὲν οἶδεν, ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ. Vulgo haec verba ita edebantur, ut nulla post *αὐτοῦ* interpunctione posita verba *ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ* ad subsequentia traherentur. Quibuscum ut aliquo modo convenirent, H. Stephanus scribendum coniecit: *ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ ὂν δειλῃνώδες.* Haec scriptura Fischero probata est et Bastio et Wolfio; recentioribus interpretibus merito ea displicuit. Longum est, omnes ingenii coniecturas repetere, quibus hunc locum docti viri sollicitarunt. Stallbaumius omnes loci difficultates sublatas putat recepta, quam Bekkerus et Schleiermacherus post *αὐτοῦ* posuerunt, interpunctione. Videlicet, vir doctissimus ait, *ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ* significat: quemadmodum eius forma et habitus est h. e. quemadmodum ipsa eius forma et habitus prodit. Eadem Rückerti sententia est, quae cur nobis non placeat, paullo infra dicetur. Priusquam enim singula verba adeamus, totius loci sententia paullo accuratius examinanda est. Omnis Alcibiadis oratio in duas partes dividitur: altera res continet convivis satis notas, sed quae ad cognoscendum Socratis ingenium haud multum faciunt, in altera commemorantur, quae ex Alcibiade solum audiri possunt (cfr. p. 216. C. *ἄλλα δὲ ἐμοῦ ἀκούσατε*) eo quibus solis ad Socratici ingenii indolem cognoscendam auditores ducuntur. Ac de posteriore illa orationis parte infra dicetur; prioris initium verba sunt *ὁρᾶτε γάρ.* Quae verba praecedentibus opponuntur: *εὖ γὰρ ἴστε, ὅτι οὐδεὶς ὑμῶν τοῦτον γιγνώσκει.* Tangi igitur videtur *ὁρᾶτε* verbo incogitantia convivarum, qui, quod oculis cernant, id credant, cum non debuissent credere, contra quod debuissent, non videant. Iam *αὖ* particula, quae in verbis reperitur *καὶ αὖ ἀγνοεῖ*, indicatur et haec et subsequentia verba eadem conditione, quam praecedentia, poni, ut expletior oratio audiat: *καὶ ὁρᾶτε, ὅτι ἀγνοεῖ κ. τ. λ.* de qua vi *αὖ* particulae vide annotat. p. 209. Num cum hac orationis confor-

οὐδὲν οἶδεν, ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ. τοῦτο οὐ σειληνῶδες; σφόδρα γε. τοῦτο γάρ οὗτος ἔξωθεν περιβέβληται, ὥσπερ ὁ ἐγλυμμένος Σειληνός· ἔνδοθεν δὲ ἀνοιχθεὶς πόσης, οἴεσθε, γέμει, ὦ ἄνδρες συμπόται, σωφροσύ-

matione satis convenire censes verba *ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ*, quemadmodum ipsa eius forma et habitus prodit? Sed hoc ut mittam, turpi vultu protervoque Socratem fuisse accipimus, fatuo a nemine scriptore traditum est. Neque cum turpitudine atque protervitate vultus fatuitatem coniunctam esse necesse est. Recte autem inspectis Platonicis locis, ubi inscientiam Socrates et vero etiam fatuitatem quandam animi ostendit (cfr. annotat. p. 290.), doceberis, verbis atque libera rei confessione, non forma et habitu vultus corporisque id fieri. Nemo igitur oculis cernere potuit, sed auribus tantum percipere inscitiam Socratis, ut male *καὶ αὖ (ὁρᾶτε) — ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ* verba coniungi censeas. Verba autem *ἀγνοεῖ πάντα καὶ οὐδὲν οἶδεν* etsi aliquo modo defendi possunt, tamen habere, quod offendat, prudens lector intelliget. Deleta autem litterula una et tautologia nobis quidem ingratissima removetur, et commodiore sensu *ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ* verba afficiuntur. Scribendum nimirum esse censeo: *καὶ αὖ ἀγνοεῖ πάντα καὶ οὐδὲ οἶδεν, ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ*. Iam sensus est totius loci: Oculis vestris videte (atque credite), Socratem iuvenes pulcros perdite amare semperque iis se adiungere eorumque summa admiratione teneri, et rursus omnia nescire, ac ne scire quidem, qui ipsi sit habitus externus h. e. ne curare quidem corporis cultum et vestitum. Olim *ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ* convertendum censebam: wie er sich das Ansehen giebt, quae conversio optime conveniret cum *ὁρᾶτε* verbo. Sed Alcibiades hoc loco narraturus, quae in Socrate oculis cernantur, cum pulcrorum iuvenum studium commemorasset, quod revera simulabat Socrates, et inscitiam, quam interdum vel gloriabatur, incuriam corporis, quam immunditiem vocare possis, nullo modo silentio transire potuit. Satis notum enim fuit, Socratem raro lavasse, rarius capillos compsisse atque omnino ceteram corporis curam adeo neglexisse, ut v. c. Aristodemus cum lotum conspexisset atque calceatum Socratem, insolentiam rei miratus ex eo quaereret: quonam iret *οὕτω καλὸς γεγενημένος*. Vide Sympos. p. 174. A. Ceterum *σχῆμα* vocabulum de cultu corporis atque de vestitu significando Graecis in usu fuisse, satis docere possunt Plauti verba Amphitr. Prol. v. 116.:

Nunc ne hunc ornatum vos meum admireminí
Quod ego huc processi sic cum servili *σχήμα*
Veterem atque antiquam rem novam ad vos perferam:
Propterea ornatus in novam incessi modum.

νης; ἴστε, ὅτι οὔτ', εἴ τις καλός ἐστι, μέλει αὐτῷ οὐδέν, ἀλλὰ καταφρονεῖ τοσοῦτον, ὅσον οὐδ' ἂν εἷς οἰηθείη, E *οὔτ' εἴ τις πλούσιος, οὔτ' εἴ ἄλλην τινὰ τιμὴν ἔχων τῶν ὑπὸ πλήθους μακαριζομένων. ἡγεῖται δὲ πάντα*

Sequentia verba *τοῦτο οὐ σειληνῶδες* ambigua potestate dicuntur, ut iis ad alteram partem orationis paratum aditum habeas, qua verum de Socratis ingenio iudicium continetur. *Σειληνῶδες* enim de externa figura ita dicitur, ut Socratis vultum indicet similem fuisse Silenis; et ad cetera, quae praecedunt, verba tractum Socratem similem Silenorum perhibeat. Iam iudicare possis de verbis *σφόδρα γε*, quibus utramque *σειληνῶδες* vocabuli relationem Alcibiades sibi probari indicat. Sed alterum tantummodo verbis sequentibus exprimit hoc agens, opinor, ut subita novae rei commemoratione, ad quam rem audiendam animi convivarum minime parati essent, acutissimi iudicii admirationem et gloriam certius atque celerius assequeretur.

τοῦτο γὰρ — περιβέβληται. Γάρ particula duplici relatione hoc loco posita est, ut et ad *τοῦτο σειληνῶδες* pertineat et, ad notandum convivarum errorem, qui Socratem talem esse putaverint, qualem oculis viderint, ad verba referatur p. 216. C. *εὖ γὰρ ἴστε, ὅτι οὐδεὶς ὑμῶν τοῦτον γιγνώσκει*. Sensus est: Namque miram hanc Silenorumque protervitati atque immunditiei consimilem formam ille induit Silenorum instar, in artificum officinis sedentium, qui intus reconditas statuas deorum pelle sua contegunt.

πόσης, οἴεσθε, γέμει. Haud raro mediis interrogationibus verborum interponuntur secundae personae singularis atque pluralis numeri, quibus provocantur, qui rogantur, ut ipsi una rem interrogatam iudicent, atque quid ipsis videatur, aperiant. Hic dicendi usus Graecis haud infrequens, neque a nostratium more alienus est. Duo autem sunt, quae verbis hoc modo interpositis efficiuntur: gravitas augetur interrogatae rei, et alacritas interrogationis amplificatur. Complura huius structurae exempla apud Graecos scriptores Stallbaumius attulit ad h. l., Rückertus ad Plat. Symp. p. 202. B.

ἀλλὰ καταφρονεῖ κ. τ. λ. Haec prorsus conveniunt cum Diotimae praecepto laudato a Socrate p. 210. B. *ἑνὸς δὲ τὸ σφόδρα τοῦτο καλάσαι καταφρονήσαντα καὶ σμικρὸν ἡγησάμενον*. Quae insequuntur verba *οὐδ' ἂν εἷς* scribae alicuius imperitia in *οὐδεὶς ἄν* mutata sunt, quam lectionem unus exhibet codex Bekkeri. Alibi notavimus *οὐδὲ εἷς* significare prorsus nemo, de quo significatu vide Indices sub v. *οὐδὲ εἷς*. Haec verba etiam ibi exhibere amant scriptores, ubi affectatam orationis gravitatem repraesentant. Possis ea

ταῦτα τὰ κτήματα οὐδενὸς ἄξια καὶ ἡμᾶς οὐδὲν εἶναι, εἰρωνευόμενος δὲ καὶ παίζων πάντα τὸν βίον πρὸς τοὺς ἀνθρώπους διατελεῖ. σπουδάσαντος δὲ αὐτοῦ καὶ ἀνοιχθέντος οὐκ οἶδα, εἴ τις ἑώρακε τὰ ἐντὸς ἀγάλματα· ἀλλ' ἐγὼ ἤδη ποτ' εἶδον, καί μοι ἔδοξεν οὕτω θεῖα καὶ
217 χρυσᾶ εἶναι καὶ πάγκαλα καὶ θαυμαστά, ὥστε ποιη-

h. l. convertere: nemo gentium. Verba convertit Stallbaumius: quantopere nemo quisquam crediderit.

καὶ ἡμᾶς οὐδὲν εἶναι. Heusdius Spec. Crit. pro ἡμᾶς scribendum censuit τιμάς. Non recte, neque placet verborum conversio Stallbaumiana: atque nos, qui talia appetamus, nullo in numero habendos censet. Verba convertenda sunt potius: atque nos, qui talia possideamus, flocci pendit. Loquitur enim Alcibiades, homo ditissimus atque omnium rerum honore, quas multitudo admiratur, abundans. Qui cum se contemtum a Socrate vidisset (cfr. p. 219. A. seqq.), insuetae rei experientia motus verba profert καὶ ἡμᾶς οὐδὲν εἶναι. Sed ne ingenuitatem Alcibiadis forte non agnoscas, animique nobilitatem, ἡμᾶς οὐδὲν εἶναι verborum magis etiam, quam nos fecimus supra, lenienda est interpretatione asperitas. Significare igitur contendimus: omnes, qui talia possideamus iisque gloriemur, flocci pendit.

εἰρωνευόμενος δὲ καὶ παίζων. cfr. Cic. de Orat. 2. Urbana etiam dissimulatio est, cum aliter sentias ac loquaris. In hoc genere Faunius in annalibus suis hunc Aemilianum fuisse et cum Graeco verbo appellat εἴρωνα, sed ati ferunt, qui melius haec norunt, Socratem opinor in hac εἰρωνείᾳ dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus praestitisse. Adde Cic. de off. I. c. 30: de Graecis autem dulcem et facetum festivique sermonis atque in omni oratione simulatorem, quem εἴρωνα Graeci nominaverunt, Socratem accepimus.

τὰ ἐντὸς ἀγάλματα. Respicit Alcibiades ad Silenos in artificum officinis sedentes, quos idem dixit p. 215. B. διχάδε διοιχθέντας ostendere ἀγάλματα θεῶν. Hinc explicatur facillime, qui fiat, ut cum σπουδάσαι verbo ἀνοιχθῆναι verbum coniungatur. Sileni enim cum aperiuntur, fraus detecta est Silenique nihil nisi capsulae esse reperiuntur rerum divinarum. Recte Ruhnkenius ad Timaei L. V. Pl. ἄγαλμα proprie dici monet quodcunque grata sui specie oculos delectet. Recte igitur Stallbaumius annotat: τὰ ἐντὸς ἀγάλματα intelligi species illas virtutis in animo Socratis conspicuas. Praeter alios, qui Platonis locum imitati sint, scriptores, idem Ciceronem laudat Legg. I. 22. Qui se ipse norit, aliquïd se sentiet habere divinum ingenium-

τέον εἶναι ἐν βραχεῖ ὅ τι κελεύοι Σωκράτης. ἡγούμενος δὲ αὐτὸν ἐσπουδακέναι ἐπὶ τῇ ἐμῇ ὥρᾳ ἔρμαιον ἡγησάμην εἶναι καὶ εὐτύχημα ἐμὸν θαυμαστὸν, ὡς ὑπάρχον μοι χαρισαμένῳ Σωκράτει πάντ' ἀκοῦσαι, ὅσαπερ οὗτος ᾄδει. ἐφρόνουν γὰρ δὴ ἐπὶ τῇ ὥρᾳ θαυμάσιον ὅσον. ταῦτα οὖν διανοηθεὶς, πρὸ τοῦ οὐκ

que in se suum sicut simulacrum aliquod dedicatum putabit.

καί μοι ἔδοξεν. In aliquot codicibus pro *μοί* legitur *ἐμοί*, quod Bekkerus in ordinem verborum recepit. Iniuria, ut videtur. *Ἐγώ* pronomen in praecedentibus verbis necessaria de caussa positum esse, videlicet ut aliis, qui forte *ἀγάλματα* in Socrate latentia spectaverint, Alcibiades se opponeret, extra dubitationem positum est. Sed ideo non necessarium est, ut et in sequentibus verbis pari gravitate pronomen exornetur. Plane alio verbo accentus orationis ponendus est, quem si tenaciter in pronomine posueris atque *ἐμοί* scripseris, vide, ne sensus efficiatur ab huius loci natura alienissimus. Diceret enim Alcibiades *καὶ ἐμοὶ ἔδοξεν* non alio sensu, ac si opinaretur, esse posse illorum *ἀγαλμάτων* spectatores, quibus ea non divina, aurea, pulcherrima et summa admiratione digna videantur.

ὥστε ποιητέον — ὅ τι κελεύοι Σωκράτης h. e., ut illico Socrati me emancipatum censerem, neque quid ego, sed quid ille vellet, faciendum putarem. Pro *κελεύοι* vulgo *κελεύει* legitur. Illud ex optimis codicibus recentiorum editorum consensu receptum est.

ἔρμαιον ἡγησάμην εἶναι. De *ἔρμαιον* vocis significatu vide annotat. p. 88. Ceterum Schol. Bodl., quem Rukkertus laudat, haec habet: *ἔρμαιον τὸ ἀπροσδόκητον κέρδος ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς ἁπαρχῶν, ἃς οἱ ὁδοιπόροι κατεσθίουσι, καὶ γὰρ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἔθος ἦν ἱδρῦσθαι τὸν Ἑρμῆν, παρ' ὃ καὶ ἐνόδιος λέγεται.* Quod sequentia attinet *καὶ εὐτύχημα ἐμὸν θαυμαστόν*, ad haec verba Rückertus, *Duplicem*, inquit, *video pronominis explicandi rationem, vel ut in ἐμόν vim inesse dicas, quod Alcibiades sibi hoc, non aliis contigisse gaudeas, Socratis ut amorem excitaret: eximiam meam fortunam; vel ut pronomen possessivum pro dativo usurpatum interpreteris: eximia mihi hoc fortuna contigisse. Quarum utram praeferam, nescio.* Neutra nobis placet. *Εὐτύχημα ἐμόν* eodem modo dictum est, quo nos dicere solemus: mein gutes Glück.

ἐφρόνουν γὰρ δή. Pro *δή* vulgo *ἤδη* legebatur. Illud Bekkero debetur, qui id ex optimis codicibus restituit. De ironica *δή* particulae potestate vide Indices sub v. *δή*. Rem quod attinet, inprimis conferendus est locus Plat. Alcib. I. p. 104. A. *τὰ γὰρ ὑπάρχοντά σοι μεγάλα*

εἰωθὼς ἄνευ ἀκολούθου μόνος μετ' αὐτοῦ γίγνεσθαι, τότε ἀποπέμπων τὸν ἀκόλουθον μόνος συνεγιγνόμην. B δεῖ γὰρ πρὸς ὑμᾶς πάντα τἀληθῆ εἰπεῖν. ἀλλὰ προσέχετε τὸν νοῦν· καὶ εἰ ψεύδομαι, Σώκρατες, ἐξέλεγχε. συνεγιγνόμην γὰρ, ὦ ἄνδρες, μόνος μόνῳ, καὶ ᾠμην αὐτίκα διαλέξεσθαι αὐτόν μοι ἅπερ ἂν ἐραστὴς παιδικοῖς ἐν ἐρημίᾳ διαλεχθείη, καὶ ἔχαιρον. τούτων δ' οὐ μάλα ἐγίγνετο οὐδέν, ἀλλ' ὥσπερ εἰώθει, διαλε-

εἶναι, ὥστε μηδενὸς δεῖσθαι, ἀπὸ τοῦ σώματος ἀρξάμενα τελευτῶντα εἰς τὴν ψυχήν· οἴει γὰρ δὴ εἶναι πρῶτον μὲν κάλλιστός τε καὶ μέγιστος· καὶ τοῦτο μὲν δὴ παντὶ δῆλον ἰδεῖν, ὅτι οὐ ψεύδῃ.

οὐκ εἰωθὼς ἄνευ ἀκολούθου μόνος μετ' αὐτοῦ γ. Haec verba ne falso interpreteris, Alcibiademque forte statuas solum Socratem ita convenisse, ut semper tertius adesset: Athenienses ditiores domo non exibant, quin servum secum ducerent, qui, si quid opus esset in via, id curaret. Hinc factum est, ut Alcibiades quoque tum ad alios, tum ad Socratem nunquam solus accederet, sed semper pedissequum una adduceret.

ἅπερ ἄν — διαλεχθείη. Opinabatur Alcibiades, Socratem talia sibi dicturum esse, qualia soleat, ubi solus sit cum amasio, amator dicere, atque vehementer gaudebat. Gaudii causam expressam habes verbis p. 217. A. *ὡς ὑπάρχον μοι χαρισαμένῳ Σωκράτει πάντ' ἀκοῦσαι, ὅσαπερ οὗτος ᾔδει.* Solebant enim amasii amatoribus gratificaturi obsequii praemia sibi expetere, neque se dare, nisi, quicquid expetierint, consecuti essent. Cfr. Plat. Menon. p. 76. B., ubi haec leguntur:

M. ἀλλ' ἐπειδάν μοι σὺ τοῦτ' εἴπῃς, ὦ Σώκρατες, ἐρῶ σοι.

Σ. κἂν κατακεκαλυμμένος τις γνοίη, ὦ Μένων, διαλεγομένου σου, ὅτι καλὸς εἶ, καὶ ἐρᾶσταί σοι ἔτι εἰσίν.

M. τί δή;

Σ. ὅτι οὐδὲν ἀλλ' ἢ ἐπιτάττεις ἐν τοῖς λόγοις· ὅπερ ποιοῦσιν οἱ τρυφῶντες, ἅτε τυραννεύοντες, ἕως ἂν ἐν ὥρᾳ ὦσιν.

ἀλλ' ὥσπερ εἰώθει, διαλεχθεὶς [ἄν] μοι — ἀπιών. Annotat Stallbaumius ad h. l.: Pertinet, inquit, *ἄν* particula ad universam sententiam ideoque connectenda est cum verbo principe enuntiati *ᾤχετο*, ita ut indicet actionem saepius repetitam: solebat identidem discedere, de quo loquendi genere optime disseruit Rostius Gramm. §. 120. 5. c. p. 460. Itaque non est quod cum Astio corrigamus *διαλεχθεὶς ἅττα μοι*, aut cum uno cod. Vindob. *ἄν* deleamus. — Perscripsi integram viri doctissimi annotationem studioseque legendam Symposii lectoribus commendo. Nobis quid de

χθεὶς [ἄν] μοι καὶ συνημερεύσας ᾤχετο ἀπιών. μετὰ ταῦτα συγγυμνάζεσθαι προύκαλούμην αὐτὸν καὶ συνεγγυμναζόμην, ὡς τι ἐνταῦθα περανῶν. συνεγυμνάζετο οὖν μοι καὶ προσεπάλαιε πολλάκις οὐδενὸς παρόντος. καὶ τί δεῖ λέγειν; οὐδὲν γάρ μοι πλέον ἦν. ἐπειδὴ δὲ οὐδαμῇ ταύτῃ ἤνυτον, ἔδοξέ μοι ἐπιθετέον εἶναι τῷ ἀνδρὶ κατὰ τὸ καρτερὸν καὶ οὐκ ἀνετέον, ἐπειδήπερ ἐγκεχειρήκη, ἀλλὰ ἰστέον ἤδη, τί ἐστι τὸ πρᾶγμα. προ-

C

hoc loco videatur, si quaeris, hoc est: Contra Alcibiadis voluntatem contendimus esse istud: solebat identidem discedere, quem haud verisimile est, cum, quod speraret, saepius non evenisset, quoties cum Socrate congrederetur, toties exspectasse αὐτίκα διαλέξεσθαι αὐτόν κ. τ. λ. Etenim quem saepius spes frustrata est, is sensim sensimque ei diffidere solet atque laetissimam, quam antea habuit, exspectationem ex animo removere. Igitur si saepius rem illam factam accipias, vereor, ut etiam καὶ ἔχαιρον verba satis bene habeant. Verborum ordinem quod attinet, ἄν particulam eo loco positam habes, quo minime exspectaveris. Iam cum necessarium non sit, ut res ab Alcibiade narrata saepius facta esse cogitetur, eius autem repetitio cum singulis Alcibiadis verbis ne conveniat quidem satis, nihil veriti codicum auctoritatem, quos in falsissimis interdum consentire vidimus, ἄν particulam uncinis includendam curavimus.

συγγυμνάζεσθαι προύκαλούμην αὐτόν. Vide quae annotavimus ad verba καὶ ἥ γε φιλοσοφία ed. p. 101. Rem quod attinet, semel factam esse contendimus. Nam quod paullo infra legitur προσεπάλαιε πολλάκις οὐδενὸς παρόντος, ita intelligendum est, ut, dum gymnastica exercerent Socrates atque Alcibiades, saepius non affuisse docearis, qui una se exercerent aut luctantes spectarent.

καὶ τί δεῖ λέγειν. Hac formula dicendi uti solent, qui sunt animo commotiore, remque sibi iniucundissimam quam fieri potest paucissimis verbis enarrare cupiunt. Accentus autem orationis in λέγειν verbo ponendus est, quod praeguanti significatu positum idem fere denotat atque δολιχὸν κατατείνειν τὸν λόγον. Quae sequuntur verba οὐδὲν γάρ μοι πλέον ἦν, recte Stallbaumius interpretatur: nihil enim proficiebam.

καὶ οὐκ — ἐπειδήπερ ἐγκεχειρήκη. Haec prorsus conveniunt cum verbis supra lectis p. 216. D ἀλλὰ ἐγὼ δηλώσω, ἐπείπερ ἠρξάμην, ad quae verba vide annotat. p. 350.

ἀλλὰ ἰστέον ἤδη τί ἐστι τὸ πρᾶγμα. Solent haud raro Graeci scriptores commemorato eo, quod faciendum sit, additoque, quod non faciendum sit,

καλοῦμαι δὴ αὐτὸν πρὸς τὸ συνδειπνεῖν, ἀτεχνῶς ὥσπερ ἐραστὴς παιδικοῖς ἐπιβουλεύων. καί μοι οὐδὲ
D τοῦτο ταχὺ ὑπήκουσεν, ὅμως δ' οὖν χρόνῳ ἐπείσθη. ἐπειδὴ δὲ ἀφίκετο τὸ πρῶτον, δειπνήσας ἀπιέναι ἐβούλετο. καὶ τότε μὲν αἰσχυνόμενος ἀφῆκα αὐτόν. αὖθις δὲ ἐπιβουλεύσας, ἐπειδὴ ἐδεδειπνήκει, διελεγόμην πόρρω τῶν νυκτῶν, καὶ ἐπειδὴ ἐβούλετο ἀπιέ-

quasi, quid faciendum sit, non commemoraverint, id verbis paullisper immutatis atque ἀλλά particula adhibita oppositionis augendae gratia repetere. Idem igitur significant verba ἔδοξέ μοι ἐπιθετέον εἶναι τῷ ἀνδρὶ κατὰ τὸ κάρτερον et ἰστέον ἤδη τί ἐστι τὸ πρᾶγμα. Exemplum est huius structurae p. 210. D. μετὰ δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα ἐπὶ τὰς ἐπιστήμας ἀγαγεῖν, ἵνα ἴδῃ αὖ ἐπιστημῶν κάλλος καὶ βλέπων πρὸς πολὺ ἤδη τὸ καλὸν μηκέτι τὸ παρ' ἑνὶ — ἀγαπῶν — ἀλλ' ἐπὶ τὸ πολὺ πέλαγος τετραμμένος κ. τ. λ. Wyttenbachius Bibl. Crit. V. I. P. I. p. 50. scribendum coniecit ἀλλ' ἐτέον ἤδη ἐπὶ τὸ πρᾶγμα, quae scriptura eo nomine nobis improbatur, quod cum praecedentibus verbis, quibuscum convenire debet, ἔδοξέ μοι ἐπιθετέον εἶναι τῷ ἀνδρὶ κατὰ τὸ καρτερόν, multo minus, quam ἀλλὰ ἰστέον ἤδη, τί ἐστι τὸ πρᾶγμα, consociatur. Ἰστέον verbum quod attinet, ab ἰδεῖν derivatum esse consent interpretes, ut sensus sit: videndum est, explorandum est. Vide Buttmanni Gramm. ampl. T. II. p. 116. Nobis ab εἰδέναι semper derivandum esse videtur, neque tamen sciendum est recte converti, sed faciendum est, ut sciam. Vide annotat. p. 207., p. 169. al.

ἀτεχνῶς ὥσπερ ἐραστὴς παιδικοῖς ἐπιβουλεύων. cfr. p. 213. C. καὶ τὸν Σωκράτη, ὦ Ἀγάθων, φάναι, ὅρα, εἰ μοι ἐπαμυνεῖς· ὡς ἐμοὶ ὁ τούτου ἔρως τοῦ ἀνθρώπου οὐ φαῦλον πρᾶγμα γέγονεν κ. τ. λ., quae verba nostris explicantur. Χρόνῳ, quod sequitur est: multo tempore praeterlapso.

τὸ πρῶτον, δειπνήσας. *Olim posita ante* τὸ πρῶτον *distinctione haec verba cum sequentibus iungebantur. Quod ita recte fieret, si semel venisset Socrates atque tum initio quidem abire post coenam voluisset, postea vero a proposito destitisset. Quum autem tum revera discesserit, fuit utique ita distinguendum, ut factum est inde a Bekkero.* Rückert.

πόρρω τῶν νυκτῶν h. e. in multam usque noctem, cfr. Plat. Protag. p. 310. C. καὶ ἔτι μὲν ἐνεχείρησα εὐθὺς παρὰ δὲ ἰέναι, ἔπειτά μοι λίαν πόρρω ἔδοξε τῶν νυκτῶν εἶναι, ad quem locum Stallbaumius laudat p. ed. 24.: Aeschinem adv. Ctesiph. §. 122. ἤδη δὲ πόρρω τῆς ἡμέρας οὔσης. Ceterum ne

ναι, σκηπτόμενος, ὅτι ὀψὲ εἴη, προσηνάγκασα αὐτὸν μένειν. ἀνεπαύετο οὖν ἐν τῇ ἐχομένῃ ἐμοῦ κλίνῃ, ἐν ᾗπερ ἐδείπνει, καὶ οὐδεὶς ἐν τῷ οἰκήματι ἄλλος καθηῦδεν ἢ ἡμεῖς. μέχρι μὲν οὖν δὴ δεῦρο τοῦ λόγου B *καλῶς ἂν ἔχοι καὶ πρὸς ὀντινοῦν λέγειν· τὸ δ' ἐντεῦθεν οὐκ ἄν μου ἠκούσατε λέγοντος, εἰ μὴ πρῶτον μὲν, τὸ λεγόμενον, οἶνος ἄνευ τε παίδων καὶ μετὰ*

pluralem numerum mireris, *νύκτες* non noctes sunt, sed horae nocturnae, de quo significatu *νύκτες* vocis vide Stallbaumii annotat. ad Plat. Phileb. p. 158. Quod sequitur *καὶ ἐπειδὴ ἐβούλετο ἀπιέναι*, eodem modo, ut praecedens *ἀπιέναι ἐβούλετο* non convertendum est: abire volebat, sed velle se abire dixit. Vide annotat. p. 169. et p. 207.

σκηπτόμενος, ὅτι ὀψὲ εἴη. Timaeus habet L. V. Pl. *σκηπτόμενος. προφασιζόμενος.* Recte. Etenim qui ipse non habet in se, quo aliquid probet aut excuset, eum niti oportet in re extrinsecus petita, h. e. *προφάσει τινί.*

ἐν τῇ ἐχομένῃ ἐμοῦ κλίνῃ. De horum verborum significatu supra dictum est annotatione p. 333. et 334. Praeter locos illic commemoratos confer etiam R. Kühnerum ad Cic. Tusc. Disp. I. 1. §. 2. ed. p. 47., ubi laudantur Pind. Olymp. I. init. *μηδ' Ὀλυμπίας ἀγῶνα φέρτερον αὐδάσομεν* ibique Boeckhii annotat. p. 104., Cic. T. D. I. 1. §. 2.: quae tam excellens in omni genere virtus in ullis fuit, ut sit cum maioribus nostris comparanda?

καλῶς ἂν ἔχοι καὶ — λέγειν. Scriptum exspectaveris primo obtutu *καλῶς ἂν ἔχοι ὥστε πρὸς ὁντινοῦν λεκτέον εἶναι. Καί* pro *ὥστε* posito vario modo verba explicari possunt. Facillima explicandi ratio videtur ea, qua post *καί*, *εἶναι* verbi optativus subintelligitur. Optativum autem *εἴη* recte omitti posse contendimus tum, quum antecedit, ut hoc loco, alius verbi optativus modus, ex quo ille facillime eruitur. Explicatius igitur enarrata verba audiunt: *μέχρι μὲν οὖν δὴ δεῦρο τοῦ λόγου καλῶς ἂν ἔχοι (ὃ ἔλεγον) καὶ εἴη πρὸς ὁντινοῦν λέγειν.*

πρῶτον μὲν, — οἶνος ἄνευ τε παίδων καὶ μετὰ παίδων ἦν ἀληθής. Vetus proverbium: *οἶνος καὶ ἀλήθεια*, ad quod hic respicit Alcibiades. Cfr. Athenaeus II. p. 37. E. *Φιλόχορος δέ φησιν, ὅτι οἱ πίνοντες οὐ μόνον ἑαυτοὺς ἐμφανίζουσιν οἵ τινές εἰσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἀνακαλύπτουσι, παῤῥησίαν ἄγοντες. ὅθεν Οἶνος καὶ ἀλήθεια λέγεται.* Idem II. p. 38. B. Antiphanis versus laudat hos:

Κρύψαι, Φειδία,
ἅπαντα τἄλλά τις δύναιτ' ἄν,
πλὴν δυοῖν·
οἰνόν τε πίνων εἰς ἔρωτα τ'
ἐμπεσών.

παίδων ἦν ἀληθής, ἔπειτα ἀφαγίσαι Σωκράτους ἔργον ὑπερήφανον εἰς ἔπαινον ἐλθόντα ἄδικόν μοι φαίνεται.

ἀμφότερα μηνύει γὰρ ἀπὸ τῶν βλεμμάτων
καὶ τῶν λόγων ταῦθ', ὥστε τοὺς ἁρνουμένους
μάλιστα τούτους καταφανεῖς αὐτοὺς ποιεῖν.

Schol. praeter notissimum οἶνος καὶ ἀλήθεια, quod dici ait ἐπὶ τῶν ἐν μέθῃ τὴν ἀλήθειαν λεγόντων, alterum proverbium laudat: τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος ἐπὶ τῇ γλώσσῃ τοῦ μεθύοντος. Illud proverbium nostro loco ita laudatur, ut verba addita sint ἄνευ τε παίδων καὶ μετὰ παίδων, quod additamentum vera crux fuit interpretum omnium. Ficinus habet: *Vinum et cum pueritia et sine pueritia est veridicum.* In conversione Schleiermacheri legitur: Bis hierher nun könnte man die Sache noch unbedenklich iedermann erzählen; das folgende aber würdet ihr wohl nicht von mir hören, wenn nicht zuerst nach dem Sprüchwort der Wein mit oder ohne Kinder die Wahrheit redete. Prorsus eodem modo Schulthessius verba reddidit hoc tantum a Schleiermacheri discrepans conversione, quod παίδων nomen Knaben convertit. Stallbaumius verborum sensum esse ait: vinum efficit, ut verum dicatur, sive pueri epulis intersint, sive non intersint; h. e. vinum non pueros tantum, sed alios omnes ad verum proloquendum incitat. Aliter nobis videtur de huius loci explicatione statuendum esse. Accurate tenendum est, quae hic narret Alcibiades, ea ita proferri, ut errores exponantur auditoribus, in quos ille olim inciderit, et quibus praesenti tempore non amplius obnoxius sit. Colligitur hoc cum ex aliis locis, tum e verbis p. 217. A. ἡγούμενος δὲ αὐτὸν ἐσπουδακέναι ἐπὶ τῇ ἐμῇ ὥρᾳ ἕρμαιον ἡγησάμην εἶναι κ. τ. λ. Fieri autem solet haud raro, ut aliquis, quem dirus error olim vexabat, ubi ab eo liberatum se sentit, ipse in errorem illum quodammodo illudat. Neque pugnat hoc cum aestimatione ea, quam, qui nunc vivunt, significantius quam rectius, egoismum vocant. Nam qui erravit, errorem autem agnovit atque correxit, is magna cum hilaritate animi alium, atque fuerit antea, se nunc esse intelligit. In errorem igitur illudens aliquis, cui olim obnoxius fuit, non tam in se illudit, quippe ab errore liberato, quam alteri illi, qui errore devinctus fuerit atque quasi obcaecatus. Non mireris igitur, Alcibiadem ipsum sibi illudentem induci verbis p. 217. A. ἐφρόνουν γὰρ δὴ ἐπὶ τῇ ὥρᾳ θαυμάσιον ὅσον, neque mirum, eundem etiam verbis οἶνος ἄνευ τε παίδων καὶ μετὰ παίδων ἦν ἀληθής gravius in se invehere. Respicit enim ad errorem illum Alcibiades, quo existimabat, fore, ut servo remisso, quem secum habere solebat, Socrates opportunitate loci gavisus ad amatorum modum secum colloqueretur. cfr. p. 217. A. ταῦτα οὖν διανοηθεὶς, πρὸ τοῦ οὐκ εἰωθὼς ἄνευ ἀκολούθου μόνος μετ' αὐτοῦ γίγνεσθαι, τότε ἀποπέμπων τὸν ἀκόλουθον μό-

Ἔτι δὲ τὸ τοῦ δηχθέντος ὑπὸ τοῦ ἔχεως πάθος κἀμὲ ἔχει. φασὶ γάρ πού τινα τοῦτο παθόντα οὐκ ἐθέλειν

νος συνεγιγνόμην. — συνεγιγνόμην γάρ, — μόνος μόνῳ, καὶ ᾤμην αὐτίκα διαλέξεσθαι αὐτόν μοι ἅπερ ἂν ἐραστὴς παιδικοῖς ἐν ἐρήμῃ διαλεχθείη, καὶ ἔχαιρον. Ad hanc igitur rem respiciens, eumque errorem satis lepide taugens, Nunquam, inquit, hoc ex me audituri essetis (*ἂν — ἠκούσατε*) si proverbio illo vinum, quod neque praesentiam neque absentiam servorum curat, non esset veridicum.

Ἔπειτα ἀφανίσαι — φαίνεται. Cum praecedat *εἰ μὴ πρῶτον μὲν — ἦν*, scriptum exspectaveris *ἔπειτα — ἄδικόν μοι ἐφαίνετο.* Cavendum est autem, ne quis loquentis scribentisve negligentiae imputet, quod augendi sententiae vigoris caussa commissum est, ut incepta verborum structura relinqueretur. *Πρῶτον μὲν — ἔπειτα* hoc loco Lat. vim habet: cum — tum potissimum, istud potissimum autem mutatione structurae efficitur. Ceterum *ἀφανίσαι* verbum minus apte Schleiermacherus reddidit: verbergen, neque rectius Schulthessius: verhehlen. Aliud quid Alcibiades *ἀφανίσαι* verbo expressurus erat. Facinus illud nemini nisi Alcibiadi atque Socrati notum, neque verisimile erat, Socratem quidem cuiquam eius narrationem facturum esse. Intelligit igitur Alcibiades, rei memoriam prorsus perituram esse, nisi ipse eam divulget. Iam *ἀφανίσαι* verbum quid significet, intelliges. Est enim, quod nos dicimus, etwas der Kenntniss der Welt gänzlich entziehen. Ad *ὑπερήφανον* Rückertus: *ὑπερήφανον*, inquit, voci h. l. grata quaedam ambiguitas est ab eaque persona, quam hic Alcibiades agit, minime aliena. Homo enim, qui sentiret quidem veritatis vim, quae ad morum honestatem spectat, at non agnosceret, ne se cogeretur accusare, nonne Socratis hoc facinus poterat pro superbissimo habere? immo debebat, qui tantam suam pulcritudinem tam foede contemsisset. — Ne multis hanc sententiam perstringam, quae meo quidem iudicio falsissima est, et qua prorsus pervertitur scriptoris consilium, verba laudare sufficit p. 217. A. *ἐῤῥόνουν γὰρ δὴ ἐπὶ τῇ ὥρᾳ θαυμάσιον ὅσον.*

Ἔτι δὲ τὸ τοῦ δηχθέντος κ. τ. λ. Triplex caussa est, cur Alcibiades cum convivis impertiendum censet, quibus modis Socrati sit insidiatus. Vini hausti vim veridicam in superioribus commemoratum habes atque augendae Socraticae laudis studium. Tertio loco viperae morsus commemoratur, quo et se laborasse Alcibiades narrat. Nescimus quidem, quid facere soleant atque loqui, quos vipera momordit. Non dubium est autem, quin Alcibiades eos insania quadam corripi significet, qua circumacti et agant et loquantur, quod sanis hominibus non possit non mirum videri. Et quoniam ipsum se gravioris viperae morsu

218 λέγειν οἷον ἦν πλὴν τοῖς δεδηγμένοις, ὡς μόνοις γνωσομένοις τε καὶ συγγνωσομένοις, εἰ πᾶν ἐτόλμα δρᾶν τε καὶ λέγειν ὑπὸ τῆς ὀδύνης. ἐγὼ οὖν δεδηγμένος τε ὑπὸ ἀλγεινοτέρου καὶ τὸ ἀλγεινότατον ὧν ἄν τις δηχθείη — τὴν καρδίαν γὰρ ἢ ψυχὴν ἢ ὅ τι δεῖ αὐτὸ ὀνομάσαι πληγείς τε καὶ δηχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐν φιλοσο-

laesum indicat, vehementiore insania se circumactum describit, qua fecerit atque locutus sit, quod paullo infra expositum habes. Morbo igitur, cui obnoxius fuerit, facta et dicta excusatum iri sperat convivis, quippe qui eosdem illius morbi dolores perpessi sint. Qui si non perpessi essent, nunquam se commissurum fuisse, ut ipsis illorum narrationem exponeret.

ἐγὼ οὖν δεδηγμένος κ. τ. λ. Stallbaumium audi egregie de horum verborum structura disserentem: Anacoluthia, inquit, prorsus egregia et rei ipsi accommodata, quippe quae loquentis impetum animique commotionem, qua de illo dolore loquitur, plane exprimat et veluti imagine aliqua repraesentet.

ὑπὸ ἀλγεινοτέρου καὶ τὸ ἀλγεινότατον. Suspecta nobis est *καί* vocula, quae quamquam explicari potest, tamen, quod vehementissimae orationis impetum paullo impediliorem reddit, huic loco minus convenire iudicamus. Amant autem veteres commotius loquendi genus edituri copula addita nulla verba iuxta ponere, qualia sunt *ὑπὸ ἀλγεινοτέρου τὸ ἀλγεινότατον*. Interposuit, si quid video, *καί*, qui desiderabat, quorsum praecedens *τέ* referret. Dicturus autem Alcibiades erat: *ἐγὼ οὖν δεδηγμένος τε καὶ πεπληγμένος ὑπὸ ἀλγεινοτέρου τὸ ἀλγεινότατον κ. τ. λ.*, sed mutata inter loquendum voluntate *καὶ πεπληγμένος* verba reticuit, atque in sequentibus exhibuit *πληγείς τε καὶ δηχθείς*. An fortasse rectiorem verborum iuncturam censes esse: *ἐγὼ οὖν δεδηγμένος τε — καὶ — πληγείς τε καὶ δηχθείς*? Non credo equidem, ideoque, ut quid rectius esset, interpunctione rectiore legentium oculis indicatum sit, post *ὀνομάσαι* comma ponendum curavimus.

τὴν καρδίαν γὰρ — ὀνομάσαι. Sensus est: Die Worte des Socrates erregen einen unerklärbaren, heftigen Schmerz: man weiss nicht, ob man körperlich oder geistig oder wie sonst leidet: gewiss ist nur das Gefühl der Verletzung und der Zerrissenheit.

οἳ ἔχονται κ. τ. λ. Ἔχονται verbum ne careret casu suo, Rostius V. D. comma delendum censuit post *ἀγριώτερον*, ldque post *ἀφυοῦς* ponendum curavit. Quo facto vide, ne *ὅταν λάβωνται* verba admodum frigeant. Neque necessarium esse contendimus, ut *ἔχεσθαι* verbum, ubi firmiter inhaerere significat, rem, cui inhaerere aliquid dicitur, semper adiunctam habeat. Graeci eodem modo atque nos: Welche schreck-

φίᾳ λόγων, οἳ ἔχονται ἐχίδνης ἀγριώτερον, νέου ψυχῆς μὴ ἀφυοῦς ὅταν λάβωνται, καὶ ποιοῦσι δρᾶν τε καὶ λέγειν ὁτιοῦν — καὶ ὁρῶν αὖ Φαίδρους, Ἀγάθωνας, Ἐρυξιμάχους, Παυσανίας, Ἀριστοδήμους τε καὶ Ἀρι- B στοφάνας· Σωκράτη δὲ αὐτὸν τί δεῖ καὶ λέγειν, καὶ ὅσοι ἄλλοι; πάντες γὰρ κεκοινωνήκατε τῆς φιλοσόφου

licher als Nattern haften, wenn sie einmal erst an einem jugendlichen Herzen Anhalt gefunden haben.

καὶ Ἀριστοφάνας. Vulgo Ἀριστοφάνεις legitur. Illud cod. Bodl. habet, idque cum Grammatici praecepto convenit in Bekkeri Anecdot. III. p. 1131.: δεῖ δὲ καὶ τοῦτο γινώσκειν, ὅτι οἱ Ἀττικοὶ ἐπὶ τῶν εἰς ης, εἰς ους ἐχόντων τὴν γενικὴν, καὶ ἐπὶ τῶν παρὰ τὸ ες διὰ τοῦ α ποιοῦσι τὴν αἰτιατικὴν τῶν πληθυντικῶν, οἷον ὁ Δημοσθένης, τοῦ Δημοσθένους, τοὺς Δημοσθένας, ὁ Ἀριστοφάνης, τοῦ Ἀριστοφάνους, τοὺς Ἀριστοφάνας. — Nomina propria prorsus eodem modo plurali numero poni censet Engelhardtus ad Plat. Menex. p. ed. 204., quo nostrates haud raro de singulis viris loquentes plurali numero utantur. Hoc recte quidem annotatum, sed inde non intelligitur, qui factum sit, ut et Graeci et nostrates singulorum hominum nomina plurali numero exhibeant. Neque tamen diu quaerenda est huius dicendi usus caussa. Brevitatis enim studio ut Graeci, ita nos pro: indem ich Männer sehe, wie Agathon, Eryximachus cet. dicimus omisso verbo, quod plurali numero positum est, atque ipso illo numero ad nomina propria translato: indem ich Agathone, cet., sehe.

Σωκράτη δὲ αὐτὸν — λέγειν. Ne mireris, cur Socratem hic commemoret Alcibiades, ubi non nisi eorum mentio erat facienda, qui eodem modo atque Alcibiades Socratici sermonis aculeis laesi sunt: Alcibiades hoc agit, ut ostendat, se non nisi cum iis mala, quae perpessus sit, impertire, qui ipsi iis obnoxii fuerint. Iam cum recenseret omnes, quos sibi socios putaret morbi illius, Socratem forte conspiciens, quid istunc, inquit, commemorem, morbi auctorem? Ceterum versus laudare iuvat petitos ex epigrammate Meleagri, quibus Dionysii alicuius amator non nisi eos alloquitur, qui ipsi amoris flammam senserint: Meleagr. Epigr. XVIII.

Ψυχροπόται δυσέρωτες, ὅσοι φλόγα τὴν φιλόπαιδα οἴδατε, τοῦ πικροῦ γευσάμενοι μέλιτος,
ψυχρὸν ὕδωρ νίψαι, ψυχρὸν, τάχος, ἄρτι τακείσης
ἐκ χιόνος τῇ μὴ κεῖτε περὶ κραδίῃ.

Quibus auditis omnes, qui non amant, hominis insaniam ridebunt videlicet frigidam sibi circa praecordia circumfundi iubentis.

τῆς φιλοσόφου μανίας τε καὶ βακχείας. Haec verba

μανίας τε καὶ βακχείας· διὸ πάντες ἀκούσεσθε. συγγνώσεσθε γὰρ τοῖς τε τότε πραχθεῖσι καὶ τοῖς νῦν λεγομένοις. οἱ δὲ οἰκέται, καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶ βέβηλός τε καὶ ἄγροικος, πύλας πάνυ μεγάλας τοῖς ὠσὶν ἐπίθεσθε.

Cap. XXXIV.

Ἐπειδὴ γὰρ οὖν, ὦ ἄνδρες, ὅ τε λύχνος ἀπεσβήκει, καὶ οἱ παῖδες ἔξω ἦσαν, ἔδοξέ μοι χρῆναι μηδὲν ποικίλλειν πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ἐλευθέρως εἰπεῖν ἃ μοι

praecedentibus explicantur p. 218. A. πληγείς τε καὶ δηχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων.

οἱ δὲ οἰκέται κ. τ. λ. Cum in superioribus dixisset Alcibiades p. 217. E., vinum veridicum esse sive servi narrationi intersint, sive non intersint, nunc rursum servos iubet aures occludere, ut ne verbum quidem audiant. Num forte sibi contradicere censes hominem ebrium? Non credo, quamquam contradictionem verbis inesse non negamus. Notum enim fuit Alcibiadi quoque, quod Ovidius ait:

Nitimur in vetitum semper cupimusque negata,

atque ut magis pateat, vinum etiam servis praesentibus veridicum esse, servos, quos tibi finge arrectis auribus adstitisse cupidissimos audiendi, ne audire velint iubendo, ad audiendum alacriores reddit atque paratiores. Hoc efficitur etiam eo, quod ad versum Orphicum Alcibiades respexit: φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί· θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι, qua re animadversa quantam servorum censes fuisse exspectationem futurae narrationis?

μηδὲν ποικίλλειν πρὸς αὐτόν. Vide annotat. p. 99., ubi de ποικίλος nominis significatu dictum est. Possis ποικίλλειν h. l. explicare: non obscure, quod Stallbaumio probatur, sed ambigue loqui, quandoquidem varii coloris oratio ita comparata est, ut quem colorem habeat, nescias, et quoniam huiusmodi oratio complures colores, qui cum significationibus comparantur, repraesentat, complures significationes habere h. e. ambiguam esse recte dixeris. Facile autem intelligi potest, qui colorem cum significatione orationis veteres comparaverint. Ad consuetudinem enim respexerunt amantium, qui floribus arte consertis sibique invicem missis exprimere solebant, quod claris verbis indicare metus prohibuit aut pudor. Non obscure autem floribus missis, sed ambigue, quid vellent, exprimebant, vel nihil omnino, ut videtur, exprimebant, sed e modo atque ratione, qua, cui miserunt, is flores exciperet, missos-

ἐδόκει. καὶ εἶπον κινήσας αὐτόν. Σώκρατες, καθεύδεις; — Οὐ δῆτα, ἦ δ' ὅς. — Οἶσθα οὖν ἃ μοι δέδοκται; — Τί μάλιστα; ἔφη. — Σὺ ἐμοὶ δοκεῖς, ἦν δ' ἐγὼ, ἐμοῦ ἐραστὴς ἄξιος γεγονέναι μόνος, καί μοι φαίνει ὀκνεῖν μνησθῆναι πρός με. ἐγὼ δὲ οὑτωσὶ ἔχω· πάνυ ἀνόητον ἡγοῦμαι εἶναί σοι μὴ οὐ καὶ τοῦτο χαρίζεσθαι καὶ εἴ τι ἄλλο ἢ τῆς οὐσίας τῆς ἐμῆς δέοιο ἢ τῶν φίλων τῶν ἐμῶν. ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐδὲν ἐστι πρε- D σβύτερον τοῦ ὡς ὅτι βέλτιστον ἐμὲ γενέσθαι, τούτου δ' οἶμαί μοι συλλήπτορα οὐδένα κυριώτερον εἶναι σοῦ. ἐγὼ δὴ τοιούτῳ ἀνδρὶ πολὺ μᾶλλον ἂν μὴ χαριζόμε-

que interpretaretur, voluntatem eius explorare solebant.

καὶ εἶπον κινήσας αὐτόν. De *κινεῖν* verbi significatu vide annotat. p. 29., ubi etiam hic locus laudatus est.

τί μάλιστα; ἔφη. Μάλιστα interrogationi additum efficit, ut is, qui interroget, curiositatem prodat sciendi, quid sit id, quod modo audiverit, aut quo sensu dicatur. cfr. Plat. Menon. p. 80. D. *Σ. πανοῦργος εἶ, ὦ Μένων, καὶ ὀλίγου ἐξηπάτησάς με. Μ. τί μάλιστα, ὦ Σώκρατες;*

καί μοι φαίνει ὀκνεῖν μνησθῆναι πρός με. cfr. Alcibiad. I. init. *Σ. Ὦ παῖ Κλεινίου, οἶμαί σε θαυμάζειν, ὅτι πρῶτός ἐραστής σου γενόμενος, τῶν ἄλλων πεπαυμένων, μόνος οὐκ ἀπαλλάττομαι, καὶ ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι δι' ὄχλου ἐγένοντό σοι διαλεγόμενοι, ἐγὼ δὲ τοσούτων ἐτῶν οὐδὲ προσεῖπον.*

ἐγὼ δὲ οὑτωσὶ ἔχω· πάνυ ἀνόητον. Praeclare Stallbaumius ad h. l.: Quae inserviunt, inquit, explicandis verbis *οὑτωσὶ ἔχω*, ea de more *ἀσυνδέτως* adduntur. Quam loquendi rationem, quum non tenerent grammatici, pro *ἔχω* scripserunt *ἔχων*, quod in vett. editt. migravit.

οὐδέν ἐστι πρεσβύτερον. Mihi nihil antiquius est, proprie: nihil, cui malim primi loci honorem concedere, quam huic. Vide annotat. p. 128.

τούτου δ' οἶμαί μοι συλλήπτορα κ. τ. λ. Sensus est: neminem esse reor, qui mihi integrae huius rei adiutor te sit potior. In omnibus fere codicibus *μού* legitur pro *μοί*, quod Stallbaumio unice probatur propter structuram *συλλαμβάνειν* verbi. Coniungitur enim plerumque cum genitivo rei atque cum dativo personae. Rückertus dativum pronominis cum *εἶναι* verbo cohaerere censet. Dativus pronominis commodi potius, quem vocant, dativus est, atque recte ad totum verborum complexum refertur. Apposite Stallbaumius

νος αἰσχυνοίμην τοὺς φρονίμους, ἢ χαριζόμενος τοὺς τε πολλοὺς καὶ ἄφρονας. Καὶ οὕτος ἀκούσας μάλα εἰρωνικῶς καὶ σφόδρα ἑαυτῷ εἰωθότως ἔλεξεν· Ὦ φίλε Ἀλκιβιάδη, κινδυνεύεις τῷ ὄντι οὐ φαῦλος εἶναι, εἴπερ ἀληθῆ τυγχάνει ὄντα ἃ λέγεις περὶ ἐμοῦ, καί τις ἔστ' ἐν ἐμοὶ δύναμις, δι' ἧς ἂν σὺ γένοιο ἀμείνων, ἀμήχανόν τε κάλλος ὁρᾴης ἂν ἐν ἐμοὶ καὶ τῆς παρὰ σοὶ εὐμορφίας πάμπολυ διαφέρον. εἰ δὴ καθορῶν αὐτὸ κοινώσασθαί τέ μοι ἐπιχειρεῖς καὶ ἀλλάξασθαι κάλλος ἀντὶ κάλλους, οὐκ ὀλίγῳ μου πλεονεκτεῖν διανοεῖ, ἀλλ'

laudat Xenoph. Memor. II. 2. 12. ἵνα — ἀγαθοῦ σοι γίγνηται συλλήπτωρ.

ἀμήχανόν τε κάλλος ὁρᾴης ἄν. Locus admodum salebrosus, quem sine novorum codicum accessione nunquam ita restitutum iri puto, ut, quid Plato scripserit, legere tibi videare. In Bodleiano cod. aliisque perpaucis pro τέ legitur τοί, Ald. Bas. alii non pauci τί exhibent, quod Bekkerus recepit colo post ἀμείνων posito. Aliam rationem Schleiermacherus iniit, qui ἀμήχανόν τε cet. verba cum praecedentibus δι' ἧς ἂν σὺ γένοιο ἀμείνων connectenda censet hoc sensu: — wenn das wahr ist, was du von mir sagst, und es eine Eigenschaft in mir giebt, durch welche du besser werden könntest, und dann eine gar sonderbare Schönheit an mir erblicktest, die deine Wohlgestalt um gar vieles übertrifft. Stallbaumius veterem lectionem, h. e. τέ, retinendam censet eamque distinctionem singularum orationis partium edidit, ut verba ἀμήχανόν τε cet. e praegresso εἴπερ aptentur. Sententiam verborum hanc esse ait: videris profecto non contemnendus esse, si quidem vera sunt, quae dicis de me, hoc est, si in me vis quaedam inest, quae te reddat meliorem atque cernere in me potes et conspicere immensam pulcritudinem tuaque formositate multo praestantiorem. Recta Stallbaumium via incedere mihi quidem persuasissimum est, sed est tamen, quod me male habeat; ἄν particula cum εἰ potest quidem coniungi, uti docuerunt, quos Stallbaumius laudat, Schaeferus Melett. Critt. p. 50., Apparat. ad Demosth. III. p. 155., Schneiderus in Addend. ad Xenoph. Politic. p. 472., Heindorfius ad Protag. p. 535., Hermannus ad Vig. p. 830., sed admodum dubitari potest, num ea hoc loco Plato usus sit, ubi verba praecedunt δι' ἧς ἂν σὺ γένοιο ἄμεινον. Quis enim non videt, ἄν particulam, quae in his verbis comparet, facillime ad nostra verba transferri potuisse?

ἀντὶ δόξης ἀλήθειαν καλῶν h. e., Stallbaumius in-

ἀντὶ δόξης ἀλήθειαν καλῶν κτᾶσθαι ἐπιχειρεῖς, καὶ 219
τῷ ὄντι χρύσεα χαλκείων διαμείβεσθαι νοεῖς. ἀλλ', ὦ μακάριε, ἄμεινον σκόπει, μή σε λανθάνω οὐδὲν ὤν. ἦ τοι τῆς διανοίας ὄψις ἄρχεται ὀξὺ βλέπειν, ὅταν ἡ τῶν ὀμμάτων τῆς ἀκμῆς λήγειν ἐπιχειρῇ· σὺ δὲ τούτων ἔτι πόρρω. Κἀγὼ ἀκούσας, Τὰ μὲν παρ' ἐμοῦ, ἔφην, ταῦτ' ἐστὶν, ὧν οὐδὲν ἄλλως εἴρηται ἢ ὡς διανοοῦμαι· σὺ δὲ αὐτὸς οὕτω βουλεύου, ὅ τι σοί τε ἄριστον καὶ ἐμοὶ ἡγεῖ. Ἀλλ', ἔφη, τοῦτό γε εὖ λέγεις. ἐν γὰρ τῷ ἐπιόντι χρόνῳ βουλευόμενοι πράξομεν ὃ ἂν

quit, ἀντὶ καλῶν, ἃ δοκεῖ καλὰ εἶναι, κτᾶσθαι ἐπιχειρεῖς καλὰ, ἃ ἔστιν ὡς ἀληθῶς. In proximis alludit ad Hom. Il. Ξ. v. 234.

Ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεὺς
ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβε
χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

ἦ τοι τῆς διανοίας ὄψις κ. τ. λ. Errant interpretes, qui putant, verbum reperiri vernaculum, quod τοί vocabulo respondeat. Neque probem, quae Stallbaumii sententia est, affirmandi vim et significationem habere τοί vocabulum in sententiis communibus. Significat potius, sententiam, cui additum sit, communem esse, eamque ideo et alias et nunc valere. Rectissime Schleiermacherus spretis vocabulis, quae τοί particulae respondere arbitrati sunt interpretes, ja, ja doch, aliis, verba reddidit: Das Auge des Geistes fängt erst an scharf zu sehen, wenn das leibliche von seiner Schärfe schon verlieren will; minus apte, quae sequuntur, hoc modo annectit: und davon bist du noch weit entfernt. Fines enim sententiae communis hoc additamento sublatos habes atque omnem sententiam cum reliqua oratione male commixtam. Recte in contexta oratione colo praemisso scribitur σὺ δὲ τούτων ἔτι πόρρω. Restat, ut verbo commemorem Rükkerti opinionem censentis, τοί h. l. argumentationi inservire, cuius loco etiam γάρ particulam poni licuerit. Qua ratione Rükkertus vehementer errat, si Promethei verba in Aesch. Prom. Vinct. v. 700. explicanda censet,

λέγ', ἐκδίδασκε· τοῖς νοσοῦσί τοι γλυκὺ
τὸ λοιπὸν ἄλγος προὐξεπίστασθαι τορῶς.

ὧν οὐδὲν ἄλλως εἴρηται κ. τ. λ. cfr. p. 218. C.: — ἔδοξέ μοι χρῆναι μηδὲν ποικίλλειν πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ἐλευθέρως εἰπεῖν ἃ μοι ἐδόκει. Sensus est: Dixi, quae dixi, neque quicquam eorum aliter, atque sentio, edictum est.

σὺ δὲ αὐτὸς οὕτω βουλεύου. Verba convertit Fici-

B φαίνηται νῷν περί τε τούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἄριστον. Ἐγὼ μὲν δὴ ταῦτα ἀκούσας τε καὶ εἰπών, καὶ ἀφεὶς ὥσπερ βέλη τετρῶσθαι αὐτὸν ᾤμην. καὶ ἀναστάς γε, οὐδὲ ἐπιτρέψας τούτῳ εἰπεῖν οὐδὲν ἔτι, ἀμφιέσας τὸ ἱμάτιον τὸ ἐμαυτοῦ τοῦτο — καὶ γὰρ ἦν

nus: tu autem ita delibera, ut et tibi et mihi melius fore censes. *Αὐτός* vocabulum reddere omisit, in qua positus est accentus orationis. Alcibiades enim cum dixisset, quid sibi videretur, ne ulterius progrederetur atque nimiae audaciae crimen fugiens: tu autem, inquit, quasi meam sententiam non aperuissem, ad meam voluntatem prorsus non respiciens, ipse tecum delibera.

ἀκούσας τε καὶ εἰπών. Exspectaveris fortasse inversum ordinem participiorum, quem revera in conversione exhibuit Schleiermacherus: Nach dieser Rede und Antwort. Felicius rem expediit Schulthessius: Das war die Antwort auf meine Rede.

καὶ ἀφεὶς ὥσπερ βέλη. Intellige *τοὺς λόγους.* Solent enim, verba Stallbaumii sunt, quae vel acute vel acerbe in aliquem dicuntur, cum telis comparari. Similiter Latini dicunt verba inculari, vibrare, torquere. — cfr. Plat. Protag. p. 342. E. *εἰ γὰρ ἐθέλει τις Λακεδαιμονίων τῷ φαυλοτάτῳ συγγενέσθαι, τὰ μὲν πολλὰ ἐν τοῖς λόγοις εὑρήσει αὐτὸν φαινόμενον, ἔπειτα, ὅπου ἂν τύχῃ τῶν λεγομένων, ἐνέβαλε ῥῆμα ἄξιον λόγου βραχὺ καὶ συνεστραμμένον ὥσπερ δεινὸς ἀκοντιστής.* Similis Graecorum Latinorumque dicendi usui formula est, qua nostrates utuntur de bullis paparum: den Bannstrahl schleudern. Ceterum pauciorum codicum lectio est *βέλη*, vulgo *βέλει* legitur, quod emendandum esse Abreschius Lect. Aristaen. p. 207. primus vidit.

ἀμφιέσας τὸ ἱμάτιον τὸ ἐμαυτοῦ τοῦτο. Librorum plurimorum lectio est *τοῦτον*; vulgo *τοῦτο*, quod et Ficinus habet in conversione: surgensque ne verbum quidem ulterius loqui permisi: et hunc amictum, quem videtis, circumdans (erat enim hiems) sub strato huius pallio veteri recubui. Vulgatam lectionem reiecerunt editores, quod non verisimile esset, Alcibiadem eodem pallio usum esse, quod aliquot annis ante gestasset. Sed vide, ne praepostera haec sit *τοῦτο* vocabuli interpretatio. De eodem quidem pallio verba accipienda sunt Plat. Protag. p. 335. D. *καὶ ἅμα ταῦτα εἰπὼν ἀνεστάμην ὡς ἀπιών. καί μου ἀνισταμένου ἐπιλαμβάνεται ὁ Καλλίας τῆς χειρὸς τῇ δεξιᾷ, τῇ δ' ἀριστερᾷ ἀντελάβετο τοῦ τρίβωνος τουτουΐ, καὶ εἶπεν,* verba nostri loci non item. *Τοῦτο* enim nihil aliud significare videtur, quam Alcibiadem tum temporis simili pallio indutum fuisse, atque quo nunc utatur. Quid igitur prohibet, quominus

χειμὼν — ὑπὸ τὸν τρίβωνα κατακλινεὶς τὸν τουτουΐ, περιβαλὼν τῷ χεῖρε τούτῳ τῷ δαιμονίῳ ὡς ἀληθῶς καὶ θαυμαστῷ, κατεκείμην τὴν νύκτα ὅλην. καὶ οὐδὲ C *ταῦτα ὦ Σώκρατες, ἐρεῖς ὅτι ψεύδομαι. ποιήσαντος δὲ δὴ ταῦτα ἐμοῦ οὕτος τοσοῦτον περιεγένετό*

censeamus, pallio suo, quali hiberno tempore uti consuesceret, indutum Alcibiadem Socraticum tegumentum subiisse? *Τοῦτον* autem lectionem ideo improbamus, quod dubitari nequit, quin alius verbi participio usurus fuisset Alcibiades, si exprimere voluisset, se Socrati in lectulo iacenti pallium superimposuisse. Sin forte statuas, Alcibiadem eodem pallio, quo ipse esset indutus, etiam Socratem involvisse, repugnantem ordinem verborum habebis, quatenus quidem scriptum esse deberet: *ὑπὸ τὸν τρίβωνα κατακλινεὶς τὸν τουτουΐ, ἀμφιέσας τὸ ἱμάτιον τὸ ἑμαυτοῦ τοῦτον κ. τ. λ.*

ὑπὸ τὸν τρίβωνα. Schol. ad h. l. *τρίβων*, inquit, *ἐστὶ στολή τις ἔχουσα σημεῖα ὡς γραμμάτια· τριβώνιον δὲ ἱμάτιον παλαιὸν καὶ τετριμμένον.* Hoc scholion iam Fischerus impugnavit annotat. ad h. l. rectissime. Non est autem dubium, quin recta sit Stallbaumiana *τρίβων* vocabuli interpretatio: pallium longo usu detritum, quale solebant gestare philosophi. Hinc iocum expendas Aristophanicum in Nubb. v. 175. ed. Reisig. atque risum auditorum, qui cum audissent, Socratem nocturno tempore lunae vias atque cursum ore hiante spectantem a stellione maculatum esse, nunc etiam pallio illo detrito privatum docerentur, quod ille inter docendum deposuerat. Versus Aristophanici adhuc non satis emendati, ut videtur, ab interpretibus hoc modo scribendi sunt:

M. ἐχθὲς δέ γ' ἡμῖν δεῖπνον οὐκ ἦν ὀψέρας.
Σ. εἶεν· τί οὖν πρὸς τἄλφιτ' ἐπαλαμήσατο;
M. κατὰ τῆς τραπέζης κατα-πάσας λεπτὴν τέφραν κάμψας ὀβελίσκον, εἶτα διαβήκην λαβών — ἔκ τις παλαίστρας ξοΐμάτιον ὑφείλετο.

Quoniam autem sentit Strepsiades, a discipulo aliquo pallium ablatum esse, *μαθητιῶ*, inquit, h. e. discipulus esse cupio Socraticus, ut eodem modo aliquid furari discam.

καὶ οὐδὲ ταῦτα, ὦ Σώκρατες. Bekkerus post *ταῦτα* posuit *αὖ*, quam voculam vulgo edi solitam Stallbaumius ex plurimorum codicum auctoritate tacite expunxit. Eam reposuit in textu Ruckertus. Iniuria. Nam si scriptum exstaret: *καὶ οὐκ ἐρεῖς αὖ, ὦ Σώκρατες, ὅτι ταῦτα ψεύδομαι*, illa particula vix carere possemus. *Οὐδὲ ταῦτα* autem cum legatur, *οὐδέ* vocabulum illam particulam in vicinia poni nullo modo patitur.

τοσοῦτον περιεγένετο. In his *τοσοῦτον* dictum est *δεικτικῶς* et per quandam exclama-

τε καὶ κατεφρόνησε καὶ κατεγέλασε τῆς ἐμῆς ὥρας καὶ ὕβρισε· καίπερ ἐκεῖνό γε ὤμην τι εἶναι, ὦ ἄνδρες δικασταί· δικασταὶ γάρ ἐστε τῆς Σωκράτους ὑπερηφανίας. εὖ γὰρ ἴστε, μὰ θεοὺς, μὰ θεάς, οὐδὲν περιττότερον· καταδεδαρθηκὼς ἀνέστην μετὰ Σωκράτους ἢ εἰ μετὰ πατρὸς καθηῦδον ἢ ἀδελφοῦ πρεσβυτέρου.

tionem, ut significet: mirum quantum me vicit. Stallb. Dubito, num huius structurae exempla reperiantur apud scriptores. Ut nobis videtur, aliam verborum structuram eamque legitimam quidem Alcibiades in mente habuit, qua altera quaedam enuntiati pars per ὥστε particulam praecedentibus annexa effectum τοῦ περιγενέσθαι describeret. Fortasse ita dicturus erat: *ποιήσαντος δὲ ταῦτα ἐμοῦ οὗτος τοσοῦτον περιεγένετο, ὥστε καὶ καταφρονῆσαι καὶ καταγελάσαι τῆς ἐμῆς ὥρας καὶ ὑβρίσαι.* Amat autem interdum oratio concitatior legitimae orationis vincula spernere, atque prout in buccam venerint, verba verbis adiungere, id quod nostro loco factum est.

καίπερ ἐκεῖνο ὤμην τι εἶναι. cfr. p. 217. A. *ἐφρόνουν γὰρ δὴ ἐπὶ τῇ ὥρᾳ θαυμάσιον ὅσον*, quibus verbis optime expositum habes, quid sit, quod nostro loco adhibitum est τὶ εἶναι. Discas autem ex huius loci sententia repetita, quanti olim Alcibiades formositatem suam aestimaverit. Ceterum ne mireris, *ἐκεῖνο* vocis neutrum genus positum esse, non femininum: *ἐκείνην* nihil aliud denotaret, quam *τὴν ὥραν*, *ἐκεῖνο* contra paullo latioris significatus est atque cum emphasi ad verba refertur: *ἡ ἐμὴ ὥρα.*

οὐδὲν περιττότερον. Colon ponendum curavimus post *περιττότερον*, quo vigorem orationis incredibiliter augeri senties, atque quoniam fortiora sunt, quae sunt breviora, sententiae vim magno opere corroborari. Scitote enim, Alcibiades inquit, nihil praeterea. Quae sequuntur verba, praecedentibus verbis explicationis caussa addita, de more ἀσυνδέτως annectuntur.

ἢ εἰ μετὰ πατρός. Nepos ad hunc locum respiciens, Vit. Alcibiad. c. 2. Incunte, inquit, adolescentia amatus est a multis more Graecorum, in eis a Socrate, de quo mentionem facit Plato in Symposio. Namque eum induxit commemorantem, se pernoctasse cum Socrate, neque aliter ab eo surrexisse, ac filius a parente debuerit.

ἢ ἀδελφοῦ πρεσβυτέρου. Ne mireris, hoc loco fratrem natu maiorem commemorari, cum possit sola fratris notio ad rem sufficiens videri: *πρεσβυτέρου* non ideo additum est, ut significetur, quod de fra-

Cap. XXXV.

Τὸ δὴ μετὰ τοῦτο τίνα οἴεσθέ με διάνοιαν ἔχειν, ἡγούμενον μὲν ἠτιμᾶσθαι, ἀγάμενον δὲ τὴν τούτου φύσιν τε καὶ σωφροσύνην καὶ ἀνδρείαν, ἐντετυχηκότα ἀνθρώπῳ τοιούτῳ, οἵῳ ἐγὼ οὐκ ἄν ᾤμην ποτὲ ἐντυχεῖν εἰς φρόνησιν καὶ εἰς καρτερίαν; ὥστε οὔθ' ὅπως

tre natu maiore valeat, id non item de fratre natu minore valere, sed ad Socratis aetatem Alcibiades respiciens, eum cum patre atque fatre natu maiore comparat.

τίνα οἴεσθε με διάνοιαν ἔχειν. De interrogationibus mediae orationi interpositis saepius iam diximus. Vide annotat. p. 60. Paullo supra eodem modo p. 216. D. legitur *ἔνδοθεν δὲ ἀνοιχθεὶς πόσης οἴεσθε γέμει, ὦ ἄνδρες συμπόται, σωφροσύνης;* Efficitur autem his dicendi formulis, ut attentiores ad rem auditores reddantur, aut, quod in nostrum locum cadit, ut rei narratae vis amplificetur.

τὴν τούτου φύσιν. Verba convertit Schleiermacherus: und doch auch an des Mannes Natur — mich erfreute. Dubito, num vernaculum nomen Graeco nomini satis respondeat. Solent Graeci commemorato nomine aliquo, quod totam aliquam rem in se contineret, per *τέ — καί — καί* eas eius partes annectere, quae inprimis extollendae sint atque urgendae. Igitur verba convertenda censuerim: da ich mich verachtet glaubte, und doch des Mannes ganzem Wesen besonders seiner Besonnenheit und Charakterfestigkeit mit aller Liebe zugethan bin.

οἵῳ ἐγὼ οὐκ ἄν ᾤμην ποτὲ ἐντυχεῖν. Proprie verba hoc ordine proferenda erant: *οἵῳ ἐγὼ ᾤμην οὐκ ἄν ποτε ἐντυχεῖν*, quod moneo, ut facilius intelligas, quorsum *ἄν* particula referenda sit. Amant autem Graeci verbum finitum, o quo alia quaedam verba apta sunt, mediis illis verbis interponere haud raro, quo ordine verborum vis enuntiati magnopere augetur. Ceterum ut eximiam laudem Socratis, ita non parvam aequalium vituperationem his verbis contineri senties.

ὅπως οὖν ὀργιζοίμην. Prorsus eodem modo *οὖν* in suspensa oratione reperitur in Plat. Protag. p. 322. C. *ἐρωτᾷ οὖν Ἑρμῆς Δία, τίνα οὖν τρόπον δοίη δίκην καὶ αἰδῶ ἀνθρώποις.* Noli, Stallbaumius inquit annotat. ad h. l., *οὖν* sollicitare, quod Stephanus vacare iudicabat. Indicat enim ratiocinationem loquentis, qui quasi secum consilia pectore agitans inducitur. Quippe ea est virtus linguae Graecae, ut multa, quae alii populi nonnisi oratione recta possunt enuntiare, ea etiam oratione obliqua exprimere valeat. Quod quid sibi velit, hoc uno exem-

οὖν ὀργιζοίμην εἶχον καὶ ἀποστερηθείην τῆς τούτου συνουσίας, οὔθ' ὅπῃ προσαγαγοίμην αὐτὸν εὐπόρουν. ε εὖ γὰρ ᾔδη, ὅτι χρήμασί τε πολὺ μᾶλλον ἄτρωτος ἦν πανταχῇ ἢ σιδήρῳ ὁ Αἴας, ᾧ τε ᾤμην αὐτὸν μόνῳ ἁλώσεσθαι, διαπέφευγέ με. ἠπόρουν δὴ, καταδεδουλωμένος τε ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου ὡς οὐδεὶς ὑπ' οὐδενὸς

plo satis patet. Recta enim oratione dici sic debebat: *πῶς οὖν ὀργίζωμαι καὶ ἀποστερηθῶ τῆς τούτου συνουσίας;* quomodo *igitur* ei irascar eiusque consuetudine me abstineam? Quae convertens Alcibiades in suspensam orationem eleganter retinet voculam igitur, quae animi consilia agitantis gravius indicium facit.

οὐδ' ὅπῃ προσαγαγοίμην αὐτὸν εὐπόρουν. *Προσάγειν τινά* sensim sensimque aliquem sibi assuefacere, lente aliquem sibi conciliare praetentis quibusdam illecebris significat. Hinc iudicabis de *ἀποστερηθείην* verbi significatu, quod illi oppositum est. Ceterum *ὀργιζοίμην* verbum primo obtutu habet, quo offendaris, quandoquidem haud verisimile est, Alcibiadem ob repulsam a Socrate acceptam eidem non iratum fuisse. Fortasse *ὀργιζοίμην καὶ ἀποστερηθείην* positum accipere possis pro *ὀργιζόμενος ἀποστερηθείην*, ut sensus sit totius loci: so dass ich weder weiss, wie ich mich in höchster Aufwallung seiner ganz erledigen, noch wie ich mich seiner allgemach bemächtigen soll. His adde, quae supra leguntur p. 216. B. *δρακετεύω οὖν αὐτὸν καὶ φεύγω* et quae sequuntur.

εὖ γὰρ ᾔδη, ὅτι χρήμασί τε. Vulgo *γε* legitur pro *τε*, quod e septem codicum auctoritate, quorum in numero Bodleianus est, Bekkerus, Stallbaumius, alii in ordinem verborum receperunt. Rückertus *γε* vulgatum reposuit annotans: Non haec est sententia: *Et pecunia eum capi non posse intelligebam, et quo solo* cet., immo potius haec: *quomodo eum mihi conciliarem, non videbam. Probe enim sciebam, pecunia quidem eum nullo modo capi posse; quoque solo eum captum iri putaveram, id effugerat.* — Vereor equidem, ut praecedente *χρήμασί γε* non *ᾧ τε ᾤμην* ponendum fuerit, sed *ᾧ δέ*, cuius scripturae nullum in codicibus vestigium comparet.

ἄτρωτος ἦν πανταχῇ ἢ σιδήρῳ ὁ Αἴας. Aiacem Telamonis filium invulnerabilem fuisse, compluribus locis narratur. Vide Nitsch. mythol. Wörterb. Ortam puto inde fabulam, quod in Iliade Aiax non vulneratur pugnans licet fortissime cum fortissimis. Rückert. Ad rectiorem verborum interpretationem *παντaχῇ* verbum sponte ducere videtur, quo verbo de scuto immenso monemur, quod gerens Aiax ab omni telo tutus erat.

διαπέφευγέ με. Haec paucorum librorum lectio est,

ἄλλου περιῇα. ταῦτά τε γάρ μοι ἅπαντα προὐγεγόνει, καὶ μετὰ ταῦτα στρατεία ἡμῖν εἰς Ποτίδαιαν ἐγένετο ποινὴ καὶ συνεσιτοῦμεν ἐκεῖ.

Πρῶτον μὲν οὖν τοῖς πόνοις οὐ μόνον ἐμοῦ περιῆν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. ὁπότε γοῦν ἀναγκασθείημεν ἀπολειφθέντες που, οἷα δὴ ἐπὶ στρατείας, 220

quam editores immerito reiecisse videntur. Plurimi *διεπεφεύγει με* exhibent, quod Stallbaumius, unus *διαπεφεύγει με*, quod Bekkerus in textum recepit. Nolo, quod dedi, tanquam certum atque extra omnem dubitationem positum lectoribus commendare, dedi tamen, quod Alcibiadis animo apprime convenire videbatur. Ille enim rem actam neque quicquam spei sibi relictum esse docens haec ait: Experientia doctus sum, eum pecunia multo minus commoveri posse, quam Aiacem, scuto immenso tectum ferro vulnerari, et qua re sola eum capi putabam, eam eludens elapsus est.

ταῦτά τε γάρ μοι. Nemo interpretum de *γάρ* particula quicquam annotavit, quae quo iure h. l. posita sit, non statim intelligitur. Schleiermacherus in conversione eam prorsus non reddidit: Dies nun war alles früher geschehen est. Dubitari autem nequit, quin verbis, ad quae relationem habet, praemissa sit, de quo usu loquendi vide Indices s. v. *γάρ*. Consuetior verborum ordo foret, opinor: *Καὶ μετὰ ταῦτα — ταῦτά τε γάρ μοι ἅπαντα προὐγεγόνει — στρατεία ἡμῖν εἰς Ποτίδαιαν ἐγένετο κ. τ. λ.* Potidaeam urbem quod attinet atque bellum, quem contra incolas eius gesserunt Atheniensis, audi Rückertum annotantem ad hunc locum: Potidaea Corinthiorum colonia in Pallene paeninsula ad sinum Thermaeum postquam Atheniensium dominationem pertulit cum ceteris illius orae civitatibus aliquamdiu, defecit Ol. 86. 2. a. Chr. 435. belloque pressa per quinquennium iterum in ditionem venit Ol. 87. 3. a. Chr. 430. In horum igitur aliquem annum incidunt, quae hic ab Alcibiade narrantur.

ὁπότε γοῦν ἀναγκασθείημεν. Rursum locum habes, in quo edendo novorum codicum auxilium maxime desideratur. Quam edidi, Stallbaumianae editionis lectio est, quae meliorum codicum auctoritate nititur. Sed cum vulgo legatur *ὁπόταν γοῦν ἀναγκασθείημεν*, quis audeat, praesertim cum exempla reperiantur apud bonos scriptores *ὁπόταν* cum optativo coniuncti, vide Matth. Gramm. ampl. §. 521. Anm. I. p. 1007., quis audeat, inquam, utra lectio verior sit, cum aliqua certe veritatis specie diiudicare? *Γοῦν* in codicibus melioribus, quorum auctoritate nititur *ὁπότε* lectio, omittitur. Quod, quoniam vix abesse potest, si receperis, eo ipso *ὁπότε* lectionis auctoritatem infringes. Optime autem *γοῦν*

ἀσιτεῖν, οὐδὲν ἦσαν οἱ ἄλλοι πρὸς τὸ καρτερεῖν. ἔν τ' αὖ ταῖς εὐωχίαις μόνος ἀπολαύειν οἷός τ' ἦν, τά τ' ἄλλα, καὶ πίνειν οὐκ ἐθέλων, ὁπότ' ἀναγκασθείη, πάντας ἐκράτει, καὶ, ὃ πάντων θαυμαστότατον, Σωκράτη μεθύοντα οὐδεὶς πώποτ' ἑώρακεν ἀνθρώπων. τούτου μὲν οὖν μοι δοκεῖ καὶ αὐτίκα ὁ ἔλεγχος ἔσεσθαι. πρὸς δὲ αὖ τὰς τοῦ χειμῶνος καρτερήσεις — ●εινοὶ γὰρ αὐ-

Stallbaumius explicat: Confirmat *γοῦν*, inquit, ut Latinorum certe quidem, antecedentia cum aliqua restrictione, hoc est ita, ut indicet, hoc certe, quod nunc commemoretur, veritatem eorum, quae antea dicta sint, satis testari; sed alia etiam posse afferri, quae tamen nunc reticenda esse videantur.

ἀπολειφθέντες που. Astius *ἀπολῃφθέντες* scribendum coniecit, quod hodie ab editoribus omnibus in ordinem verborum receptum est. Sed codices miro consensu *ἀπολειφθέντες* exhibent, quod, quoniam explicari posse arbitramur, in textu retinuimus. Rectum quid esset, Heusdius vidit, qui scribendum coniecit *ἀπολειφθέντες ὄίτου*; sed mutatione nulla opus est; e sequente enim *ἀσιτεῖν* infinitivo *ὄίτου* genitivus facillime ad *ἀπολειφθέντες* suppletur. Ficinus habet: et si quo in loco, ut accideresolet in bello, commeatus deficeret.

ἔν τ' αὖ ταῖς εὐωχίαις. Ad haec quoque verba recte referuntur, quae praecedunt: *οἷα δὴ ἐπὶ στρατείας*, h. e. pro varia fortuna belli. Militum enim ea fortuna, ut nunc omnium rerum feliciasima copia abundent, nunc ne habeant quidem, quae ad sustentandam vitam necessaria sunt. Huius rei fortunam nemo Socrate melius perferre potuit.

πάντας ἐκράτει. Rarior structura est *κρατεῖν* verbi cum quarto casu ea de caussa, quod Graeci hoc verbum saepius praegnanti, quem vocant, quam proprio significatu adhibere solebant. *Κρατεῖν τινός* enim idem fere est atque *κρατοῦντα εἶναί τινος*, victorem esse alicuius, de quo significatu vide annotat. p. 87. *Κρατεῖν τινά* contra proprio significatu adhibitum prorsus dicitur ut Latinorum vincere aliquem.

οὐδεὶς πώποτε ἑώρακεν. Codicum auctoritate motus, in quorum numero Bodleianus est, Bekkerus *ἑωράκει* in textum recepit, quae lectio item Rückerto probatur. Non placet. Non enim haec est mens Alcibiadis, Socratem tum temporis a nemine visum esse vino gravatum, sed nunquam gravari vino dicitur in universum, eiusque rei luculentissimum indicium mox convivas habituros esse Alcibiades promittit.

δεινοὶ γὰρ αὐτόθι χειμῶνες. *Χειμῶνες* articulo suo privatum latiore significatu accipiendum est, ut verba conver-

τόθι χειμῶνες — θαυμάσια εἰργάζετο τά τε ἄλλα, καὶ B ποτε ὄντος πάγου οἵου δεινοτάτου, καὶ πάντων ἢ οὐκ ἐξιόντων ἔνδοθεν, ἢ, εἴ τις ἐξίοι, ἠμφιεσμένων τε θαυμαστὰ δὴ ὅσα καὶ ὑποδεδεμένων καὶ ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας, οὗτος δ' ἐν τούτοις ἐξῄει ἔχων ἱμάτιον μὲν τοιοῦτον, οἷόν περ καὶ πρότερον εἰώθει φορεῖν, ἀνυπόδητος δὲ διὰ τοῦ κρυ-

tenda sint: denn Winter in dortiger Gegend sind fürchterlich.

τά τε ἄλλα, καὶ ποτε. Haec dicendi brevitas etiam paullo supra in verbis conspicitur τά τε ἄλλα, καὶ πίνειν οὐκ ἐθέλων, quae explicatius audire Stallbaumius docet annotat. ad h. l. τά τε ἄλλα, καὶ δὴ καὶ τοῦτο, ὅτι πίνειν — πάντας ἐκράτει. Alias breviloquentiae exemplum in sequentibus verbis continetur καὶ ποτε ὄντος πάγου οἵου δεινοτάτου, ubi explicatius verba enarrata sonant: καὶ ποτε ὄντος πάγου τοιούτου, οἷός ἐστι δεινότατος, de quo loquendi genere vide Matth. Gramm. ampl. §. 473. Ann. 2. p. 885. Ceterum vulgo legitur ὄντος τοῦ πάγου. Bodleiani cod. aliorumque paucorum auctoritatem secuti Bekkerus, Stallbaumius alii articulum e textu reiecerunt. Utramque lectionem commode explicari posse, nemo dubitabit, atque sententiam si spectas, perinde fere esse censemus, utrum addatur an omittatur articulus. In huiusmodi locis codicum auctoritas cum maxime valere debet. Igitur et nos articulum omisimus, quem Rückertus in textu reposuerat.

ἢ οὐκ ἐξιόντων ἔνδοθεν sc. e tabernaculis, quorum notio facillime mente suppletur. Ἔνδοθεν Schleiermacherus convertit hinaus. Recte quidem e nostra loquendi consuetudine; aliam Graecorum fuisse, ἔνδοθεν vocabuli notio docet. Etenim Graeci quicquid scripserunt dixeruntve, eius quasi imaginem quandam ante oculos habuerunt prius, quam scriberent loquerenturve. Dicturus igitur Alcibiades: neminem militum e tabernaculis exiisse, rem ita proponit, ut imaginem ante oculos habuisse conlicias militum e tabernaculis exeuntium. Hinc ἔνδοθεν vocabulum explicabis. Convenit cum nostro loquendi usu, quod legitur p. 174. E. οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς παῖδά τινα ἔνδοθεν ἀπαντήσαντα ἄγειν κ. τ. λ. Innumerabiles autem loci apud scriptores Graecos reperiuntur, quibus illa ingenii indoles probatur. Cfr. praeterea annotat. ad verba ἔφη γάρ οἱ Σωκράτη. p. 16.

εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας. Schol. ad h. l. πῖλος ἱμάτιον ἐξ ἐρίου πιλήσεως γινόμενον, εἰς ὑετῶν καὶ χειμώνων ἄμυναν. ἀρνακίδες δὲ ἀρνῶν κώδια. Suidas, ἀρνακὶς, inquit, τὸ τοῦ ἀρνὸς κώδιον, τὸ μετὰ τῶν ἐρίων δέρμα.

στάλλον ὄζον ἐπορεύετο ἢ οἱ ἄλλοι ὑποδεδεμένοι. οἱ δὲ στρατιῶται ὑπέβλεπον αὐτὸν ὡς καταφρονοῦντα σφῶν. καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.

Cap. XXXVI.

Οἷον δ' αὖ τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνήρ

Nostrum locum frustra, ut videtur, Valckenarius ad Herod. III. p. 199. 95. Musonium imitatum esse censuit apud Stob. I. p. 17. 51., cuius verba laudare iuvat tamen: οὐδαμῶς καλὸν οὔτε ἐσθήσεσι πολλαῖς κατασκέπειν τὸ σῶμα οὔτε ταινίαις κατειλεῖν οὔτε χεῖράς τε καὶ πόδας περιδέσει πίλων ἢ ὑφασμάτων τινῶν μαλακύνειν. Quod sequitur, οὗτος δ' Latinorum respondet: hic, inquam, quo verbo pronomini addito, ut δέ particula, vis augetur pronominis et filum orationis verbis interpositis compluribus dissectum redintegratur.

ὑπέβλεπον αὐτὸν ὡς καταφρονοῦντα σφῶν. Limis oculis eum intuebantur, quum eos suae ipsorum mollitiei puderet, adeoque Socratis patientiam et fortitudinem moleste ferrent, quippe quem ipsos despicere opinarentur. Ceterum Socratem algoris et caloris fuisse patientissimum testatur etiam Xenophon Memorab. I. 2. 1. et I. 6. 2. al. Stallb. Conferri Rückertus iubet annotatione ad h. l. Plat. Criton. p. 53. B. καὶ ὅσοιπερ κἀδονται τῶν αὐτῶν πόλεων, ὑποβλέψονταί σε διαφθορέα ἡγούμενοι τῶν νέων.

οἷον δ' αὖ τόδ' ἔρεξε κ. τ. λ. Versus Homericus est, cuius initium Alcibiades immutavit, ut versus cum cetera oratione melius consociaretur. Legitur autem in Odyss. IV. v. 242.

ἀλλ' οἷον τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνὴρ
δήμῳ ἐνὶ Τρώων, ὅθι πάσχετε πήματ' Ἀχαιοί.

ἐκεῖ — ἐπὶ στρατείας. Solent Graeci, quando cum gravitate aliquam actionem descripturi sunt, huic praemittere vocabulum, quod actionis rationem in universum indicaret, post actionem ipsam accuratius definitam exhibere. Sic legitur p. 177. E. πάντας μὴ διὰ μέθης ποιήσασθαι τὴν ἐν τῷ παρόντι συνουσίαν, ἀλλ' οὕτω, πίνοντας πρὸς ἡδονήν, ad quae verba vide annotat. p. 43. Idem valet de locis, quorum mentionem graviorem ita faciunt scriptores, ut praemisso verbo, quod in universum locum aliquem significat, accuratiorem loci descriptionem exhibeant. Sic igitur hoc loco ἐκεῖ — ἐπὶ στρατείας legitur, quo docearis, ad Potidaeam gestum esse, quod nunc Alcibiades narraturus sit.

ξυννοήσας — εἱστήκει ζητῶν. Socrates aliquid cum animo suo reputans a primo mane narratur meditabundus constitisse, atque re non feliciter procedente, quasi defatigationem

ἐκεῖ ποτὲ ἐπὶ στρατείας, ἄξιον ἀκοῦσαι· ξυννοήσας γὰρ αὐτόθι ἕωθέν τι εἱστήκει σκοπῶν, καὶ ἐπειδὴ οὐ προὐχώρει αὐτῷ, οὐκ ἀνίει, ἀλλὰ εἱστήκει ζητῶν. καὶ ἤδη ἦν μεσημβρία, καὶ ἄνθρωποι ᾐσθάνοντο, καὶ θαυμάζοντες ἄλλος ἄλλῳ ἔλεγεν, ὅτι Σωκράτης ἐξ ἑωθινοῦ φροντίζων τι ἕστηκε. τελευτῶντες

corporis sentiret nullam, in stataria meditatione perstitisse. Huius consuetudinis mentionem facit etiam Apollodorus, qui cum Agatho servos iussisset Socratem vocare p. 175. B. ἐᾶτε αὐτόν, inquit, ἔθος γάρ τι τοῦτ' ἔχει. ἐνίοτε ἀποστὰς ὅποι ἂν τύχῃ ἕστηκεν. Quae addit verba ἥξει δὲ αὐτίκα, ὡς ἐγῷμαι, non ita accipienda sunt, quasi Apollodorus revera opinatus esset, Socratem mox venturum esse. Qui enim fieri potuisset, ut compertum habuisset Apollodorus, quo tempore Socrates meditationum finem reperturus sit? Neque nesciebat, quippe doctus experientia, Socratem, si constitisset semel meditabundus, interdum multum temporis meditando consumere. Nihil igitur aliud voluit ἥξει δὲ αὐτίκα, ὡς ἐγῷμαι verbis efficere, quam Socraticae meditationi consulere, ne forte servorum acclamatione turbaretur.

καὶ ἤδη — ᾐσθάνοντο. Non verterim cum Stallbaumio: und schon war es Mittag, als man es erst merkte; corrumpitur enim, ut ego existimo, vera sententia addita voce erst, quae in Graecis non reperitur; immo und schon war es Mittag, und die Leute fingen an zu merken (malim: und den Leuten fiel es auf); non enim quantum temporis ante praeterierit, quam sentirent homines, Alcibiades significat, sed quam diu steterit, et quid acciderit, quod partim loco movere Socratem debuerit, partim rei augeat miraculum. Idem verba significant, ac si narret Alcibiades: Iam meridies erat; attamen perseverabat; iam sentiebant homines; at non discessit. — Hanc Rückerti annotationem, cum idem indicare intellexissem, atque quod ipse semper de huius loci explicatione statuendum censerem, viri doctissimi assensu gavisus, integram recepi.

Σωκράτης ἐξ ἑωθινοῦ φροντίζων τι ἕστηκε. Haec tanquam ipsa verba laudari censemus hominum Socratis ἀτοπίαν mirantium. Hoc colligere possis e structura verborum, quam si forte ad firmandam sententiam nostram facere negas, ei certe non repugnare concedes. Hoc satis nunc nobis. Subest enim gravius aliquod argumentum, quo ipsa hominum illorum verba laudari probemus, φροντίζων participium. De quo quoniam paullo fusius dicendum est, longiorem autem explicationem plagellae huius angustiae non capiunt, in Comment. de Plat. Symposio disseremus.

τελευτῶντες δέ τινες τῶν Ἰώνων. Consentaneum est, non Athenienses, quibus mos

δέ τινες τῶν Ἰώνων, ἐπειδὴ ἑσπέρα ἦν, δειπνήσαντες, D καὶ γὰρ θέρος τότε γε ἦν, χαμεύνια ἐξενεγκάμενοι ἅμα μὲν ἐν τῷ ψύχει καθηῦδον, ἅμα δὲ ἐφύλαττον αὐτὸν, εἰ καὶ τὴν νύκτα ἑστήξοι. ὁ δὲ εἱστήκει μέχρι ἕως ἐγένετο καὶ ἥλιος ἀνέσχεν· ἔπειτα ᾤχετ' ἀπιὼν

ille Socraticus notissimus erat, nunc observatum ivisse e tabernaculis atque sub dio lectulos stravisse; sed Ionum, qui una cum Atheniensibus Potidaeam obsidebant, aliqui narrantur, cum ex Atticis militibus de more illo audissent, ut oculis viderent, quod fando audissent, sub dio pernoctasse.

καὶ γὰρ θέρος τότε γε ἦν. Annotatione p. 31. indicavimus, solere haud raro scriptores Graecos partem orationis eam, quae caussam alicuius rei continet, parti orationis rem ipsam describente praefigere. Exemplum est huius loquendi usus p. 175. C. *τὸν οὖν Ἀγάθωνα, τυγχάνειν γὰρ ἔσχατον κατακείμενον, μόνον· Δεῦρ', ἔφη φάναι, Σώκρατες κ. τ. λ.* Sed hunc locum cum nostri loci conformatione non recte conferri, vel obiter instituta comparatio docebit. Quaeritur, quo pacto *καὶ γὰρ θέρος τότε γε ἦν* explicandum sit. Tacent interpretes, quo silentio non nihil animus commovetur meus. Num verba tam plana sunt, ut explicatione non indigeant? Schleiermacherus in conversione exhibet: Endlich als es Abend war und man gespeiset hatte, trugen einige Ionier, denn damals war es Sommer, ihre Schlafdecken hinaus, theils um im Kühlen zu schlafen cet., qua conversione mitigatam habes mutato verborum ordine difficultatem loci, non item explicatam. Schulthessius vertendo: es war eben Sommer, explicandi genus admisit, quod sane levissimum est. Difficultatem enim *γάρ* particulae ita, ut *γάρ* reddere omittas, non expediveris. Scriptum autem exspectabamus: *δειπνήσαντες καὶ, θέρος γὰρ τότε γε ἦν, χαμεύνια ἐξενεγκάμενοι.* Sed cave non rectum censeas verborum ordinem, quem libri exhibent. Participia *δειπνήσαντες, ἐξενεγκάμενοι*, de more *ἀόυνδετῶς* posita sunt, in verbis autem *καὶ γὰρ θέρος τότε γε ἦν*, caussae iudicium prae ceteris verbis scriptor eminere voluit, idque ideo in principe loco enuntiati posuit, h. e. in initio. Cuius loci quoniam suapte vi non potest caussalis particula sustinere gravitatem, *καί* explicativum praepositum est, quo illa eodem modo sustentatur atque Latinorum enim, addito et (etenim) fortius fit, atque principi enuntiati loco idoneum. Vide de *καί* expletivo annotat p. 6. cfr. praeterea p. 219. B. *ἀμφιέσας τὸ ἱμάτιον τὸ ἑμαυτοῦ τοῦτο — καὶ γὰρ ἦν χειμών — κ. τ. λ.* Contra ubi verbum aliquod in enuntiatione parenthetica continetur, quod significatus gravitate ceteris verbis antecedit, id principe loco poni solet. Sic legitur p. 220. A. — *δεινοὶ γὰρ αὐτόθι χειμῶνες —.*

προσευξάμενος τῷ ἡλίῳ. εἰ δὲ βούλεσθε ἐν ταῖς μάχαις· τοῦτο γὰρ δὴ δίκαιόν γε αὐτῷ ἀποδοῦναι. ὅτε γὰρ ἡ μάχη ἦν, ἐξ ἧς ἐμοὶ καὶ τἀριστεῖα ἔδοσαν οἱ στρατηγοὶ, οὐδεὶς ἄλλος ἐμὲ ἔσωσεν ἀνθρώπων ἢ οὗτος, τετρωμένον οὐκ ἐθέλων ἀπολιπεῖν, ἀλλὰ συνδιέσωσε E

εἰ δὲ βούλεσθε ἐν ταῖς μάχαις. Bene Stallbaumius orationem hoc modo explendam censet: *εἰ δὲ βούλεσθε ἀκοῦσαι, οἷος ἐν ταῖς μάχαις ἦν, ἐρῶ καὶ τοῦθ' ὑμῖν.* Nollem tamen per aposiopesin verba explicanda esse dixisset. Certum esse reor, *εἰ* particulam aposiopesin nunquam admittere; conditionalis enim enuntiatio ex ordine temperationum dictionum est, quae cum aposiopeseos vehementia non conveniunt. Possis etiam verba ad praecedentia referre p. 220. C. *καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα· οἷον δ' αὖ τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνὴρ ἐκεῖ ποτὲ ἐπὶ στρατείας, ἄξιον ἀκοῦσαι.* Quae verba cum Alcibiades hoc modo edixisse sibi videretur: *εἰ βούλεσθε ἀκούειν, οἷον δ' αὖ τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνὴρ*, nunc ita perrexit: *εἰ δὲ βούλεσθε* (sc. *ἀκούειν, οἷον δ' αὖ τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνὴρ ἐκεῖ ποτὲ*) *ἐν ταῖς μάχαις*, (sc. *ἐρῶ καὶ τοῦθ' ὑμῖν.*)

ὅτε γὰρ ἡ μάχη ἦν. Illa pugna. Ponit enim rem pro certa omnibusque nota. Narrat, quorum hic meminit Alcibiades, Plutarch. Alcib. p 194. E. F., sed ita, ut aut omnem materiem ex hoc loco hauriat, aut studiose eum in narrando respiciat. Rückert.

ἐξ ἧς ἐμοὶ καὶ τἀριστεῖα. Ἐκ praepositio hoc loco temporali potestate posita est, quod moneo contra Rückertum, qui annotat ad h. l.: Secundum quam. Caussam enim pugna praebuit, cur darentur Alcibiadi virtutis praemia. — Sed bene monitos lectores velim, ne ἐκ quovis loco temporali potestate poni posse opinentur. Ponitur tum tantummodo, quum temporis indicio simul adhaeret notio quaedam, quae ἐκ praepositioni propria est. Minus accurate Schleiermacherus: bei welchem (Gefecht) mir die Heerführer den Preis zuerkannten; non rectius Schulthessius: denn in der Schlacht, wo mir cet. — Restat ut de *καί* vocula dicamus, quam a nemine interprete explicatam video. Supplemento aliquo opus est, quo advocato, quid *καί* significet, statim intelligetur: *ὅτε γὰρ ἡ μάχη ἦν, ἡ αὐτὴ, ἐξ ἧς ἐμοὶ καὶ τἀριστεῖα ἔδοσαν*: denn als jene Schlacht war, dieselbe, als die, nach welcher die Heerführer mir den Preis zuerkannten.

τετρωμένον οὐκ ἐθέλων. Vulgo haec verba inverso ordine exhibentur; codices plurimi atque optimi *τετρωμένον οὐκ ἐθέλων*. Vehementer errant, qui uter verborum ordo rectior sit, e sententiae ratione dignosci posse arbitrantur. Nam uterque, quo se commendet lectori, habet. Sola igitur meliorum codicum au-

καὶ τὰ ὅπλα καὶ αὐτὸν ἐμέ. καὶ ἐγὼ μὲν, ὦ Σώκρατες, καὶ τότε ἐκέλευον σοὶ διδόναι τἀριστεῖα τοὺς στρατηγοὺς, καὶ τοῦτό γέ μοι οὔτε μέμψει οὔτε ἐρεῖς ὅτι ψεύδομαι· ἀλλὰ γὰρ τῶν στρατηγῶν πρὸς τὸ ἐμὸν ἀξίωμα ἀποβλεπόντων καὶ βουλομένων ἐμοὶ διδόναι

ctoritas respicienda est, quorum lectionem Bekkerus, Stallbaumius alii in textum receperunt.

ἀλλὰ συνδιέσωσε καὶ τὰ ὅπλα καὶ αὐτὸν ἐμέ. Priori loco *τὰ ὅπλα* commemorantur ea de caussa, quam expositam habes annotat. p. 63. De verbis cum *διά* praepositione coniunctis annotat. adi p. 7. Verba converterim: und er brachte Waffen und Menschen, beides, rettend hindurch. Ceterum inest aliquid his verbis, quod si abesset, omnes uno ore Graecismum laudarent atque locis ex Homero inprimis petitis confirmarent. Nullum in codicibus vestigium depravationis, nihil igitur mutandum, praesertim cum negari nequeat, non minus Graece dici, quod nunc legitur, quam quod mihi in mentem venit *ἀλλὰ συνδιέσωσε καὶ τὰ ὅπλα καὶ αὐτόν.*

καὶ τότε. Annotat Stallbaumius ad h. l. Ne quis, inquit, in his haereat, *καί* ad universam sententiam, non ad solum *τότε* referendum est, ut respondeat proximo *καί* in verbis *καὶ τοῦτό γέ μοι οὔτε μέμψει.* — Veritatem huius sententiae Rückertus agnoscit; nobis aliter de explicandis *καὶ τότε* verbis statuendum videtur. Mens Alcibiadis haec est: Non solum praesenti tempore se ita iudicare, ut Socratem dignissimum censeat praemiorum illorum, sed etiam tum temporis ita se censuisse atque iussisse quidem, ut duces Socratem praemiis illis dignentur. Quae sequuntur verba *μέμψει* atque *οὐκ ἐρεῖς ὅτι ψεύδομαι* nostram explicationem confirmant. *Μέμψει* enim ad praesens Alcibiadis iudicium referendum est, quo Socrate negatur praemiorum illorum aliquis dignior esse; verba autem *οὐκ ἐρεῖς ὅτι ψεύδομαι* recte ad verba retuleris *ἐκέλευον σοὶ διδόναι τἀριστεῖα τοὺς στρατηγούς.*

πρὸς τὸ ἐμὸν ἀξίωμα. cfr. Plat. Alcib. I. p. 104. B. *ἔπειτα* (sc. *φῂς εἶναι*) *νεανικωτάτου γένους ἐν τῇ σεαυτοῦ πόλει οὔσῃ μεγίστῃ τῶν Ἑλληνίδων· καὶ ἐνταῦθα πρὸς πατρός τέ σοι φίλους καὶ ξυγγενεῖς πλείστους εἶναι καὶ ἀρίστους, οἳ, εἴ τι δέοι, ὑπηρετοῖεν ἄν σοι. τούτων δὲ τοὺς πρὸς μητρὸς οὐδὲν χείρους οὐδ' ἐλάττους· ξυμπάντων δὲ, ὧν εἶπον μείζω οἴει σοι δύναμιν ὑπάρχειν Περικλέα τὸν Ξανθίππου, ὃν ὁ πατὴρ ἐπίτροπον κατέλιπέ σοι —, ὃς οὐ μόνον ἐν τῇδε τῇ πόλει δύναται πράττειν ὅ τι ἂν βούληται, ἀλλ' ἐν πάσῃ τῇ Ἑλλάδι, καὶ τῶν βαρβάρων ἐν πολλοῖς καὶ μεγάλοις γένεσιν.* Matre usus est Alcibiades Dinomache, Megaclis filia celeberrima, patre Clinia, cuius virtus in pugna ad Artemisium pugnata

τἀριστεῖα, αὐτὸς προθυμότερος ἐγένου τῶν στρατηγῶν ἐμὲ λαβεῖν ἢ σαυτόν. ἔτι τοίνυν, ὦ ἄνδρες, ἄξιον ἦν θεάσασθαι Σωκράτη, ὅτε ἀπὸ Δηλίου φυγῇ ἀνε- 221
χώρει τὸ στρατόπεδον. ἔτυχον γὰρ παραγενόμενος ἵππον ἔχων, οὗτος δὲ ὅπλα. ἀνεχώρει οὖν ἐσκεδασμένων

inclarnit. Non sine caussa igitur Socrates in Plat. Alcibiad. I. init. Alcibiadem alloquens dicit: Ὦ παῖ Κλεινίου. Vide, quae de dicendi formulis πατρόθεν et παῖς τινός docet Wachsmuthius in libro: Hellen. Alterthumsk. I. I. p. 320. Beil. 10.

ἐμὲ λαβεῖν ἢ σαυτόν. Nihil certius est, quam Platonem ἢ αὐτός scripsisse vel οὐχ αὐτός, nisi oppositionis rationem habiturus fuisset, quae quantopere augeatur σαυτόν scriptura nemo est, quin videat. Alio loco de hac structura oppositionis augendae caussa admissa locuti sumus. Vide Indices s. v. Accus. pron.

ὅτε ἀπὸ Δηλίου φυγῇ ἀνεχώρει. Ἀναχωρεῖν proprie est: in locum altiorem se conferre, inprimisque de piscatoribus obvaluit, qui undis orn superantibus celerrima fuga altiora loca petierunt. Hinc ad rem militarem translatum verbum fugam militum describit, qui e peregrina terra, tanquam undas mare, hostes evomente quasi in altiorem atque tutiorem locum, in patriam terram fugientes se conferunt. Deinde, quoniam, qui naves relinquunt atque mare, cum patriam terram petituri sunt, altiores regiones petunt, factum est, ut redeundi verba plerumque cum ἀνά praepositione coniungerentur. — Schol. s. v. Δήλιον· χωρίον τῆς Βοιωτίας. Athenienses ad Delium urbem a Thebanis proelio victos Thucyd. narrat IV. 76 seqq. Proelium scimus fuisse Ol. LXXXIX., 1. Idem proelium a Lachete commemoratur in Plat. Lach. p. 181. B. καὶ μήν, ὦ Ἀυσίμαχε, μὴ ἀφίεσύ γε τἀνδρός· ὡς ἐγὼ ἄλλοθί γε αὐτὸν ἐθεασάμην οὐ μόνον τὸν πατέρα ἀλλὰ καὶ τὴν πατρίδα ὀρθοῦντα. ἐν γὰρ τῇ ἀπὸ Δηλίου φυγῇ μετ' ἐμοῦ συνανεχώρει, κἀγώ σοι λέγω, ὅτι, εἰ οἱ ἄλλοι ἤθελον τοιοῦτοι εἶναι, ὀρθὴ ἂν ἦμῶν ἡ πόλις ἦν καὶ οὐκ ἂν ἔπεσε τότε τὸ τοιοῦτον πτῶμα. De re ipsa Engelhardtus ad h. l. ed. p. 14: Cum Boeotorum, inquit, nonnulli imperium Lacedaemoniorum aegre ferentes ope Atheniensium democratiam in Boeotiae civitatibus instituere cuperent, inter eos atque Atheniensium duces Demosthenem et Hippocratem convenit, ut ipsi Atheniensibus urbes Siphas ad sinum Crisaeum, et Chaeroneam prope Orchomenum Minyeum traderent, Athenienses autem eodem die Delium Apollinis sacrum in finibus Boeotiae et Atticae versus Euboeam situm vi occuparent. Sed et Demostheni ad Siphas occupandas profecto res Boeotis iam prodita infeliciter cessit, et Hippocrates, qui serius, quam convenerat, Delium pervenit, postquam vallo praemunire atque praesidio instruere contigit, Boeo-

ἤδη τῶν ἀνθρώπων οὗτός τε ἅμα καὶ Λάχης· καὶ ἐγὼ περιτυγχάνω, καὶ ἰδὼν εὐθὺς παρακελεύομαί τε αὐτοῖν θαῤῥεῖν καὶ ἔλεγον, ὅτι οὐκ ἀπολείψω αὐτώ. ἐνταῦθα δὴ καὶ κάλλιον ἐθεασάμην Σωκράτη ἢ ἐν Ποτιδαίᾳ· αὐτὸς γὰρ ἧττον ἐν φόβῳ ἦ διὰ τὸ ἐφ' ἵππου εἶναι· πρῶτον μὲν ὅσον περιῆν Λάχητος τῷ
B ἔμφρων εἶναι· ἔπειτα ἔμοιγε ἐδόκει, ὦ Ἀριστόφανες — τὸ σὸν δὴ τοῦτο — καὶ ἐκεῖ διαπορεύεσθαι ὥςπερ καὶ

tis fere omnibus interea ad Delium collectis, turpi clade in fugam conversus est. Quos autem Delii relinquerat Athenienses, castello die post proelium XVII. vi expugnato, partim interfecti, partim capti sunt exceptis iis, qui ad naves pervenerunt.

καὶ ἐγὼ περιτυγχάνω. Nota praesens historicum, quo incredibiliter orationis vigor augetur. Exempla huius dicendi usus Matthiaeus collegit Gramm. ampl. §. 504. 1. p. 955. Eo tempore Alcibiades etiam p. 217. C. utitur: προκαλοῦμαι δὴ αὐτὸν πρὸς τὸ συνδειπνεῖν, ἀτεχνῶς ὥςπερ ἐραστὴς παιδικοῖς ἐπιβουλεύων. Hoc tempore utuntur, qui narrant aliquid, non ut rem de industria tanquam praesentem auditoribus exponant, sed narratoribus rei memoria abreptis res tanquam praesens obversatur, tanquam praesentem igitur exponunt. Sed inter loquendum saepe ad se rursum redeunt et ad auditores, atque temporis rationem agnoscunt, quo facto ad praeterita tempora verborum subito recurrunt, ut hoc fit loco nostro: καὶ ἰδὼν εὐθὺς παρακελεύομαί τε αὐτοῖν θαῤῥεῖν καὶ ἔλεγον.

ἔπειτα ἔμοιγε ἐδόκει — τὸ σὸν δὴ τοῦτο —. Verba τὸ σὸν δὴ τοῦτο lineolis adhibitis a praecedentium et ab insequentium verborum iunctura seclusimus, ne quis forte haec verba ex ἐδόκει apta censeat. Ad ἐδόκει enim ὁ Σωκράτης supplendum est; τὸ σὸν δὴ τοῦτο autem absolute positum est prorsus ut τὸ λεγόμενον et aliae huiusmodi figurae dicendi. Versus, ad quem respicit Alcibiades in Nubibus Aristophanicis continetur 361.

ὅτι βρενθύει τ' ἐν ταῖσιν ὀδοῖς καὶ τὠφθαλμὼ παραβάλλεις,

ad quae verba Schol. annotat: βρενθύει· ἀποσεμνύεις σεαυτὸν ἐν τῷ σχήματι καὶ ταυρηδὸν ὁρᾷς. κομπάζεις καὶ ὑπεροπτικῶς βαδίζεις. Idem ad Aristoph. Pac. v. 25.

τοῦτο δ' ὑπὸ φρονήματος βρενθύεταί τε καὶ φαγεῖν οὐκ ἀξιοῖ

annotat: τὸ βρενθύεται ἀντὶ τοῦ μέγα φρονεῖ. οἱ μὲν ἀπὸ βρένθους τοῦ φυτοῦ, οἱ δὲ, (iique falsissimi quidem, ut patere opinor ex annotat. p. 4. et 5.) μύρου εἶδος, ᾧ χρίονται αἱ γυναῖκες καὶ ἐπ' αὐτῷ μέγα φρονοῦσιν. Timaeus L. V. Pl. βρενθυόμενος· γαυρούμενος καὶ ὀγκυλόμενος μετὰ βάρους. Recte igitur Stallbaumius βρεν-

ἐνθάδε, βρενθυόμενος καὶ τῷφθαλμῷ παραβάλλων, ἡρέμα παρασκοπῶν καὶ τοὺς φίλους καὶ τοὺς πολεμίους, δῆλος ὢν παντὶ καὶ πάνυ πόρρωθεν, ὅτι, εἴ τις ἅψεται τούτου τοῦ ἀνδρὸς, μάλα ἐρρωμένως ἀμυνεῖται. διὸ καὶ ἀσφαλῶς ἅπεισι καὶ οὗτος καὶ ὁ ἕτερος. σχεδὸν γάρ τι τῶν οὕτω διακειμένων ἐν τῷ πολέμῳ οὐδὲ ἅπτονται, ἀλλὰ τοὺς προτροπάδην φεύγοντας διώκουσι. C πολλὰ μὲν οὖν ἄν τις καὶ ἄλλα ἔχοι Σωκράτη ἐπαι-

σθέσθαι est, inquit, superbire magnoque cum fastu incedere. Minus recte, ut videtur, τῷφθαλμῷ παραβάλλων esse ait torvo vultu oculos huc et illuc coniiciens. Recte Schol. ταυρηδὸν ὁρᾷς. Bobus torvum vultum esse nemo concedet, qui huius animalis oculos accuratius inspexerit. Ταυρηδὸν autem Schol. dixit, ut esset, quocum tranquillitas vultus compararetur τοῦ βρένθου. Exprimitur autem illa tranquillitas cum incessu superbo, tum oculis in obliquum conversis, quales in ciconiis persaepe animadvertimus. Sententiae nostrae verba favent ἡρέμα παρασκοπῶν, quibus manifesta continetur proxime praecedentium explicatio. Miror autem, etiam Stallbaumium probasse coniecturam Bekkeri, περισκοπῶν scribentis, quae, si quid video, e Ficini conversione hausta est: *deinde mihi visus est, o Aristophanes, quod et ipse ais, ibi non aliter quam hic incedere superbus, et oculis quiete omnia circumlustrans, cauteque examinans singula.* Qui circumspicit, non providentiam solum prodit, quae ipsa apud prosos scriptores circumspectio audit, sed etiam timiditatem quandam animi quippe undecunque de periculo vitae metuens. Ceterum καὶ dupliciter posito in comparatione: καὶ ἐκεῖ διαπορεύεσθαι ὥσπερ καὶ ἐνθάδε, nihil frequentius apud scriptores Graecos.

καὶ τοὺς φίλους καὶ τοὺς πολεμίους. Eadem religio, qua scribae propter insequens πολεμίους scripsere φιλίους, recentioribus impedimento fuit, quominus, quod vulgo legitur, φίλους in ordinem verborum reciperent. Vide annotat. p. 13.

δῆλος ὢν — πάνυ πόρρωθεν. Similiter Apollodorus, qui Socratis incessum imitatus est τῶν οὖν γνωρίμων τις, inquit, ὅπισθε κατιδών με πόρρωθεν ἐκάλεσεν, κ. τ. λ.

προτροπάδην. Annotat Schol. ad h. l. προτροπάδην· προθύμως, ἀμεταστρεπτί, μετὰ προτροπῆς ἢ εἰς τοὔμπροσθεν. Ficinus verba convertit: Femne enim qui ita incedunt, nemo eos invadit, sed eos, qui effusa fuga deferuntur. Τί pronomen indefinitum ad σχεδόν pertinens, neque Latino neque vernaculo sermone reddi potest satis commode. Efficitur autem eo, ut σχεδόν verbi potestas paullisper imminuatur. Sensus est

νέσαι καὶ θαυμάσια· ἀλλὰ τῶν μὲν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων τάχ' ἄν τις καὶ περὶ ἄλλου τοιαῦτα εἴποι· τὸ δὲ μηδενὶ ἀνθρώπων ὅμοιον εἶναι, μήτε τῶν παλαιῶν μήτε τῶν νῦν ὄντων, τοῦτο ἄξιον παντὸς θαύματος. οἷος γὰρ Ἀχιλλεὺς ἐγένετο, ἀπεικάσειεν ἄν τις

totius enuntiati: Denn es geschieht ja wohl, dass auf die, welche sich so im Kriege benehmen, fast nicht einmal ein Angriff gemacht wird, sondern nur die werden verfolgt, welche in wilder Hast fliehen.

πολλὰ μὲν οὖν ἄν τις καὶ ἄλλα. E nostra loquendi consuetudine Alcibiadis verba audirent: *πολλὰ ἄλλα θαυμάσια*: Vieles andere wunderbare. Rectius Graeci *καί* vocula adhibita disiunxere verba, qua re efficitur, ut singulum quodque verbum suum pondus habeat propriamque potestatem accipiat. Persaepe huiusmodi dictionis exempla reperiuntur; interdum tamen etiam, quae cum nostro usu loquendi conveniant, reperias. cfr. Symp. p. 195. B. *ἐγὼ δὲ Φαίδρῳ πολλὰ ἄλλα ὁμολογῶν τοῦτο οὐχ ὁμολογῶ κ. τ. λ.*, quo loco *τοῦτο* pronominis vis non passa est, opinor, ut *καί* addito *πολλὰ ἄλλα* verba validius emineant. Ib. p. 201. D. *ἦ ταῦτά τε σοφὴ ἦν καὶ ἄλλα πολλά.* Cfr. praeterea Matth. Gramm. ampl. §. 444. 4. p. 880.

Σωκράτη ἐπαινέσαι. Vulgatae lectioni *Σωκράτους* praeferendum ducimus meliorum librorum scripturam; exquisita enim dictio est neque multo usu protrita *ἐπαινεῖν τινά τι*, quam recte comparavit Astius cum formula *λέγειν τινά τι*. Etiam infra p. 222. A. e melioribus libris recepimus *ἃ ἐγὼ Σωκράτη ἐπαινῶ.* Stallb.

ἀλλὰ τῶν μὲν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων. Genitivus cum sequente *τοιαῦτα* cohaeret; quod quo sensu dicatur ut intelligas celerius: expletior oratio audit: *ἀλλὰ τῶν μὲν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων ἃ ἔλεγον, τάχ' ἄν τις καὶ περὶ ἄλλου τοιαῦτα εἴποι.* Huius genitivi absoluti qui quidem argumentum indicet sequentium verborum, multa exempla Matth. collegit Gramm. ampl. §. 342. 3. p. 650., quae quidem omnia ita comparata esse videntur, ut e verbis facillime supplendis aptentur. Dubitari igitur licet, num Graeci genitivo casu ita usi sint, ut eo posito expresserint, quod Latinis in usu est: quod spectat ad, quod pertinet ad, cet.

τοῦτο ἄξιον παντὸς θαύματος. Ficinus verba reddidit: Verum illa praecipua in isto, per quae nemini aliorum hominum neque antiquorum neque novorum esse similis reperitur. Quam conversionem si recte intelligo, Ficinus sensum verborum esse ait hunc: Praeter ea, quae in Socrate esse Alcibiades dixerit, alia nova esse, quae cum nemine comparari possint. Sed prorsus aliud quid Alcibiadem dicere arbitror. Agit nimirum de integritate hominis, quam

καὶ Βρασίδαν καὶ ἄλλους, καὶ οἷος αὖ Περικλῆς, καὶ Νέστορα καὶ Ἀντήνορα, εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι· καὶ τοὺς D ἄλλους κατὰ ταῦτ' ἄν τις ἀπεικάζοι· οἷος δὲ οὑτοσὶ γέγονε, τὴν ἀτοπίαν ἄνθρωπος, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ, οὐδ' ἐγγὺς ἄν εὕροι τις ζητῶν, οὔτε τῶν

individualitatem vocant recentiores. Singula quidem ait, quae in Socrate sint, passim apud alios quoque reperiri, integrum hominem autem si spectes, neminem esse, quocum Socratem comparare possis.

Βρασίδαν. Brasidas vir iuvenis fortissimus, dux Lacedaemoniorum, praematura morte extinctus in pugna ad Amphipolin Ol. LXXXIX. 3. h. e. a. Ch. 422. Ceterum nota inversum nominum ordinem, quo in altero enuntiati membro Achilles priori loco positus est, in altero posteriori Nestor et Antenor, quo nominum ordine hoc, opinor, iudicatur: Antiquitas viros habet, qui cum nostrorum temporum hominibus quibusdam comparari possunt, rursum nostris temporibus sunt et fuerunt, qui antiquitatis viris similes esse reperiuntur.

οἷος δὲ οὑτοσὶ γέγονε τὴν ἀτοπίαν ἄνθρωπος. *Οὑτοσί* paullo infra accuratius definitur verbis *αὐτὸς καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ*, quibus verbis additis Alcibiades aditum paraturus est ad ea commemoranda, quae in superioribus commemorare omisit. Sic paullo infra eodem modo legitur: *αὐτὸν, — αὐτὸν καὶ τοὺς λόγους.* Laudat Stallbaumius apposite Plat. Criton. p. 50. E. *οὐχὶ ἡμέτερος ἦσθα δοῦλος, αὐτός τε καὶ οἱ σοὶ πρόγονοι;* Soph. Oed. Col. v. 452.

ἐπάξιος μὲν Οἰδίπους κατοικτίσαι
αὐτός τε παῖδές θ' αἵδ'.

et v. 864.

τοιγὰρ σὲ, καὐτὸν καὶ γένος τὸ σὸν θεῶν
ὁ πάντα λεύσσων Ἥλιος δοίη βίον
τοιοῦτον.

In hoc genere dicendi quoniam copulam bis posuisse videantur veteres, Rückerti industria etiam nostro loco dupliciter poni iubet, atque revera edidit *αὐτόν τε καὶ τοὺς λόγους*, quae scriptura in aliquot codicibus comparet. Potuisse Platonem copulam bis ponere nemo negabit, qui exempla supra laudata legerit; sed cur non item dicere licuerit Graecis *αὐτὸν καὶ τοὺς λόγους*, frustra rationem quaeras.

οὔτε τῶν νῦν οὔτε τῶν παλαιῶν. Suspicionem movent haec verba depravationis, quae fieri potuit facillime, ut e praecedentibus verbis p. 221. C. *τὸ δὲ μηδενὶ ἀνθρώπων ὅμοιον εἶναι μήτε τῶν παλαιῶν μήτε τῶν νῦν ὄντων*, huc transferrentur. Suspiciosa autem verba sunt, non, quod cum τὶς pronomine indefinito coniungi debeant, quo facto sane sententia existeret neutiquam probabilis, neque, quod nimis remotum sit *ἐγγύς* nomen, ex quo genitivi illi pendent, — tantam autem vim habet *ἐγγύς* principe enuntiati loco positum, ut huiusmodi structurae

νῦν οὔτε τῶν παλαιῶν, εἰ μὴ ἄρα οἷς ἐγὼ λέγω ἀπεικάζοι τις αὐτὸν, ἀνθρώπων μὲν μηδενὶ, τοῖς δὲ Σειληνοῖς καὶ Σατύροις, αὐτὸν καὶ τοὺς λόγους.

Cap. XXXVII.

Καὶ γὰρ οὖν καὶ τοῦτο ἐν τοῖς πρώτοις παρέλιπον,

pondus facile sustineat, — sed Platonem scripsisse arbitror, si verba addidisset *οὔτε τῶν νῦν οὔτε τῶν παλαιῶν: οὐδένα οὐδ' ἐγγὺς ἂν εὕροι τις ζητῶν.* Ficinus exhibet in conversione: Sed qualis Socratis est qualisque eius mira dicendi ratio, nemo prope ad eius similitudinem accedet neque veterum neque eorum, qui nunc sunt.

εἰ μὴ ἄρα. Post *ἄρα* cod. Bodleianus aliique pauci *εἰ* habent, quod Bekkerus et Stallbaumius in ordinem verborum receperunt. Atque hic quidem ad *εἰ μὴ ἄρα* e praecedentibus repetendum censet: *εὕροι τις.* Admodum dubito, num cuiquam lectorum placere possit, quod hoc supplemento efficitur, dicendi genus impeditissimum. Rückertus alterum hoc *εἰ* e textu semovit. Recte, ut videtur.

καὶ γὰρ οὖν καί. Duplex *καί* ne quem offendat hoc loco: *καὶ γὰρ οὖν καί* ex eo dicendi genere esse contendimus, de quo supra dictum est annotat. p. 5. et 6. Recte autem nobis videmur ibi annotavisse, prius *καί* in huiusmodi dicendi formulis expletivum esse, atque particularum quarundam levitatem ita aggravare, ut principis in enuntiatione sedis gravitatem sustinere possint. In harum particularum numero etiam particula causalis est, quam veteres nunquam in enuntiationis alicuius initio posuere. Alterum *καί* diximus gravitate quadam verbum, cui praepositum sit, ornare, quae cum affirmatione sit coniuncta. Iam cum supra Alcibiades dixisset p. 215. A. *ἐὰν μέντοι ἀναμιμνῃσκόμενος ἄλλο ἄλλοθεν λέγω, μηδὲν θαυμάσῃς,* verisimile est, eundem nunc ad ea respexisse, atque exemplo malam memoriam comprobasse. *Καὶ γὰρ οὖν καί* verborum paullo difficilior vernacula conversio est. In Schleiermacheri conversione legitur: Und dies habe ich gleich zuerst noch übergangen, quod cum Graecis verbis minus convenire arbitror. Mens Alcibiadis respicientis, quod accurate tenendum est, ad verba p. 215. A., haec est: Denn da ist ja nun der Beweis, dieses habe ich zu Anfang ausgelassen.

τοῖς διοιγομένοις. Saepius iam de usu verborum annotavimus, quo omittuntur alia quaedam verba, quorum additamentum, secundum nostram loquendi consuetudinem si rem iudicas, ad rem necessarium est. Ut exemplo utar, *διοίγεται* dicitur pro *διοίγεσθαι δύναται, διοιγομένους* pro *διοίγεσθαι δυναμένους,* quibus exemplis statim edocearis, qua conditione huiuscemodi omissiones Graeci scriptores admiserint. Fusius de hoc dicendi genere supra diximus annotat. p. 169., p. 207., al.

εἰ γὰρ ἐθέλει τις. Haec

ὅτι καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ ὁμοιότατοί εἰσι τοῖς Σειληνοῖς τοῖς διοιγομένοις. εἰ γὰρ ἐθέλει τις τῶν Σωκράτους ἀκούειν λόγων, φανεῖεν ἂν πάνυ γελοῖοι τὸ πρῶτον· τοιαῦτα καὶ ὀνόματα καὶ ῥήματα ἔξωθεν περιαμπέχονται Σατύρου ἄν τινα ὑβριστοῦ δοράν. ὄνους γὰρ E

plurimorum atque optimorum codicum lectio est, prae qua multo deterius est, quod vulgo edebatur ἐθέλοι. Diximus de εἰ particula cum indicativo coniuncta, praecedente vel subsequente optativo et ἄν annotat. p. 38. ibique potestatem huius structurae explicavimus. Supra Alcibiades dixit p. 216. A. καὶ ἔτι γε νῦν ξύνοιδ' ἐμαυτῷ, ὅτι, εἰ ἐθέλοιμι παρέχειν τὰ ὦτα, οὐκ ἂν καρτερήσαιμι κ. τ. λ. et paullo infra βία οὖν ὥσπερ ἀπὸ τῶν Σειρήνων, ἐπισχόμενος τὰ ὦτα οἴχομαι φεύγων κ. τ. λ., quae verba ideo laudo, ut melius perspicias, qui fiat, ut Alcibiades potissimum dicat εἰ γὰρ ἐθέλει τις κ. τ. λ, h. e. denn wenn einer wirklich das Herz hat, die Reden des Socrates zu vernehmen. Quivis alius, qui non expertus esset, quae sibi accidisse Alcibiades narrat, non dixisset εἰ γὰρ ἐθέλει τις κ. τ. λ.

Σατύρου ἄν τινα ὑβριστοῦ δοράν, h. e., Stallbaumius inquit, οἱ λόγοι αὐτοῦ τοιαῦτα ὀνόματα καὶ ῥήματα ἔχουσιν ὥσπερ ἂν εἰ ἔξωθεν περιαμπέχοιντο Σατύρου τινὰ ὑβριστοῦ δοράν: sermones eius talibus nominibus et verbis compositi sunt, quasi Satyri quadam irrisoria pelle extrinsecus amicti sint. Porro ne quis ἄν particulam suspectam habeat, verbo omisso in oppositione posita, sententiam hoc modo explicandam censet: οἷα ἂν εἴη Σατύρου τις ὑβριστοῦ δορά. — Ceterum quo magis pateat, propriam dictionem cum tropica per elegantem quandam breviloquentiam conflatam esse, interpunctionem post περιαμπέχονται vulgo positam delevit. Rückertus improbata hac omissione interpunctionis comparationis significationem in τινά pronomine indefinito deprehendisse sibi videtur verbaque convertenda censet: talibus nominibus et verbis extrinsecus involuti sunt, quasi Satyri quadam pelle. Ficinus habet in conversione: *Nomina quippe et verba exteriori aspectu Satyri cuiusdam contumeliosi habitum prae se ferunt.* Satis nobis displicet τινά pronomen indefinitum, neque, quomodo interpretibus satisfacere potuerit istud: *Satyri quadam pelle*, intelligimus: Ficini pronomine offensi liberior conversio: Satyri cuiusdam pelle; sed ne hoc quidem, si in Graecis legeretur τινός, satis bene habere videtur. Respicitur enim ad Marsyam, cuius mentionem supra fecit Alcibiades. Ἄν autem particula admodum dubito, num recte explicari possit. Pone recte a Stallbaumio explicatam esse: οἷα ἂν εἴη Σατύρου τις ὑβριστοῦ δορά: hoc certissimum est, enuntiationem addita hac ἄν particulae notione frigidiorem fieri atque langui-

κανθηλίους λέγει καὶ χαλκέας τινὰς καὶ σκυτονόμους καὶ βυρσοδέψας, καὶ ἀεὶ διὰ τῶν αὐτῶν τὰ αὐτὰ φαι-

diorem. Itaque non dubium est nobis, quin verba ἄν τινα depravata sint. Scribendum est: τοιαῦτα καὶ ὀνόματα καὶ ῥήματα ἔξωθεν περιαμπέχονται, Σατύρου αὐτίκα ὑβριστοῦ δοράν. Quam facile αὐτίκα, cuius vocabuli usum non intelligerent librarii, in ἄν τινα mutari potuerit, ipse, lector, vides. Adhibuere autem illud vocabulum scriptores in exemplis argumentisque afferendis atque in comparatione haud raro. cfr. incerti auctoris Alcib. II. p. 138. C. ὥσπερ τὸν Οἰδίπουν αὐτίκα φασὶν εὔξασθαι χαλκῷ διελέσθαι τὰ πατρῷα τοὺς υἱεῖς κ. τ. λ. Ibid. p. 139. B. πάντας οὖν ἂν φάντες, ὦ Ἀλκιβιάδη, τοὺς ἄφρονας μαίνεσθαι, ὀρθῶς ἂν φαίημεν. αὐτίκα τῶν σῶν ἡλικιωτῶν εἴ τινες τυγχάνουσιν ἄφρονες ὄντες, ὥσπερ εἰσὶ, καὶ τῶν ἔτι πρεσβυτέρων. Ibid. p. 144. C. οὐκοῦν οἱ ῥήτορες αὐτίκα, ἤτοι εἰδότες ξυμβουλεύειν ἢ οἰηθέντες εἰδέναι κ. τ. λ. Plat. Protag. p. 359. E. ἀλλὰ μέντοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, πάνγε τοὐναντίον ἐστὶν ἐπὶ ἃ οἵ τε δειλοὶ ἔρχονται, καὶ οἱ ἀνδρεῖοι. αὐτίκα εἰς τὸν πόλεμον οἱ μὲν ἐθέλουσιν ἰέναι, οἱ δὲ οὐκ ἐθέλουσιν. Plat. Gorg. p. 472. D. αὐτίκα πρῶτον, περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστὶ, σὺ ἠγεῖ οἷόν τε εἶναι, εἶναι μακάριον ἄνδρα ἀδικοῦντά τε καὶ ἄδικον, εἴπερ κ. τ. λ. Hi loci accurate inspecti satis docent, per αὐτίκα vocabulum exempla afferri talia, qualia loquentis animo illico offerantur. Quoniam autem exempla, quae loquentis animo inter loquendum offerantur, non semper aptissima sunt neque omnium optima, quae afferri potuissent: αὐτίκα vocabulum indicat, alia exempla reperiri posse fortasse, quae rectius nunc laudentur, sed loquentem, quod primum ipsi se obtulisset, id exhibuisse. Inest simul caussae indicium, cur exemplum laudatum scriptoris animum primum subierit. Sic in Alcib. II. p. 139. B. quoniam cum Alcibiade loquitur Socrates, ἡλικιῶται Alcibiadis per αὐτίκα vocabulum exempli caussa laudantur. In Plat. Prot. p. 359. E. δειλῶν et ἀνδρείων nomina ultro ad bellum laudandum loquentem duxerunt. Rem extra dubitationem ponit, ut alios locos praetermittam, Plat. Gorg. p. 472. D. αὐτίκα πρῶτον, περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστίν. Neque mirum, Socraticos sermones cum Satyri pelle addito αὐτίκα vocabulo comparari, cum ipse Socrates paullo ante cum Marsya comparatus sit. Iam nostro loco αὐτίκα pro ἄν τινα ubi posueris, verba vertenda sunt: Solche (h. e. so lächerliche) Worte und Sätze hängen auswendig darum herum, eben eine wahres Satyrfell. Ceterum quod Stallbaumius censet non opus fuisse in hac comparatione ὥς particula: ὡς Σατύρου ἄν τινα ὑβριστοῦ δοράν, quoniam et Graeci et Latini scriptores haud raro eam appositioni vim tribuerent, ut haberet simul comparationis significationem: ὡς particulam nostro loco ne ferri quidem posse con-

νεται λέγειν, ὥστε ἄπειρος καὶ ἀνόητος ἄνθρωπος πᾶς ἂν τῶν λόγων καταγελάσειε. διοιγομένους δὲ ἰδὼν ἄν 222

tendimus. *Ὡς Σατύρου δοράν* foret: quasi Satyri pelle amicti sint; *Σατύρου δοράν* autem similitudinem ita auget, ut Satyri pelle revera amicti dicantur. Recte igitur a nobis in conversione additum nomen: wahr. Eodem modo loci explicandi sunt, quos Stallbaumius laudat annotat. ad h. l.: Aristoph. Avv. v. 169. et Plut. v. 314. *σὺ δ' Ἀριστύλλος ὑποχάσκων ἐρεῖς*, ad quae verba frustra Schol. *λείπει δὲ*, inquit, *τὸ ὡς ὁ Ἀριστύλλος αἰσχρουργίαις κεχηνώς.* Tibull. I. 1. 7. ipse seram vites rusticus, quo loco illud ipse seram *quasi* rusticus admodum ieiunum foret. Horat. Serm. I. 1. 99. hunc liberta securi divisit medium fortissima Tyndaridarum.

ὄνους γὰρ καν Ϸηλίους Schol. s. v. *καν Ϸηλίους· τοὺς βραδεῖς*, inquit, *νοῆσαι ἢ ἀφυεῖς ἀπὸ κάνθωνος, ὅς ἐστιν ὄνος, εἰρημένοι, ὃς πάλιν ἀπὸ τῶν καν Ϸηλίων, τῶν ἐπιϴεμένων αὐτῷ ἐπικάμπτων ξύλων, τουτέστι σαγμάτων, ὀνομάζεται οὕτως.* Idem sub v. *βυρσοδέψας· τοὺς τὰς βύρσας ἐργαζομένους καὶ μαλάττοντας.* Socraticum hunc morem, res vilissimas atque tritissimas cum summis miscendi multi loci Platonis repraesentant. Sic in Plat. Euthyphr. p. 13, legitur: *Σ. καὶ καλῶς γέ μοι, ὦ Εὐθύφρον, φαίνει λέγειν. ἀλλὰ σμικροῦ τινὸς ἔτι ἐνδεής εἰμι. τὴν γὰρ Ϸεραπείαν* (sc. *τῶν Ϸεῶν*) *οὕπω ξυνίημι ἥντινα ὀνομάζεις. οὐ γάρ που λέγεις γε, οἷαί περ καὶ αἱ περὶ τὰ ἄλλα Ϸεραπεῖαι εἰσι, τοιαύτην καὶ περὶ τοὺς Ϸεούς. λέγομεν γάρ που, — οἷόν φαμεν, ἵππους οὐ πᾶς ἐπίσταται Ϸεραπεύειν, ἀλλ' ὁ ἱππικός. ἦ γάρ; Ε. πάνυ γε, Σ. ἡ γάρ που ἱππικὴ ἵππων Ϸεραπεία; Ε. ναί. Σ. οὐδέ γε κύνας πᾶς ἐπίσταται Ϸεραπεύειν, ἀλλ' ὁ κυνηγετικός. Ε. οὕτως. Σ. ἡ γάρ που κυνηγετικὴ κυνῶν Ϸεραπεία; Ε. ναί. Σ. ἡ δέ γε βοηλατικὴ βοῶν; Ε. πάνυ γε. Σ. ἡ δὲ δὴ ὁσιότης τε καὶ εὐσέβεια Ϸεῶν ὦ Εὐϴύφρον; οὕτως λέγεις; Ε. ἔγωγε.*

καὶ σκυτοτόμους cfr. Plat. Gorg. p. 490. E. *τὸν σκυτοτόμον ἴσως μέγιστα δεῖ ὑποδήματα καὶ πλεῖστα ὑποδεδεμένον περιπατεῖν. Κ. ποῖα ὑποδήματα φλυαρεῖς ἔχων;* quae Calliclis verba optime transtulit Stallbaumius annotat. ad h. l. p. ed. 157. Was hast du nur, dass du doch immer von Schuhen schwazzest. Quae sequuntur verba *καὶ ἀεὶ διὰ τῶν αὐτῶν τὰ αὐτὰ φαίνεται λέγειν* optime probantur Calliclis verbis in Plat. Gorg. p. 490. E. *ὡς ἀεὶ ταὐτὰ λέγεις, ὦ Σώκρατες. Σ. οὐ μόνον γε, ὦ Καλλίκλεις, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν. Κ. νὴ τοὺς Ϸεούς, ἀτεχνῶς γε ἀεὶ σκυτέας τε καὶ κναφέας καὶ μαγείρους λέγων καὶ ἰατροὺς οὐδὲν παύει ὡς περὶ τούτων ἡμῖν ὄντα τὸν λόγον.*

διοιγομένους δὲ ἰδὼν ἄν τις. Bekkerus pro *ἄν*, quae omnium librorum lectio est, *αὖ* in ordinem verborum recepit. Eum secuti sunt Astius et Dindorfius. Recte Rückertus videtur

τις καὶ ἐντὸς αὐτῶν γιγνόμενος πρῶτον μὲν νοῦν ἔχοντας ἔνδον μόνους εὑρήσει τῶν λόγων, ἔπειτα θειοτάτους καὶ πλεῖστα ἀγάλματα ἀρετῆς ἐν αὑτοῖς ἔχοντας καὶ ἐπὶ πλεῖστον τείνοντας, μᾶλλον δὲ ἐπὶ πᾶν, ὅσον προσήκει σκοπεῖν τῷ μέλλοντι καλῷ κἀγαθῷ ἔσεσθαι.

Ταῦτ' ἐστὶν, ὦ ἄνδρες, ἃ ἐγὼ Σωκράτη ἐπαινῶ·

αὖ particulam etiam eo nomine improbare, quod, si eam exhibuisset scriptor, alio loco posuisset: *διοιγομένους δὲ αὖ ἰδών*. Male autem *ἰδὼν ἄν* explicat: *ἐάν τις ἴδῃ*: si quis forte viderit. Nihil enim certius est, quam *ἰδὼν ἄν* idem significare atque *εἴ ἴδοι ἄν*, quam dicendi formulam frustra negantur scriptores Graecos interdum adhibuisse. Alio tempore explicatius de *ἐάν τις ἴδῃ*, *εἴ τις ἴδοι ἄν*, similibus dicendi formulis dicemus, nunc hoc tantummodo annotare iuvat, *εἰ* particulam cum optativo et *ἄν* coniungi, ubi fieri aliquid ponitur, quod vix fieri possit, et quod si fiat, ex insperato accidisse putandum sit.

καὶ ἐντὸς αὐτῶν γιγνόμενος. Haec verba Schleiermacherus convertit: Wenn sie aber einer geöffnet sieht und inwendig hineintritt. Recte quidem verba Graeca conversa sunt, sed haec ipsa vehementer dubito, num bene se habeant. *Διοιγομένους* participium satis docet, Alcibiadem ad Silenos respicere in artificum officinis collocatos. Iam si quis *ἀγάλματα* in illis recondita volebat intueri, epistomio ab utriusque lateris foramine remoto ad alterum foramen propius accedebat, non in concavum Silenum descendebat; scribendum igitur videtur esse: *καὶ ἐγγὺς αὐτῶν γιγνόμενος*. De *ἐντός*, *ἐγγύς*, al. saepissima in libris commutatione vide annotat. p. 122.

μόνους εὑρήσει τῶν λόγων. *Μόνους* Stallbaumius eodem modo dici censet, atque p. 215. C. *μόνα κατέχεσθαι ποιεῖ*, h. e. eximie. Sed vide annotat. ad haec verba p. 341. Hoc potius Alcibiades dixisse censendus est: Solum Socratis sermonem in se habere, quod *νοῦν* h. e. intelligentiam fere divinam prodat. Quod ita dici ab Alcibiade nemo mirabitur, qui quidem legerit, quae p. 215. D. et E. de Socratico sermone dicuntur. — *Ἔνδον* Rückertus additum censet propter oppositionem sophistarum, quorum orationes extrinsecus quidem splendeant, magnamque veri speciem prae se ferant, intus autem, si quis accuratius exploraverit, omni veritate careant. Dubito, num hac ratione *ἔνδον* vocabuli potestatem satis recte explicatam habeas. *Ἔνδον* potius additum, ut lector moneatur significantius, sermones Socraticos cum Silenis comparari, qui in artificum officinis sedentes intus in se simulacra recondita habeant deorum.

μᾶλλον δέ. *Μᾶλλον δέ* eius est, qui arctioribus finibus circumscribit, quae proxime prae-

καὶ αὖ, ἃ μέμφομαι συμμίξας, ὑμῖν εἶπον ἃ με ὕβρισε. καὶ μέντοι οὐκ ἐμὲ μόνον ταῦτα πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ B Χαρμίδην τὸν Γλαύκωνος καὶ Εὐθύδημον τὸν Διοκλέους καὶ ἄλλους πάνυ πολλούς, οὓς οὗτος ἐξαπατῶν ὡς ἐραστὴς παιδικὰ μᾶλλον αὐτὸς καθίσταται ἀντ' ἐραστοῦ. ἃ δὴ καὶ σοὶ λέγω, ὦ Ἀγάθων, μὴ ἐξαπα-

cedentibus minus accurate erant atque latius patentia enarrata. Vide annotat. p. 15.

ταῦτ' ἐστὶν, ὦ ἄνδρες — ὕβρισεν. Vulgo interpunctio comparet post μέμφομαι, quam Bekkerus in textum recepit, Stallbaumius delevit, Rückertus post συμμίξας transponendam curavit. Nos et post συμμίξας et post αὖ, quod cum insequente εἶπον arctius coniungendum est, comma ponendum curavimus. Sensus est: Haec sunt, o viri, quae mihi in Socrate laudenda videntur et rursum dixi vobis, laudationi vituperium adiungendo, quanta superbia mecum egerit. Quam Wolfius loci interpunctionem probavit: ἃ ἐγὼ Σωκράτη ἐπαινῶ, καὶ αὖ ἃ μέμφομαι, συμμίξας ὑμῖν εἶπον, ἃ με ὕβρισεν, ea ne rectam quidem sententiam fundit.

Χαρμίδην τὸν Γλαύκωνος. De Charmide, Glauconis filio, vide Plat. Charmidem p. 154. seqq., p. 157. seqq., Xenoph. Memor. III. 7., Sympos. III. 9., IV. 29. coll. Wyttenbach. ad Select. Princip. Histor. p. 411. Iuvenis fuit et genere nobilissimo Critiarum oriundus et praeclara animi indole praeditus. — Euthydemus intelligitur Diocles filius; idem est, qui cum Socrate colloquens inducitur apud Xenoph. Mem. IV. 2. 40. Male eum Wolfius confudit cum Euthydemo Sophista, cuius nomine Platonis dialogus Euthydemus inscriptus est. Stallb.

παιδικὰ μᾶλλον αὐτὸς. Socrates hominibus pulcris ita insidiari solebat, ut eorum amore captum se simulans ipsis vehementissimum amorem iniiceret ani. Respicitur ad hanc rem in Plat. Alcib. I. fin. A. καὶ πρὸς τούτοις μέντοι τόδε λέγω, ὅτι κινδυνεύσομεν μεταβαλεῖν τὸ σχῆμα, ὦ Σώκρατες, τὸ μὲν σὸν ἐγὼ, σὺ δὲ τοὐμόν. οὐ γὰρ ἔστιν ὅπως οὐ παιδαγωγήσω σε ἀπὸ τῆσδε τῆς ἡμέρας, σὺ δ' ὑπ' ἐμοῦ παιδαγωγήσει. Σ. ὦ γενναῖε, πελαργοῦ ἄρα ὁ ἐμὸς ἔρως οὐδὲν διοίσει, εἰ παρὰ σοὶ ἐνεοττεύσας ἔρωτα ὑπόπτερον ὑπὸ τούτου πάλιν θεραπεύσεται.

ἃ δὴ — μὴ ἐξαπατᾶσθαι ὑπὸ τούτου. Bodleianus codex, in quo interdum manifesta indicia correctoris non indocti reperiuntur, ἐξαπατᾶσθε exhibet, quod quamquam aptum est et bonum, tamen recte postponitur lectioni vulgatae. Per epexegesin enim μὴ ἐξαπατᾶσθαι verba praecedenti relativo pronomini apposita sunt, idque genus dicendi, quoniam

τᾶσθαι ὑπὸ τούτου, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἡμετέρων παθημάτων γνόντα εὐλαβηθῆναι, καὶ μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν, ὥςπερ νήπιον, παθόντα γνῶναι.

Cap. XXXVIII.

C Εἰπόντος δὴ ταῦτα τοῦ Ἀλκιβιάδου, γέλωτα γενέσθαι ἐπὶ τῇ παῤῥησίᾳ αὐτοῦ, ὅτι ἐδόκει ἔτι ἐρωτικῶς ἔχειν τοῦ Σωκράτους. τὸν οὖν Σωκράτη, Νή-

suum quoddam pondus habet, Graecis adamatum est magno opere. Eius ut suum exemplum afferam, legitur in Sophocl. Antig. v. 446.

σὺ δ' εἰπέ μοι μὴ μῆκος, ἀλλὰ σύντομα
ἤδης τὰ κηρυχθέντα, μὴ πράσσειν τάδε;

Ceterum quod relativum pronomen attinet, quod ad praecedentia semper refertur secundum praecepta grammaticorum, praeclare Stallbaumius annotat. ad h. l. Plene, inquit, Alcibiades dicere poterat sic: ex quibus quae consequuntur, ea etiam te moneo, videlicet ne ab hoc decipiaris.

κατὰ τὴν παροιμίαν. Respicit Alcibiades ad Hom. Il. XVII. v. 32. et XX. 198.

ἀλλά σ' ἐγὼν ἀναχωρήσαντα κελεύω
ἐς πληθὺν ἰέναι, μηδ' ἀντίος ἵστασ' ἐμεῖο
πρίν τι κακὸν παθέειν· ῥεχθὲν δέ τε κήπιος ἔγνω.

Schol. ad h. l. annotat; ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω· ἐπὶ τῶν μετὰ τὸ παθεῖν συνιέντων τὸ ἁμάρτημα. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἑτέρα παροιμία· ὃ ἁλιεὺς πληγεὶς νοῦν φύσει. φασὶ γὰρ ἁλιᾶ ἀγκιστρεύοντα, ἐπειδὰν σπάσῃ τῷ λίνῳ τὸν ἰχθὺν, τῇ χειρὶ προσαγαγόντα κατέχειν, ἵνα μὴ φύγῃ. τοῦτο δὲ συνήθως ποιοῦντα ὑπὸ σκορπίου πληγῆναι· καὶ εἰπεῖν· πληγεὶς νοῦν φύσει, καὶ μηκέτι προσάγειν ἐξ ἐκείνου τὴν χεῖρα. — Ἔστι καὶ τρίτη ὁμοία· ἐὰν μὴ πάθῃς, οὐ μὴ μάθῃς. ἐλέχθη δὲ ἐπὶ Τίμωνος τοῦ μισανθρώπου μηκέτι προσιεμένου τοὺς κόλακας. Apud Hesiodum legitur, quod propius etiam videtur ad Platonis verba accedere Opp. 216. παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω.

ἐπὶ τῇ παῤῥησίᾳ αὐτοῦ, Ipse Alcibiades p. 217. E. τὸ δ' ἐντεῦθεν, inquit, οὐκ ἄν μου ἠκούσατε λέγοντος, εἰ μὴ πρῶτον μὲν τὸ λεγάμενον οἶνος ἄνευ τε παίδων καὶ μετὰ παίδων ἦν ἀληθής, quibus verbis παῤῥησίαν excusari manifestum est.

τὸν οὖν Σωκράτη. Mira arte, quae sequuntur, excogitata sunt atque praecedentibus annexa. Etenim cum orationem Alcibiades finiisset, quae ingentem contineret Socratis laudem, fieri non potuit, quin Socrates aliquid responderet. Expectabas tale fere quid responsurum esse,

φειν μοι δοκεῖς, φάναι, ὦ Ἀλκιβιάδη· οὐ γὰρ ἂν ποτε οὕτω κομψῶς κύκλῳ περιβαλλόμενος ἀφανίσαι ἐπεχείρεις οὐ ἕνεκα ταῦτα πάντα εἴρηκας, καὶ ὡς ἐν παρέργῳ δὴ λέγων ἐπὶ τελευτῆς αὐτὸ ἔθηκας, ὡς οὐ πάντα τούτου ἕνεκα εἰρηκὼς, τοῦ ἐμὲ καὶ Ἀγάθωνα διαβάλλειν, οἰόμενος δεῖν ἐμὲ μὲν σοῦ ἐρᾶν καὶ μηδε- D
νὸς ἄλλου, Ἀγάθωνα δὲ ὑπὸ σοῦ ἐρᾶσθαι καὶ μηδ' ὑφ' ἑνὸς ἄλλου. ἀλλ' οὐκ ἔλαθες, ἀλλὰ τὸ σατυρικόν

quale, qui laudantur, edere solent, modestiae documentum. Id si Socratem proferentem induxisset scriptor, verendum sane erat, ne rerum ab Alcibiade expositarum fides imminueretur vel vis atque vigor infringeretur. Contra si nihil respondentem fecisset ad laudes illas, neminem esse arbitror, qui Socraticum silentium non superbiam et arrogantiam sit interpretaturus. Ne igitur ad laudes Socrates respondeat atque ne superbire videatur, finem Alcibiadeae orationis aggredientem Plato fingit, atque a laudatione animos auditorum feliciter deflectentem. Qua ratione id fiat, exponere nolo; ipsi lectores verba examinent, studiose singula expendant, Platonisque artificium, quod ipsi deprehenderint persenserintque, admirentur.

οὕτω κομψῶς h. e., Stallbaumius inquit, tam acute et artificiose. Idem κομψεύεσθαι rectissime annotat. ad Plat. de rep. IV. p. 436. D. de oratione festiva, arguta et ad capiendos animos auditorum apta interpretatur Timaei laudans L. V. Pl. p. 154. seqq. Verba κύκλῳ περιβαλλόμενος esse docet multis orationis ambagibus usus. Fortasse ad Alcibiadis verba Socrates respicit p. 215. A. ἐὰν μέντοι ἀναμιμνησκόμενος ἄλλο ἄλλοθεν λέγω, μηδὲν θαυμάσῃς· οὐ γάρ τι ῥᾴδιον τὴν σὴν ἀτοπίαν ὧδ' ἔχοντι εὐπόρως καὶ ἐφεξῆς καταριθμῆσαι. De ἀφανίσαι verbi potestate supra dictum est annotat. p. 361.

καὶ ὡς ἐν παρέργῳ δή. Δή particulae ironicam significationem, de qua vide Indices s. v. δή, etiam ex hoc loco cognoscere possis. Sensus est verborum: Et scilicet quasi praeter propositum atque consilium tuum.

τοῦ ἐμὲ καὶ Ἀγάθωνα διαβάλλειν. cfr. Plat. de rep. VI. p. 498. C. μὴ διάβαλλε, ἦν δ' ἐγώ, ἐμὲ καὶ Θρασύμαχον ἄρτι φίλους γεγονότας, οὐδὲ πρὸ τοῦ ἐχθροὺς ὄντας.

οἰόμενος δεῖν ἐμέ. De δεῖν verbi potestate supra dictum est annotat. p. 12. Non sine acerbitate hoc loco positum est, simulque vanitas opinandi Alcibiadea perstringitur: indem du dir einbildest, ich müsse unumgänglich cet. Prorsus eodem modo Alcibiades paullo infra p. 222. E. οἴεταί μου δεῖν καταχῆ περιεῖναι.

σου δρᾶμα τοῦτο καὶ σειληνικὸν κατάδηλον ἐγένετο. ἀλλ', ὦ φίλε Ἀγάθων, μηδὲν πλέον αὐτῷ γένηται, ἀλλὰ παρασκευάζου, ὅπως ἐμὲ καὶ σὲ μηδεὶς διαβάλῃ. Τὸν οὖν Ἀγάθωνα εἰπεῖν, Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, κινδυνεύεις ἀληθῆ λέγειν· τεκμαίρομαι δὲ καὶ ὡς κατεκλίνη ἐν μέσῳ ἐμοῦ τε καὶ σοῦ, ἵνα χωρὶς ἡμᾶς διαλάβῃ. οὐδὲν οὖν πλέον αὐτῷ ἔσται, ἀλλ' ἐγὼ παρὰ

ἀλλὰ τὸ Σατυρικόν σου δρᾶμα τοῦτο καὶ Σειληνικόν. Recte intelliget haec verba qui meminerit, non nisi ante actis fabulis tragicis δράματα Σατυρικά edita esse. Duo autem sunt, quae iis commemoratis Socrates reprehendit. Alterum, quod in fine orationis Alcibiades posuerit ea, quae primarium locum obtinere debuissent, si apertius sensa sua ille depromere voluisset. Alterum, quod Satyri Silenorumque comparatio ea tantum de caussa instituta sit, ut orationis finis Alcibiadisque consilium facilius tegi possit atque velari. — Satyricum illam poesin quod attinet, apud Zenob. legitur: τοὺς Σατύρους ὕστερον ἔδοξεν αὐτοῖς προεισάγειν, ἵνα μὴ δοκῶσιν ἐπιλανθάνεσθαι τοῦ θεοῦ. Probat hanc sententiam Wachsmuthius in libro: Hellen. Alterthumsk. II. 2. p. 412.: Als die Tragoedie des ursprünglichen von Dionysos handelnden Inhalts sich entäussert hatte, und wie ein freigewähltes und zu den Dionysosfesten nur äusserlich hinzugefügtes Kunstgebilde erschien, wurde, man mögte sagen aus einer Art von religiösem Bedenken und zur Erinnerung an die anfängliche Beschaffenheit des Chors das satyrische Drama eingeführt, das freilich mit seinen Stoffen auch nicht auf den Kreis dionysischer Mythen beschränkt, und dessen innerer Ton und Haltung weder von dem tragischen Ernste noch dem komischen Scherze streng gesondert war, dessen eigenthümliches Wesen daher wohl nur in der Wiedereinführung des ehemaligen Satyrchors zu suchen sein möchte.

μηδὲν πλέον αὐτῷ γένηται, h. e., Stallbaumius inquit, ὅρα, μή τε πλέον αὐτῷ γένηται. — Dubito, num haec ratione verba recte explicata sint. Scriptum certe exspectaveris: μηδὲν πλέον αὐτῷ γένηται, καὶ παρασκευάζου, ὅπως ἐμὲ καὶ σὲ μηδεὶς διαβάλῃ. Non recte enim in eadem enuntiatione consociari videntur ὅρα — ἀλλὰ παρασκευάζου. Μηδὲν — γένηται in eum potius cadere videtur, qui suarum rerum certissimus eloquitur, quod non sit futurum: Gewinn soll er davon nicht haben.

ἵνα χωρὶς ἡμᾶς διαλάβῃ. Dictum hoc eleganter cum amphibolia quadam, ut et de spatio possit cogitari et de animorum disiunctione. Stallb.

ἀλλ' εἰ μή τι ἄλλο, ὦ θαυμάσιε. Alcibiades cum Socratem se potiorem esse animadverteret in capiendis hominum animis, ὦ θαυμάσιε ap-

σὲ ἐλθὼν κατακλινήσομαι. Πάνυ γε, φάναι τὸν Σωκράτη, δεῦρο ὑποκάτω ἐμοῦ κατακλίνου. Ὦ Ζεῦ, εἰπεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην, οἷα αὖ πάσχω ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου. οἴεταί μου δεῖν πανταχῇ περιεῖναι· ἀλλ' εἰ μή τι ἄλλο, ὦ θαυμάσιε, ἐν μέσῳ ἡμῶν ἔα Ἀγάθωνα κατακεῖσθαι. Ἀλλ' ἀδύνατον, φάναι τὸν Σωκράτη. σὺ μὲν γὰρ ἐμὲ ἐπήνεσας, δεῖ δ' ἐμὲ αὖ τὸν ἐπὶ δεξιὰ

pellatione usus est, cuius potestatem aut non explicarunt interpretes, aut non satis recte. Θαυμάζειν verbum haud raro ita adhibetur, ut rem magicam significari indicetur. Sic in Aristoph. Nubb. v. 180.

τί δῆτ' ἐκεῖνον τὸν Θαλῆν θαυμάζομεν;

De Thalete praestigiatore sermo est, quem ἄκρον μηχανικόν vocat Schol. ad hunc locum. Θαύματα praestigiae sunt. cfr. Plat. de rep. VII. p. 514. B. παρ' ἣν (sc. ὁδὸν) ἰδὲ τειχίον παρῳκοδομημένον, ὥσπερ τοῖς θαυματοποιοῖς πρὸ τῶν ἀνθρώπων πρόκειται τὰ παραφράγματα, ὑπὲρ ὧν τὰ θαύματα δεικνύασιν. Sic etiam, opinor, θαυμάσιος hoc loco ita ab Alcibiade adhibetur, ut praestigiatorem significet Socratem, quippe qui mira arte hominum animos deliniat atque vel nolentes ad se trahat.

δεῖ δ' ἐμὲ αὖ τὸν ἐπὶ δεξιά. Vulgo αὐτόν legitur pro αὖ τόν, quod de Bekkeri coniectura hodie omnibus probatur. Patet autem, a principio ita consedisse Agathonem atque Socratem, ut hic ad Agathonis dextrum latus cubaret, Alcibiade accedente, quem medium inter utrumque consedisse reperimus, ordo hic erat: Ad dextrum Alcibiadis latus consedit Socrates, ad sinistrum Agatho. Iam cum laudasset Alcibiades Socratem, et hic quidem Agathonem iuxta considere iussisset, patere opinor, ad dextrum latus ipsum considere iussisse quippe hominem laudatione ornaturus. Iam intelligitur, quid verba significent ἐν μέσῳ ἡμῶν. Rogat enim Alcibiades, ut Agatho ad sinistrum latus Socratis considat, quo facto ille medius inter Alcibiadem atque Socratem consideret. Huic Socrates: Vellem quidem, inquit, tibi obsecundare, si possem; sed non possum ego. Etenim me laudando tu, qui es magister bibendi, legem edidisti, secundum quam dextrorsus alter alterum laudare debet. Necessitatem igitur mihi impositam vides Agathonem laudandi. Iam si medius inter nos Agatho consideret, me laudandi provincia ad eum abiret. Sed non sperandum est, qui modo a te laudatus sit, eum alteram laudationem ex Agathone auditurum esse. Sine igitur, Agatho ad dextram iuxta me considat, eiusque laudationi ne invideas.

οὐ δή που ἐμὲ πάλιν ἐπαινέσεται. Supra diximus

ἐπαινεῖν. ἐὰν οὖν ὑπὸ σοὶ καταχλινῇ Ἀγάθων, οὐ δή που ἐμὲ πάλιν ἐπαινέσεται, πρὶν ὑπ' ἐμοῦ μᾶλλον ἐπαινεθῆναι. ἀλλ' ἔασον, ὦ δαιμόνιε, καὶ μὴ φθονήσῃς τῷ μειρακίῳ ὑπ' ἐμοῦ ἐπαινεθῆναι· καὶ γὰρ πάνυ ἐπιθυμῶ αὐτὸν ἐγκωμιάσαι. Ἰοὺ ἰού, φάναι τὸν Ἀγάθωνα, Ἀλκιβιάδη, οὐκ ἔσθ' ὅπως ἂν ἐνθάδε μείναιμι, ἀλλὰ παντὸς μᾶλλον μεταναστήσομαι, ἵνα ὑπὸ Σωκράτους ἐπαινεθῶ. Ταῦτ' ἐκεῖνα, φάναι τὸν Ἀλκιβιάδην, τὰ εἰωθότα· Σωκράτους παρόντος τῶν

223

de δή που vocularum significatione annotat. p. 98. Provocat autem plerumque ad alterius iudicium, qui his voculis utitur, ita, ut rem extra dubitationem positam esse una significet. Δή autem voculae ironica potestas satis manifesta est converti contra eum, qui forte, quod certissimum sit, addubitare audeat vel negare. — Μᾶλλον ante ἐπαινεθῆναι positum cohaeret cum dicendi formula μᾶλλον δέ, quam eius esse, qui ipse se corrigat, supra annotavimus p. 15. Convertenda igitur verba sunt: ante quam a me potius (rectius) laudatus sit.

Ἰοὺ ἰού, φάναι τὸν Ἀγάθωνα. Ἰού scribendum curavimus licet commate sequente; ea enim vis est syllabae finalis, quae accentus vigorem paullisper infringi non patiatur. Ἰοὺ ἰού ἐπίρρημα est eorum, quorum animus subito commovetur, laetitiamque non minus, quam tristitiam exprimit. Interpretes laetitiam ἰοὺ ἰού voculis Agathonem prodidisse arbitrantur, neque nos huius explicationis veritatem negamus: hoc tantummodo contendimus, etiam de contraria animi commotione hoc loco voculas accipi posse, quatenus quidem Agatho Alcibiadis fortunam commiseratus dixisse videri possit: Wehe, wehe, armer Alcibiades, ich kann hier nicht bleiben, sondern muss um alles den Platz wechseln, damit Socrates mich lobt. Difficile est ad diiudicandum, utra explicatio rectior sit. Hoc unum certum est, contra Alcibiadem haec omnia dirigi, qui si commiseratione magis commoveri censebitur, quam laetitia Agathonis, non dubium erit, quin ἰοὺ ἰού hoc loco sit σχετλιαστικὸν ἐπίρρημα.

ταῦτα ἐκεῖνα — τὰ εἰωθότα. Diximus de ταῦτα ἐκεῖνα verbis annotat. p. 309., ἐκεῖνα autem dicitur, quia ad aliquid plerumque, quod prius est, cum acerbitate respicitur. Ad praesentem rem respiciens Strepsiades in Aristoph. Nubb. v. 26. ait:

τοῦτ' ἔστι τοῦτο τὸ κακὸν,
ὃ μ' ἀπολώλεκεν.

Sed perrara sunt τοῦτο duplicitor positi exempla. Aliqua eaque perpauca exempla Matthiaeus laudat Gramm. ampl. §. 471. 11. p. 874. Cēterum non diu quaerenda fuit vernacula dictio, quacum Graeca verba comparare possis: Da haben wir das alte Lied. Satis trita haec hominum inferiorum ordinum locutio, cui eadem

καλῶν μεταλαβεῖν ἀδύνατον ἄλλῳ. καὶ νῦν, ὡς εὐπόρως καὶ πιθανὸν λόγον εὗρεν, ὥστε παῤ ἑαυτῷ τουτονὶ κατακεῖσθαι.

Cap. XXXIX.

Τὸν μὲν οὖν Ἀγάθωνα ὡς κατακεισόμενον παρὰ τῷ Σωκράτει ἀνίστασθαι· ἐξαίφνης δὲ κωμαστὰς ἥκειν παμπόλλους ἐπὶ τὰς θύρας, καὶ ἐπιτυχόντας ἀνεῳγμέναις, ἐξιόντος τινὸς εἰς τὸ ἄντικρυς, πορεύεσθαι παρὰ B

utque Graecis verbis fronia plerumque admixta est.

ὡς εὐπόρως καὶ πιθανὸν λόγον. Duo sunt, quae miratur Alcibiades, unum, quod tam facile rationem invenit, alterum, quod tam probabilem et ad persuadendum aptam. Rückert.

Τὸν μὲν οὖν — ἐξαίφνης. Supra iam diximus annotat. p. 318. de artificio, quo adhibito scriptor noster, quae subito gesta esse narrantur, non solum ἐξαίφνης vocabuli usu exprimere, sed actionum felicissima iunctura legentium oculis quodammodo exponere soleat atque vividissime describere. Sic cap. XXX. initio legitur: εἰπόντος δὲ ταῦτα τοῦ Σωκράτους τοὺς μὲν ἐπαινεῖν, τὸν δὲ Ἀριστοφάνη λέγειν τι ἐπιχειρεῖν, ὅτι ἐμνήσθη αὐτοῦ λέγων ὁ Σωκράτης περὶ τοῦ λόγου, καὶ ἐξαίφνης κ. τ. λ. Eodem modo hic ἐξαίφνης vocabulo actionis alicuius narratio praemissa est, cuius exitum eodem studio, atque illic Aristophanica verba, lectores prosequuntur: cum subito factum esse commemoratur, quod illius actionis tenorem illico interruperit.

κωμαστὰς ἥκειν παμπόλλους. Grex comissatorum nemine vocante poëtae cubiculum ingressus incredibiles turbas excitat ordinemque omnem convivii pervertit. Noli mirari, quod aliqui ipsi se invitasse narrantur atque non vocati multo cum strepitu in Agathonis domicilium irrupisse. Lenaeis enim Dionysio sacris vino solebant largius se invitare homines, ebriique per plateas vagari atque intrare, ubicunque fores adopertas reperirent. Neque erat, qui huius rei miraretur insolentiam. Vini enim hausti virtus haec est, ut homines cum hominibus arctius coniungat, omnesque sibi amicissimos reddat. Adde Agathonis liberalitatem, quam qui norunt, eo minus dubitarunt invocati eius domicilium adire.

ἐξιόντος τινὸς εἰς τὸ ἄντικρυς, πορεύεσθαι. Cum aliquis eorum, qui apud Agathonem essent, exire vellet, pessulo retracto fores aperiebat, atque per eas iam exiturus erat, cum continuo turba comissatorum intro se coniecit. Dubitant interpretes, utrum ad sequentia an ad praecedentia referenda sint verba εἰς τὸ ἄντικρυς. Schleiermacherus exhibet in conversione: indem einer hinausgegangen ih-

σφᾶς καὶ κατακλίνεσθαι, καὶ θορύβου μεστὰ πάντα εἶναι, καὶ οὐκέτι ἐν κόσμῳ οὐδενὶ ἀναγκάζεσθαι πίνειν πάμπολυν οἶνον. τὸν μὲν οὖν Ἐρυξίμαχον καὶ τὸν Φαῖδρον καὶ ἄλλους τινὰς ἔφη ὁ Ἀριστόδημος οἴχεσθαι ἀπιόντας, C τὸ δὲ ὕπνον λαβεῖν, καὶ καταδαρθεῖν πάνυ πολύ, ἅτε μακρῶν τῶν νυκτῶν οὐσῶν, ἐξεγρέσθαι δὲ πρὸς ἡμέραν ἤδη ἀλεκτρυόνων ᾀδόντων· ἐξεγρόμενος δὲ ἰδεῖν τοὺς μὲν ἄλλους καθεύδον-

nen entgegen, wären sie eingedrungen. Apud Ficinum legitur: nam paullo ante quis contra exierat. Stallbaumius contra εἰς τὸ ἄντικρυς cum πορεύεσθαι coniungens verborum sensum esse ait: recta ad ipsos accessisse, quod explicandi genus minime probamus, neque placet, quod exhibuerunt, qui paullo supra laudati sunt. Ἐξιόντος τινὸς εἰς τὸ ἄντικρυς imaginem proponit comissatorum, contra nitente eo, qui iam exiturus erat, aditum vi expugnantium. Comma igitur, quod Rückertus post ἐξιόντος τινός ponendum curavit, recte expunxisse nobis videmur.

ἀναγκάζεσθαι πίνειν πάμπολυν οἶνον. Frustra subiectum quaeras, quod ad ἀναγκάζεσθαι referas; quare Rückertus annotat, ad h. l. explicandum esse censit: Se et reliquos cogi coeptos esse. In recta, inquit, oratione ἀναγκάζεσθαι foret ἠναγκαζόμεθα. Non se enim solum intelligere Aristodemum videmus ex eo, quod aliorum statim mentio fit ita, ut hoc quoque ad eos pertinuisse appareat; de solo coepto accipiendum esse item docent sequentia, ubi, quibus quisque viis necessitatem aut evitarit aut pertulerit, edocemur. — Rectior loci explicatio haec est: ἀναγκάζεσθαι verbum absolute positum est, ut idem fere significet atque ἀνάγκην εἶναι. Haec bibendi nova lex quibus displicebat, ii clanculum abierunt, quod moneo, ne quis forte Rückerti sententiam probet censentis: de solo coepto ἀναγκάζεσθαι verbum accipiendum esse.

τὸν μὲν οὖν Ἐρυξίμαχον. Eryximachum et Phaedrum recte scriptor abeuntes fecit. Conf. verba p. 176. D. ἐμοὶ μὲν γὰρ δὴ τοῦτό γε οἶμαι κατάδηλον γεγονέναι ἐκ τῆς ἰατρικῆς, ὅτι χαλεπὸν τοῖς ἀνθρώποις ἡ μέθη ἐστί· καὶ οὔτε αὐτὸς ἑκὼν εἶναι πόρρω ἐθελήσαιμι ἂν πιεῖν, οὔτε ἄλλῳ συμβουλεύσαιμι, ἄλλως τε καὶ κραιπαλῶντα ἔτι ἐκ τῆς προτεραίας. Ἀλλὰ μήν, ἔφη φάναι ὑπολαβόντα Φαῖδρον τὸν Μυρρινούσιον, ἔγωγέ σοι εἰωθα πείθεσθαι ἄλλως τε καὶ ἅττ' ἂν περὶ ἰατρικῆς λέγῃς.

ἀπιόντας, τὸ δὲ ὕπνον λαβεῖν. Vulgo legitur ἀπιόντας οἴκαδε ὕπνον λαβεῖν. Optimi codices illud habent. Ut inter se conciliaret utramque lectionem, Cornarius scribendum coniecit: ἀπιόντας οἴκαδε, τὸ δὲ ὕπνον λαβεῖν. Sed verisimillimum videtur, οἴκαδε glossema esse, quod

τας καὶ οἰχομένους, Ἀγάθωνα δὲ καὶ Ἀριστοφάνη καὶ Σωκράτη ἔτι μόνους ἐγρηγορέναι, καὶ πίνειν ἐκ φιάλης μεγάλης ἐπὶ δεξιά. τὸν οὖν Σωκράτη αὐτοῖς διαλέγεσθαι. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ὁ Ἀριστόδημος οὐκ ἔφη μεμνῆσθαι τῶν λόγων· οὔτε γὰρ ἐξ ἀρχῆς παραγενέσθαι, ὑπονυστάξειν τε· τὸ μέντοι κεφάλαιον ἔφη, προσαναγκάζειν τὸν Σωκράτη ὁμολογεῖν αὐτοὺς, τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς εἶναι κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ἐπί-

sciolus olim margini adscripserit, videlicet ut intelligerent lectores, Eryximachum atque Phaedrum advisse domum.

ἅτε μακρῶν τῶν νυκτῶν οὐσῶν. cfr. Schol. ad Aristoph. Nubb. v. 2.

ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα
τῶν νυκτῶν ὅσον.

Διονυσιακοῦ γὰρ ὄντος τοῦ δράματος συνεστάλθαι τὰς νύκτας ἀνάγκη διὰ τὸ τοιούτῳ καιρῷ ὑποπίπτειν τὰ Διονύσια.

ἤδη ἀλεκτρυόνων ᾀδόντων. Haec ut recte intelligantur, tenendum est, incolas terrarum versus Orientem sitarum ante solis ortum exsuscitari solere, qui gallorum gallinaceorum cantu indicatur. cfr. Aristoph. Nubb. v. 4.

καὶ μὴν πάλαι γ' ἀλεκτρυόνος ἤκουσ' ἐγώ·
οἱ δ' οἰκέται ῥέγκουσιν·

Igitur tardius se surrexisse Aristodemus narrat, utpote qui, cum galli gallinacei iam cecinissent diesque illuxisset, somnum expulerit.

ἐξεγρόμενος δὲ ἰδεῖν. De nominativo participii vide annotat. p. 22., qua explicatum reperies, cur participii structura non ad praecedens ἐ pronomen directa sit. Positum autem illud pronomen est, quod obiectum est, non subiectum enuntiationis.

καθεύδοντας καὶ οἰχόμένους. Ficinus, quem recentiores interpretes omnes secuti sunt, verba convertit: Somno excitum invenisse, quod alii quidem partim dormiebant partim discesserant, — Qui sciunt, quam saepe καί et ἤ in libris commutata reperiantur propter scripturae compendium, quo alterum vocabulum ab altero interdum vix dignoscitur, nimiae audaciae eum non accusabunt, qui forte scribendum censuerit: καθεύδοντας ἢ οἰχόμενους. Cogitari potest etiam καί prima καθεύδοντας participii syllaba absorptum esse, ut integra verba audiant: καὶ καθεύδοντας καὶ οἰχομένους. Sed nihil mutandum videtur. Praecedente enim personarum distinctione, Graeci quippe orationis leniter ac leviter procedentis studiosi actionum distinctionem non admiserunt. Quam si addideris, vah, quantum morae verbis inferes!

Ἀγάθωνα δὲ καὶ Ἀριστοφάνη καὶ Σ. *Egregie haec Socratis temperantiam, moderationem et constantiam declarant, qui quum per totam noctem cum hominibus epularum amantissimis bibisset, tamen sobrius neque vino vigiliisque confectus a convivio discessit. Ne talia quidem negligenda sunt iis, qui de dialogorum Platonicorum*

στασθαι ποιεῖν, καὶ τὸν τέχνῃ τραγῳδοποιὸν ὄντα καὶ κωμῳδοποιὸν εἶναι. ταῦτα δὴ ἀναγκαζομένους αὐτοὺς καὶ οὐ σφόδρα ἑκομένους νυστάξειν, καὶ πρῶτον μὲν καταδαρθεῖν τὸν Ἀριστοφάνη, ἤδη δὲ ἡμέρας γιγνομένης τὸν Ἀγάθωνα. τὸν οὖν Σωκράτη κατακοιμήσαντ' ἐκείνους, ἀναστάντα ἀπιέναι, καὶ αὐτὸς ὥςπερ εἰώθει ἕπεσθαι, καὶ ἐλθόντα εἰς Λύκειον, ἀπονιψάμενον, ὥςπερ ἄλλοτε τὴν ἄλλην ἡμέραν διατρίβειν, καὶ οὕτω διατρίψαντα εἰς ἑσπέραν οἴκοι ἀναπαύεσθαι.

argumento et consilio prudenter iudicare volunt. Stallb.

κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ἐπίστασθαι ποιεῖν. Facillime intelligitur, qui factum sit, ut de hac materie Socrates disputarit. Ipsa Lenaea ansam dederunt de poësi ac de variis eius generibus disserendi, et quum Socrates cum Aristophane dissereret, comico poëta suae aetatis celeberrimo, et cum Agathone, qui tragoediarum granditate nobilem se fecit, colloquium quasi ultro eo delatum est, ut inprimis de tragoedia atque de comoedia quaestiones instituerentur. Ceterum frustra Stallbaumius eorum sententiam impugnat, qui e Schol. ad Aristoph. Ran. v. 84. aliisque locis colligunt, Agathonem non solum tragoedias sed etiam comoedias scripsisse. Nam quod etiam Agatho hoc loco narratur Socrati oblocutus esse censenti, et comoedias et tragoedias posse ab uno eodemque poëta scribi, id vide, ne parum validum rei argumentum sit. Quid, si Agatho comoedias scripsit revera, quas ipse tragoediis a se scriptis multo deteriores esse intelligeret, nonne fortius potuit quippe experientia doctus Socraticam illam sententiam impugnare?

τραγῳδοποιὸν ὄντα καὶ κωμῳδοποιὸν εἶναι. Vulgo τραγῳδιοποιόν et κωμῳδιοποιόν, quae formae ab Atticorum usu alienissimae sunt. Moeris habet: κωμῳδοποιός· Ἀττικῶς· κωμῳδιοποιός· Ἑλληνικῶς.

καὶ αὐτὸς, ὥςπερ εἰώθει, ἕπεσθαι. cfr. p. 173. B. παραγεγόνει δ' ἐν τῇ συνουσίᾳ Σωκράτους ἐραστὴς ὢν ἐν τοῖς μάλιστα τῶν τότε, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ.

καὶ ἐλθόντα εἰς Λύκειον. De Lyceo, gymnasio extra urbem sito vide Wachsmuthii librum: Hellen. Alterthumsk. II. 2. p. 56. Ibi Socratem versatum Stallbaumius annotat propterea, quod sophistae in eo scholas habebant, quorum inscitiam solebat convincere, et quod plurimos illic adolescentes nansciscebatur, quibuscum sermones instituere posset.

EXCURSUS.

Scribendum coniecimus p. 179. C.: καὶ τοῦτ' ἐργασαμένη τὸ ἔργον οὕτω καλὸν ἔδοξεν ἐργάσασθαι οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ θεοῖς, ὥστε πολλῶν πολλὰ καὶ καλὰ ἐργασαμένων εὐαριθμήτοις δή τισιν ἔδοσαν τοῦτο γέρας οἱ θεοὶ, ἐξ Ἅιδου πάλιν ἀνιέναι τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ τὴν ἐκείνης ἀνεῖσαν ἀναγκασθέντες τῷ ἔργῳ.

Ad haec verba Scholiastes annotat: Ἄλκηστις ἡ Πελίου θυγάτηρ ὑπομείνασα ὑπὲρ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς τελευτῆσαι Ἡρακλέους ἐπιδημήσαντος ἐν τῇ Θετταλίᾳ διασώζεται βιασαμένου τοὺς χθονίους θεοὺς καὶ ἀφελομένου τὴν γυναῖκα. Hic mythus verus esse videtur; quod Phaedrus dedit, mythi artificiosa interpretatio est. Vix intellexit autem Scholiastes, quam utilis ille mythus futurus esset explicationi verborum supra laudatorum. Confirmat enim βιασαμένου participium ἀναγκασθέντες scripturam, Herculem autem quod attinet, doceri possis herois mentione, quomodo olim populi mythos genus hominum eruditius interpretatum sit. Recte nobis annotatione p. 71. indicasse videmur: Phaedrum hunc mythum pro consilii sui ratione ita interpretatum esse, ut Alcestidis virtutem cum Herculea virtute compararet, alteramque alteri substitueret. Quo clarior res fiat atque ut simul intelligas, artifices in artis operibus haud raro eruditorum, quam populi iudicium secutos esse magis, Amoris imaginem gemmae incisam infra addendam curavimus sub Nr. I. Petita haec imago est e Winckelmanni libro: Monumens inédits de l'antiquité Tom. I. Paris. 1808. Pellis leonina, qua Amor indutus est, et clava, quam gerit, Herculis insignia sunt. Claves quid sibi velint, iam videamus. Winckelmannus l. l. p. 200. haec habet: L'Amour portait ces clés ou pour ouvrir et fermer à son gré l'appartement de Vénus, ou pour désigner les plaisirs, dont il était le dispensateur, ou peut-être aussi pour faire allusion aux clés portées par les prêtres et les prêtresses. Horum nihil in nostram

imaginem cadit, quae audaciam, constantiam, duritiem, non dulces risus Cupidinis prodit. Rectius igitur claves gerere Amorem censeas et clavam et leoninam pellem, quod Herculea vi inferos deos cogendo Orci portas recludit.

No. I.

No. II.

Digitized by Google

De altera, quam apposuimus, imagine Winckelmannus sic iudicat: *Cette pierre gravée représente un petit Amour avec un flambeau allumé, hâtant sa marche pour embrasser un jeune homme extrêment affligé, et dont on aperçoit les efforts pour fuir.*

Cette allégorie peut assurément s'interpréter de diverses manières, et prépare des tortures à l'esprit des savans. Pour moi, j'y vois tout simplement l'expression de la passion de l'amour, dont le désespoir est tempéré par un rayon d'espérance. Le jeune homme, abandonné par l'objet de ses tendres affections, cherche à mettre fin à ses peines. Le manteau, dont il s'enveloppe, annonce la froide humudité de la nuit. L'attitude de son corps plié en avant était, selon Aristophane Lysistr. v. 1002. *propre à ceux qui, marchant la nuit, portaient une lanterne, et tâchaient d'empêcher le vent d'en éteindre la lumière. — Le rocher, qu'on aperçoit, devient le symbole de l'expédient, qu'il a choisi pour se donner la mort. — Lorsque le jeune homme veut se livrer à son désespoir, l'Amour en arrête l'effet sinistre en faisant briller l'espérance à ses yeux; son flambeau allumé devient le symbole du coeur de sa maîtresse, qui, blessée par l'Amour, va brûler pour lui du même feu, dont il brûle pour elle. Les deux passions contraires de l'espérance et du désespoir sont désignées dans ce jeune homme, d'un côté, par l'attitude de son bras, qu'il tient éloigné de son visage, et de l'autre côté, par son second bras, qui embrasse l'Amour.*

Habet haec huius imaginis explicatio, quo admodum sese commendet. Quaeritur tamen, num infertilissima illa rupes non etiam de vilitate unius rei amoris intelligi possit; fax certe elata et media in imagine posita non spei solius symbolum est, sed etiam mysteriorum. Iam cfr. p. 209. E. *Ταῦτα μὲν οὖν τὰ ἐρωτικὰ ἴσως, ὦ Σώκρατες, κἂν σὺ μυηθείης. τὰ δὲ τέλεα καὶ ἐποπτικά, ὧν ἕνεκα καὶ ταῦτα ἔστιν, ἐάν τις ὀρθῶς μετίῃ, οὐκ οἶδ' εἰ οἷός τ' ἂν εἴης. — Δεῖ γὰρ τὸν ὀρθῶς ἰόντα ἐπὶ τοῦτο τὸ πρᾶγμα ἄρχεσθαι μὲν νέον ὄντα ἰέναι ἐπὶ τὰ καλὰ σώματα, καὶ πρῶτον μὲν, ἐὰν ὀρθῶς ἡγῆται ὁ ἡγούμενος, ἑνὸς αὖ τῶν σωμάτων ἐρᾶν καὶ ἐνταῦθα γεννᾶν λόγους καλούς, ἔπειτα δεῖ αὐτὸν κατανοῆσαι, ὅτι τὸ κάλλος τὸ ἐπὶ ὑτῳοῦν σώματι τῷ ἐπὶ ἑτέρῳ σώματι ἀδελφόν ἐστι κ. τ. λ.* Etenim non sine caussa duo Amores ab artifice exhibiti sunt, alter laterna, alter face insignes. Necessitas autem illa nimium unius corporis amorem remittendi quantos dolores amatoris animo afferat, amatoris effigie vividissime

expressum habes. Iam ipse, lector, vide, utrum imago tibi proposita aliquid lucis e Platonis verbis laudatis accipiat, necne. Nos unum hoc addendum habemus. Magna virium contentione opus est, si quis primum initiationis gradum superare cupit. Quem ubi superaverit, laetius, liberius, circumspectius incedet, id, quod alterius Amoris figura repraesentatum est. Flamma autem facis, ventis circumagitata, mox nimium effulgens, mox paene exstincta, superato primo initiationis gradu laternae inclusa temperatius quidem, sed aequabilius fulget.

Legitur p. 193. A. *καὶ πρὸ τοῦ, ὥσπερ λέγω, ἓν ἦμεν· νυνὶ δὲ διὰ τὴν ἀδικίαν διῳκίσθημεν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθάπερ Ἀρκάδες ὑπὸ Λακεδαιμονίων.*

Hoc loco utuntur interpretes ad definiendum tempus, quo Symposium Plato conscripserit. Alii post Ol. XCVIII. 4. conscriptum censent, quo tempore scimus Mantineam a Lacedaemoniis eversam esse, alii ante hoc tempus compositum putant, sed denuo editum post Ol. XCVIII. 4. Concidet haec temporis definitio simulatque est demonstratum, verba depravata esse, ad quae illa definitio directa est. Age igitur primum de anachronismo videamus verborum *καθάπερ Ἀρκάδες ὑπὸ Λακεδαιμονίων*, quid statuendum sit. Anachronismos passim admisit Plato, de qua re vide Engelhardti doctissimi annotationem ad Plat. Menex. p. 236. Eos cur admiserit, duplex causa cogitari potest. Aut negligentia fecit atque per oblivionem, aut de industria et assequendi alicuius finis studiosus. Atque in Menexeno quidem Socratem de re loquentem inducens, quae post huius mortem facta est, anachronismum admisit, acerbissimi ludibrii commodissimum vehiculum. Etenim in oratores invehitur, scriptores laudationum locis communibus refertarum, quibus data occasione facili negotio atque satis leviter rei adaptatis uterentur. Ipsa audi Platonis verba cap. II. init.: *καὶ μήν, ὦ Μενέξενε, πολλαχῇ κινδυνεύει καλὸν εἶναι τὸ ἐν πολέμῳ ἀποθνήσκειν. καὶ γὰρ ταφῆς καλῆς τε καὶ μεγαλοπρεποῦς τυγχάνει, καὶ ἂν πένης τις ὢν τελευτήσῃ, καὶ ἐπαίνου αὖ ἔτυχε καὶ ἐὰν φαῦλος ᾖ ὑπ' ἀνδρῶν σοφῶν τε καὶ οὐκ εἰκῇ ἐπαινούντων, ἀλλὰ ἐκ πολλοῦ χρόνου λόγους παρεσκευασμένων, οἳ οὕτω καλῶς ἐπαινοῦσιν, ὥστε — καὶ τὰ προσόντα καὶ τὰ μὴ — περὶ ἑκάστου λέγοντες, κάλλιστά πως τοῖς ὀνόμασι ποικίλλοντες, γοητεύουσιν ἡμῶν τὰς ψυχὰς κ. τ. λ.* Iam cum

dixisset Menexenus, oratoris electionem subito fieri, quo facto orator non possit non subitaria oratione uti, Socrates omnibus oratoribus orationes, *παρεργα* otiosi temporis, recondita facere contendit, atque ipse huiusmodi orationem, h. e, sententiis communibus refertam profert, quam, quo acerbius vituperium sonet, ab Aspasia sibi traditam narrat. Intelliges, opinor, anachronismi acumen. Ad nostrum locum ut revertar, nihil reperitur, quo anachronismum excusare possis. Huc accedit, quod omnem verisimilitudinem Platonicae narrationis ita pervertit, ut et habitum revera symposium docearis et non habitum. Negligentiane igitur anachronismum adhibitum censeamus atque maculam artificio praestantissimo additam? Credant, qui velint, nobis nunquam persuadebitur.

Sed mittamus anachronismum, comparatio per verba *καθάπερ Ἀρκάδες ὑπὸ Λακεδαιμονίων* instituta quid sibi velit, videamus. Nolo *Ἀρκάδες* nomen nimium premere; fieri enim potuit, ut *ἀνὴρ Ἀθηναῖος* de Mantineae eversione illa loquens pro *Μαντινεῖς* diceret *Ἀρκάδες*, sed, si eodem modo propter iniuriam homines dissecti esse narrantur a deo, quo modo Mantineenses in varios pagos distributi sint a Lacedaemoniis, merito tertium, quod vocatur, comparationis quaeras. Causam dissectionis si spectas: hominibus dissectis iniuria, qua ipsi utebantur, perniciei fuit, Mantineensibus iniuria Lacedaemoniorum; diremtum ipsum quod attinet, homines bifariam divisi sunt, Mantineenses Xenophonte teste Hell. V. 2. 7. *τετραχῇ*, auctores diremtus his dii, illis Lacedaemonii fuere, divisi hic sunt omnes homines, illic Mantineenses. Una restat dissecandi dirimendique ratio. Utrique et humanum genus et Mantineenses vi et ferro dissecti sunt. Sed num verisimile est, eius rei describendae gratia, quam in praegressis expositam habes, et quae ipsa per se intelligitur, allatam esse Mantineae eversionem a Lacedaemoniis patratam? Ut paucis rem absolvam, scripsisse Plato videtur: *νυνὶ δὲ διὰ τὴν ἀδικίαν διῳκίσθημεν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθάπερ Ἀρκάδες ἀπὸ Λακεδαιμονίων.* Arcadiam inter et Lacedaemonem scimus montes altissimos sitos esse, quibus utriusque terrae arctior coniunctio prohibetur. Proverbialis autem dictio fuisse videtur *καθάπερ Ἀρκάδες ἀπὸ Λακεδαιμονίων*, quo utebantur, qui naturalem firmitatem alicuius fissurae describebant atque impossibilitatem, (venia sit verbo,) restituendae integritatis.

Annotatione p. 306 et 307. Platonis verba, quae p. 210. D. leguntur, hoc modo scribenda censuimus: *μετὰ δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα*

ἐπὶ τὰς ἐπιστήμας ἀγαγεῖν, ἵνα ἴδῃ αὐ ἐπιστημῶν κάλλος, καὶ βλέπων πρὸς πολὺ ἤδη τὸ καλὸν, μηκέτι τὸ παρ' ἑνὶ, ὥσπερ ὁ ἰκέτης, ἀγαπῶν παιδαρίου κάλλος ἢ ἀνθρώπου τινὸς ἢ ἐπιτηδεύματος ἑνὸς, δουλεύων φαύλος ᾖ καὶ σμικρολόγος κ. τ. λ. Constans omnium librorum lectio est ὥσπερ οἰκέτης, quod Stallbaumius ceteroquin optime de huius loci explicatione meritus hoc modo explicandum censet, ut apte additum dicat, quod, qui unius tantum rei admiretur pulcritudinem, is ei tanquam servus emancipatus videatur. Sed scripsisset, opinor, Plato, si hoc exprimere voluisset, ὥσπερ δοῦλος. Δοῦλος enim nomen proprium est de contumeliosa servitute, quam hoc loco requirimus, et quae explicatius descripta est a Pausania p. 183. A. εἰ γὰρ — ἐθέλοι ποιεῖν οἵαπερ οἱ ἐρασταὶ πρὸς τὰ παιδικὰ, ἱκετείας τε καὶ ἀντιβολήσεις ἐν ταῖς δεήσεσι ποιούμενοι, καὶ ὅρκους ὀμνύντες καὶ κοιμήσεις ἐπὶ θύραις, καὶ ἐθέλοντας δουλείας δουλεύειν, οἵας οὐδ' ἂν δοῦλος οὐδεὶς κ. τ. λ. Οἰκέτης autem nomen apte cum Latinorum familiaris confertur, de quo Macrob. Saturn. I. 9.: nam et maiores, inquit, nostri omnem dominis invidiam, omnem servis contumeliam detrahentes dominum patrem familiae, servos familiares appellaverunt. — Non ignoramus quidem, hoc nominum discrimen haud raro Graecos scriptores neglexisse, atque multis in locis οἰκέτης posuisse, ubi δοῦλος nomen exspectaveris. Sed hoc fecerunt de servis loquentes, non fecerunt in comparatione, qualis hoc loco reperitur. Quoniam igitur οἰκέτης nomini hic non locus est, ultro ad ὁ ἱκέτης scripturam ducti sumus, quae et a corruptionis verisimilitudine maxime commendatur (vide Iacobsii Comment. ad Antholog. Gr. Meleagr. Epigr. XXXII. v. 2. Tom. VI. p. 52.) et ad significatum si respicis, ita apta reperitur, ut haud sciam, an aliud verbum, quod magis ad rem quadret, excogitari possit. Nota vis est amoris. Ea amatorum animi ita percelluntur turbanturque, ut vitam non vitalem putent atque de salute desperent, si forte repulsam tulerint. Quidvis igitur faciunt, fingunt, inveniunt, ut eius animum sibi concilient, quem amant, neque, ut propitium sibi reddant, a precibus abstinent et a suppliciis. Quid multis? Huiusmodi amatorem simillimum esse reperimus homini, qui in summa vitae versans discrimine ad deorum aras confugit, auxilium rogans, et vitam et salutem; apte igitur ἱκέτην vocari censemus. Loci desunt, quibus de amatore amasium perdite amante ἱκέτην nomen melioris aetatis scriptoribus in usu fuisse probemus. Apud seriores saepissime reperitur, v. c. apud Meleagrum Epigr. IV. v. 6., Anthol.

Gr. Iacobsii T. I. p. 4., quod epigramma, quoniam falsissime a Iacobsio explicatum est, de rectiore carminis explicatione et emendatione age, iam videamus. Versus hoc modo apud Iacobsium leguntur:

Ὦ προδόται ψυχῆς, παίδων κύνες, αἷσιν ἐν ἑξῇ
Κύπριδος ὀφθαλμοὶ βλέμματα χριόμενοι,
ἡρπάσατ' ἄλλον Ἔρωτ', ἄρνες λύκον, οἷα κορώνη
σκορπίον, ὡς τέφρῃ πῦρ ὑποθαλπόμενον.
δρᾶθ' ὅ τι καὶ βούλεσθε. τί μοι νενοτισμένα χεῖτε
δάκρυα, πρὸς δ' ἱκέτην αὐτομολεῖτε τάχος;
ὀπτᾶσθ ἐν κάλλει, τύφεσθ' ὑποκαιόμενοι νῦν,
ἄκρος ἐπεὶ ψυχῆς ἐστὶ μάγειρος Ἔρως.

Argumentum epigrammatis Iacobsius ait esse hoc: Poëta in oculos invehitur, novi semper amoris novique cruciatus auctores. Rectius dixeris argumentum epigrammatis esse: Invehi in oculos poëtam, qui, cum antea semper amasios petierint, nunc mutata consuetudine amatoris animum pellexerint. Probatur hoc inprimis disticho secundo, quod hoc modo scribendum est:

ἡρπάσατ' ἄλλον Ἔρωτ', ἄρνες λύκον, οἷα κορώνη
σκορπίον, ὡς τέφρῃ πῦρ ὑποθαλπόμενον.

Non recte Iacobsius, apud quem *τέφρῃ* legitur, sensum verborum esse censet: novum Amorem rapuistis et excitastis veluti ignem sub cinere latentem; quae explicatio cum praecedente disticho, in quo *παίδων* nomen *τόνωσιν* habet, prorsus non convenit. Quid enim sibi vult hoc: Oculi, qui semper pulcris pueris insidiari soletis, novum amasium rapuistis; nonne frigere sentis atque languere? *Αλλος Ἔρως* haud dubium est, quin genus amandi mutatum indicet, ut, qui antea amator fuerit puerorum, is nunc subito amasius factus esse perhibeatur. Conferri possis Aeliani Var. Hist. II, 12. *καὶ τῶν μὲν ἑταιρῶν ἀπέστη* (sc. *ὁ Θεμιστοκλῆς*), *ἦρα δὲ ἔρωτα ἕτερον, τὸν τῆς πολιτείας τῶν Ἀθηναίων.* Insequentia exempla nostram interpretationem comprobant. *Ἄρνες λύκον* enim nihil aliud significat, quam amasium pellexisse amatorem. Saepissime cum lupis amatores comparantur, cum ovibus amasii. Vide Stallbaumium ad Plat. Phaedr. p. 241. D., Iacobsium ad Anthol. Gr. V. II. P. III. p. 123. Ad luporum atque ovium comparationem, quae in proverbium abiisse videtur, cetera exempla directa sunt *οἷα κορώνη σκορπίον* et *ὡς τέφρῃ πῦρ ὑποθαλπόμενον*. Vides enim, quod debilius natura est, atque natu minus, fortius e

natu maius dici superasse. Nihil aptius est his exemplis ad describendam infirmitatem eius, qui, ut apud Platonem legitur, τὸ παρ' ἐνὶ βλέπων contumeliosam servitutem in se suscepit. Sequens distichon Brunckius ex Bonherii coniectura sic scribendum esse putat:

δρᾶϑ' ὅτι κεν βούληϑε. τί μοι νενοτισμένα χεῖτε
δάκρυα, πρὸς δ' εἰρκτὴν αὐτομολεῖτε τάχα.

censetque, suos poëtam alloqui oculos, quorum in amore ἀπληστίαν et πολυμανίαν incuset. Ingeniosa emendatio, Iacobsius inquit, et fortasse vera; quamvis et sic aliquid relinquitur, quod palatum paullo morosius offendat, cum εἰρκτῆς in hoc imaginum contextu vix satis apte mentio fiat. — Recte Iacobsius κεν et sequentem coniunctivum improbat, non recte pro ἑκέτην fortasse scribendum esse εἰρκτήν putat. Ἱκέτης enim amator est, ad quem, poëta frustra reluctante, oculi quam celerrime sese convertunt. Iam intelligetur, quid sequens distichon significet, quod sic scribendum est:

ὠπτᾶσϑ' ἐν κάλλει, τύφεσϑ' ὑποκαιόμενοι νῦν!
ἄκρος ἐπὶ ψυχῆς ἐστὶ μάγειρος Ἔρως.

Olim vobis flammam attulit puerorum, quibus insidiamini, pulcritudo, nunc fumum et lacrymas excitat admota flamma eius, qui vobis insidiatur, nam sive amator sive amasius sis, animam Eros misere coquit.

INDEX.

A.

ἀβελτερία et ἀβελτηρία . 224
ἄβρόν 264
ἀγαθός et σοφός . 131. 210
ἄγαλμα transl. 354
ἄγαμαι signif. 231
ἀγαπᾶν 77
ἀγασθέντες et ἀναγκασθέντες 70
ἄγειν absolute posit. 22. 186
ἄγροικος et ἀγροῖκος . 192
ἄγων si duci patiar . . 20
ἀδελφόν cum dat. . . . 303
ἄκλητος ἐπὶ δεῖπνον . . 17
ἀκούειν auditum esse . . 319
Ἀκουσίλεως 57
ἀληθῆ οἴεσθαι dictio Socrat. 13
Ἀλκηστις 68
ἄλλα tribus commemoratis exemplis ponitur ἀσυνδετῶς 132
ἀλλὰ γάρ 227
ἄλλη γέ πη. 151
ἀλλ' ἤ et ἄλλ' ἤ . . . 154
ἄλλος de rebus specie, non genere discrep. . . 116
ἄλλο τι in interrogatione omisso ἤ 238
ἄλλως τε καί praeced. cum seqq. arctius coniungit 41
ἀμαθία quid? 261
ἄν a modo verbi, ad quod pertinet, seiunctum . 252
ἄν repetitum modestiae indicium 40
ἄν omissum in optativo . 339
ἄν ad adverbium referendum 347
ἄν cum participio . . . 389
ἄν et αὖ commut. 284
ἂν αὐτός et ἄνανδος commut. 171
ἄν et εἰ in eadem enuntiat. 366
ἄν τινα et αὐτίκα commut. 387
ἀναβαθμός et ἀναβασμός 311
ἀναγκάζειν signif. . . 249
ἀναγκάζεσθαι absol. pos. 398
ἀνατιθέναι imponere alicui aliquid 225
ἀνατιθέναι absol. posit. . 227
ἀναχωρεῖν 381
ἀναφαίνεσθαι 118
ἀνδρεῖος ambigue dictum . 172
ἀνδρόγυνον . . . 154. 155
ἀνὴρ i. q. ἐγώ 322
ἄνθρωποι de servis . . 325
ἄνθρωποι 151
ἀνιέναι et ἀνεῖναι commut. 70
ἀνιέναι signif. 4
ἀνιέναι et ἂν ἰέναι . . 16
ἀξίως τοῦ θεοῦ 84
ἁπλῶς 99
ἀπό et ὑπό commut. . . 405
ἀποβαίνειν 88
ἀποδέξασθαι tanquam debitum accipere 194
ἀποδιδράσκειν 222
ἀποτρέχειν ἐπί τινα . . 94
ἄρα signif. . . 52. 225. 270
ἀρά γε 177
ἆρ' ἦν 225
Ἀριστοφάνας et Ἀριστοφάνεις 363

ἀβρεντρία 178
ἀσκωλιάζειν 161
ἄτεχνῶς 179
αὖ supplementi indicium 42. 170. 209. 262. 851
αὖλειος θύρα 818
αὐτὸ τοῦτο . . . 282. 284
αὐτόθεν illico 824
αὐτός cum pron. possess. coniunctum 184
αὐτός per redundantiam additum 198. 235
αὐτὸς ἀπ' ἐμαυτοῦ et ἐπ' ἐμαυτοῦ 245
αὐτὸς μετὰ Σωκράτους . 25
αὐτὸς ὁ Ἔρως 64
ἀφανίσαι signif. . . . 861

B.

βαλάντια σύσπαστα . . 163
βάναυσος 256
βασιλῆς πόλεως νόμοι . 208
βεβαπτισμένοι 88
βέλη transl. de verbis . . 868
βλαῦται 16
βοᾶν 820
βοὴν ἀγαθός 18
βούληόις Trieb. . . . 269
βούλομαι et ἐθέλω diff. . 44
βρένθος i. q. φαληρὶς . 6
βρενθύεσθαι 882

Γ.

γάρ p. supplementi indicium 14. 188
γάρ p. in respons . . . 269
γάρ p. cum ea sententia, causam quae continet, primariae sententiae praefixum 81. 373
γὰρ οὖν 295
γέ in exemplis afferendis 85. 186. 211
γέ μήν 211
γελοῖα et καταγέλαστα . 148
γελοιότερα 335
Γένεσις 56
γένος et γόνος commut . 166
Γλαύκων 8
γοῦν 167
γυμναστικὴ et μουσικὴ partes institutionis puerorum 188
γυνὴ mulier aemula . . 123

Δ.

δαί signif. 191. 284
δαιμόνιον quid? . . . 253
δέ filum orationis abruptum annectit 110
δὲ οὖν 23. 87
δεῖ et δέ commut. . . . 303
δεῖ et δή commut. . . . 315
δεῖ et χρή differ. 12. 29. 217
δέον 148
δέος et φόβος differ. . . 218
δή ironica vi posit. 98. 355. 393
δή i. q. τοί in sentent. commun. 168
δὴ νῦν et νῦν δή . . . 219
δὴ οὖν et οὖν δή . . . 281
δή που signif. . 98. 192. 248
Δήλιος πολυμβητής . . 134
δῆλον ὅτι et δηλονότι . 198
δημιουργός 150
διά cum verbis compos. . 7
διὰ μέθης 43
διαγιγνώσκειν verbum in arte medica solenne . . 130
διαμηχανᾶσθαι 827
διαπεπριόμενος 183
διαπορθμεῦον 254
διαπράξασθαι 90
διαφεύγειν et φυγαδεύειν commut. 113
διαχεῖσθαι 279
δίκαιος 6. 123
Διὸς κῆπος 257
διφκίσθημεν e sequenti comparat. petit. . . . 181
δοξάζειν Socraticum vocabulum 13. 247
δρᾶμα Σατυρικόν . . . 394
δυοῖν et δυεῖν 178

E.

ἐὰν μὲν — εἰ δέ . . . 123
ἐὰν ἀποκρίνῃ si respondere pergas 193

ἐὰν εἶπω οὐτωσί emend. 228
ἔγγυς et ἐντός 390
ἐγγυτάτω et ἐν τῇ κάτω commut. 122
ἐγκώμιον signif. . . . 46
ἐγκωμιάζειν i. q. ἐπαινεῖν 86
ἐγκωμιάζειν absol. posit. 228
ἔγωγε δή dictum cum acerbitate 8
ἔγωγ' οὖν et ἐγὼ γοῦν . 343
ἔδει ἄν 95
ἐθέλω et βούλομαι differ. 44
εἰ cum indicat. praeced. optat. et ἄν 38
εἰ cum ἄν part. coniunct. 366
εἰ cum imperf. sequente aor. et ἄν 232
εἰ post εἰ μή 273
εἰ δὲ βούλει cum infinit. non coniungitur 46
εἰ δὲ βούλει et μᾶλλον δέ 240
εἶεν signif. . . 86. 264. 281
εἰ καί 125
εἰ καὶ βουλοίμην omiss. 242
Εἰλείθυια 279
εἰλικρινῶς vocabulum e re salinatoria petit. . . 92
εἶναι et ἐνεῖναί τινι . . 346
εἰπέτην secunda persona dualis numeri 150
εἰς num coram significet. 68
εἰς καλόν de tempore . . 23
εἰς τὸ ἄντικρυς 397
εἰσηγεῖσθαι 44
εἰσιέναι εἰς Ἅιδου . . . 72
ἐκ de tempore 379
ἐκ τοῦ παραχρῆμα . . 121
ἐκβαίνειν τῶν ὅρκων . . 109
ἐκαλεῖτο vocari diximus . 169
ἕκαστος e praegresso οὐδὲ εἰς eruendum . . . 179
ἐκεῖ ἐν Ἅιδου . . 178. 876
ἑκὼν εἶναι 40
ἐλλείπειν cum gen. . . 209
ἐν coram 84
ἐν παντὶ εἶναι 189
ἔν τινι εἶναι 62
ἐν τοῖς c. superlat. . . 53
ἐν τῷ μέρει 223
ἐναντία βλέπειν . . . 191
ἔνδοθεν 375
ἐντὸς πολλοῦ 198
ἐξαίρω λόγου 89
ἐξαίφνης quomodo exhiberi soleat a Platone 318. 397
ἐξόν 148
ἐπαινεῖν τινά τι . . . 384
ἐπανορθώσασθαι . . . 82
ἐπαποθανεῖν 74
ἐπεί cum consequentiae et caussae notione 151. 221. 273
ἐπειδάν et ἐπεὶ τάν . . 30
ἐπειδή cum infinit. in orat. suspensa 21
ἔπειτα cum ironia post partic. pos. 329
ἔπειτα praeced. πρῶτον μέν 155. 197. 361
ἐπείπερ ἠρξάμην . . . 350
ἐπεπόνθη 222
ἐπέρχεσθαι 213
ἕπεσθαι 301
ἐπὶ δεξιά et ἐπιδέξια . 50
ἐπὶ τούτῳ 117
ἐπιβουλεύειν seq. infinit. 258
ἐπιθεῖναι τέλος 126
ἐπιλέσμων 190
ἐπιμελὴς πεποίημαι . . 8
ἐπιμέλομαι et ἐπιμελοῦμαι 167
ἐπινίκια θύειν 9
ἔπιπνοι 91
ἐρᾶν verbi structura duplex 89
ἐρᾶν absol. posit. . . . 273
ἐρᾶν non nisi virilem actionem denotat 65. 69. 77. 267
ἔρανον εἰσενεγκεῖν . . 49
ἐραστοῦ φιλία 119
ἔργα de agriculturae operibus dict. 167
ἑρμηνεῦον 254
ἐρρέθη et ἐρρήθη . . . 188
ἐρυσίβαι 142
ἐρωτικῶς διακεῖσθαι . . 351
ἔστ' ἄν 312
ἑταῖροι et ἕτεροι . . . 111
ἑταιρίστριαι 170
ἕτερα τοιαῦτα 245
ἕτερον diversum 129

εὖ καὶ μάλα 189
εὐδαιμονίζειν 197
εὐπορήσῃ et ἀπορήσῃ comm. 260
εὐφημεῖν 246
ἔφη 56. 249. 280
ἔχειν i q. εἰδέναι . . . 270
ἔχειν et εἰδέναι signific. . 211
ἔχεις εἰπεῖν . . . 276. 284
ἔχεσθαι absol. posit. . . 862
ἔχω ὡς ἔχω 845
ἔχων ac si habeat . . . 287

H.

ἢ et ὡς differ. 196
ἤ et ἢ quo differ. . . 10. 247
ἤ et ἦν 24
ἤ cum genit. praeced. comparativo 274
ἡγεῖσθαι absol. posit. 59. 212
ἡγεμὼν καὶ στρατηγός . 184
ἦ δ' ἥ et ἤδη 274
ἦ δ' ὅς et ἥδος 7
ἦ δ' ἅς ipsa verba laudari indicat. 54
ἡμετέροις αὐτῶν . . . 184
ἡμῶν ἡ φύσις 277
Ἡράκλειτος 134

Θ.

θαυμάζειν τινὰ ἐπί τινι 276
θαυμάσιος signif. . . . 895
θαυμαστῶς ὡς 286
θύρα αὔλειος 318

I.

ἴ pronomen 80
ἰᾶσθαι absol. pos. . . . 168
ἰατρική 129
ἰδιώτης philosophus . . 55
ἰδὼν ἄν 389
ἵνα cum coniunctivo praeced. temp. praet. . . . 16
ἵνα μή cum imperf. et optat. 95
ἵνα τί 269
ἰοὺ ἰού 896
ἰστέον faciendum est, ut sciamus 857
ἴσχις 259

K.

κάθαρσις 301
καθεύδοντας καὶ οἰχομένους 309
καθηγεῖσθαι absol. pos. . 280
καθ' ὅσον παρείκει . . 140
καί dupliciter positum in comparat. 209
καὶ wieder 167
καί atque igitur 88
καί atque potius 58
καί simul, una 128
καί pro ὥστε pos. . . . 241
καί cum futuro de certissimo alicuius rei eventu . 161
καί pro γάρ pos. . 105. 277
καί omittitur in sentent. explicat. 83
καί ad totam enunt. refertur 19
καί ter positum 77. quater 258
καί expletivum 5. 88. 51. 99. 150. 219. 378
καί explicativum 74. 118. 120. 180. 182. 212. 310
καὶ εἰ 119
καί et ἤ commut. 96
καὶ μὴν — γέ . 64. 66. 208
καὶ μὲν δή — γέ . . . 211
καί τοι et καίτοι . . . 51
καλάπους et καλόπους . 164
καλεῖν absol. pos. . . . 117
καλεῖν ἐπὶ δεῖπνον . . 17
καλῶς apto tempore . . 188
καλῶς γε ποιῶν σύ . . 25
κἂν εἰ 118. 125
κανθήλιος 389
καρποῦσθαι 229
κατά cum verbis compos. 308. 325
κατὰ τοῦτο εἶναι . 41. 313
κατὰ ταὐτὰ ἔχει . . . 134
κατὰ γραφήν et κατὰ ῥαφήν 182
καταγέλαστα et γελοῖα . 148
καταφρονεῖν absol. pos. 87. 114
κεῖσθαι de more recepto 103. 155
κεφάλαιον summa rei . 271
κῆδος et κῆτος 215
κινδύνους κινδυνεύειν . 293
κιθαρῳδοί molliculi . . 71
κινεῖν 29. 125

κινεῖν πάντα λόγον . . 226
κινήσαις et κνήσαις . . 125
κολυμβητὴς Δήλιος . . 134
κομιδῇ 348
κύπτειν 318
κορυβαντιῶντες 344
κρατεῖν τινά 374
κροτεῖσθαι 318
κρούειν 318
κτᾶσθαι abs. posit. . . 117
κυβιστῶντες 156
κυδαθηναιεύς et κυδαθηναιεύς 10
κύω et κυέω 295
κωμῳδεῖν 185

Λ.

λαμπάδες Gorgiae orationes 196
λέγειν absol. pos. . . . 27
λέγειν aequum censere . 37
λέγειν saepe omittitur 169. 194. 206. 239. 249
λειποταξία 63
λίσπαι 185
λόγον δοῦναι ἄνευ τοῦ ἔχειν 247
λόγος futura oratio . . . 222
λοιμός 244
λύγξ Aristophanica . . . 122

Μ.

μὰ Δί', οὐκ ἔγωγε gravior negatio 251
μακάριος 219
μακάρων νῆσοι 78
μᾶλλον δέ 15
μᾶλλον δέ et εἰ δὲ βούλει 240
μανικός cognomen Apollodori 18
μανικοῦ indoles et natura . 15
μαντική quid? 146
Μαντινική pro Μαντινίς 248
μεγίστη φρονήσεως . . 296
μεῖζον pro μᾶλλον . 87. 348
Μελανίππη 45
μελοποιΐα quid? 138
μέν γε 278
μὲν — δέ pro μὲν — δ' οὖν 28
μὲν — δέ ut — ita . . . 317
μὲν οὖν 23. 37. 84
μὲν οὖν in respons. 250. 281
μέντοι asseverandi potestate 190
μετά τινος ξυνεῖναι . . 200
μετὰ τοῦτο 48
μέχρις et μέχρι 308
μή dubitativum 28
μή τις pro τὶς μή . . . 145
μιμήματος exemplum . . 24
Μοῖρα 279
μόνος 341
μουσική et γυμναστική partes institut. puer. . 128

Ν.

νῆσοι μακάρων 78
νόμοι βασιλῆς πόλεως . 208
νόμος signific. . . 100. 110
νοσεῖν de cupiditatibus vehementioribus 282
νῦν et τόν commut. . . 163
νῦν δή et δὴ νῦν . . . 219

Ξ.

ξυγγένεια 60
ξύμβολα 168
ξυνειδέναι τινί τι . . . 188
ξυνεῖναι μετά τινος . . 200
ξύνεστί τε καὶ ἔστιν . . 199

Ο.

ὅ ad nomina pluralis numeri referendum 102
ὃ δὲ δεινότατον 109
οἵδε οἱ ποιηταί 132
οἴεσθαι vocabulum Socraticum 13
οἴεσθαι mediae interr. interp. 358
οἰκέτης et δοῦλος . 306. 406
οἶμαι 102
οἷος οἷων 197
οἷος pro ἅτι τοιοῦτος . 299
οἷος cum infinit. coni. . 311
οἴχεται ἀποπτάμενος . . 112
ὀκρίβας 191
ὁμολογεῖν καί et ὁμολογεῖσθαι καί 288
ὁμῶς et ὅμως commut. . 287
ὅν 348
ὅν pronuntiando urgendum 268
ὅν adiectivis additum . . 198

ὀνόματα et ῥήματα . . 221
ὅπως cum coniunct. aor. I. coni. 28
ὅπως cum futuro in invitandi formulis 24
ὅρα εἰ cum futuro . . . 327
ὁρᾷς οὐχ 252
ὄργανα vincula 176
ὀρθὰ δοξάζειν formula dicendi Socratica . . . 13
ὅρκους ὀμνύναι 107
ὀρρωδεῖ 328
ὅσπερ et ὥσπερ commut. 115
οὐ cum futuro in interrogat. 25. 320
οὐκ ἂν φθάνοιο . . . 125
οὐχ ὥσπερ 78. 153
οὐ μὰ τὸν Δία negandi formula gravior . 10. 251.
οὐκ ἔχω ὅτι χρήσωμαι . 348
οὐ verbo finito postpositum 251
οὐ μέντοι ἀλλὰ καί . . 11
οὐ μὴν οὖν 248
οὐ μόνον — ἀλλὰ καί addito articulo, qui in priori membro omissus est . 66
οὐ μόνον — ἀλλά . . 74
οὐ μόνον — ἀλλὰ καί . 275
οὐ πάνυ . . . 79. 170. 204
οὔ τι 148
οὐδὲ εἷς 179. 353
οὐδέ et οὐδέν 352
οὐκοῦν in interrogat. . 27
οὖν in orat. suspensa . . 371
οὖν in responsis . . . 250
οὖν in interrogat. . . . 285
Οὐρανία 86
οὔτε — οὐδὲ μήν . . . 50
οὗτος signif. 96. 98
οὗτος ecce talis est . . 187
οὗτος in allocutione . 4. 326
οὗτος talis, qualem descripsi 120
οὑτός τις, τὶ τοῦτο sim. . 28
οὑτοσὶ — αὐτὸς καὶ οἱ λόγοι 385
οὕτω accuratiori definitioni praemittitur 48. 176. 195. 230. 337
οὕτω hac, qua dixi, ratione 58. 75. 77. 83. 146. 165
οὕτω praepositioni postpositum et praepositum 75. 275
οὕτως ἁπλοῦν 275
οὕτως et οὕτω 266
ὀφλισκάνω cum ironia dictum 228

Π.

πάθος 206
παιδεία 138
παιδικά 64
παῖς Socraticae disciplinae expers 9
παῖς servus, cui lavandorum pedum munus datum est 26
παιῶνες 45
παιωνίζειν 86
πάλαι 218
πάντα τὰ τοιαῦτα . . . 132
πάντα λόγον κινεῖν . . 226
πάντας et πάσας commut. 215
παντοδαπός 220
παρατίθεσθαι 29
παρεῖναι 240
παρίημι 336
παρόντα, τά νῦν . . . 186
παρόντες 39
παρὼν καὶ ἀπών . . . 299
πατὴρ τοῦ λόγου . . . 50
Παυσανίας 80
Παυσανίου παυσαμένου . 122
πέλαγος 307
περὶ σοῦ τι ἐγώ . . . 192
πῖλος 375
πίνειν zechen 38
πιόμεθα et πιώμεθα . . 37
πιστεύειν firmiter tenere . 285
πλὴν ἀλλ' ἤ 155
πλοῦτος divitiarum futura possessio 115. 228
ποθεῖν de rebus inanimat. 267
πόθεν cum vi negandi . . 8
ποιεῖν verbi usus liberior 184
ποίησις 270
ποίησον et ποιήσων commut. 336
ποικίλος 99. 364
πόλεως βασιλῆς νόμοι . 208

πολιτικαὶ δυνάμεις . . 114
πολλὰ καὶ ἄλλα 884, καὶ omisso, ibid.
πολύ comparativo postposit. 91
πολύ otiosum 307
Πολυμνία 139
πόριμος 260
πόρρω τῶν νυκτῶν . . 858
πού 85
πρᾶγμα molestiae . 100. 328
πράττειν abs. positum . 87
πρεσβεύειν 128
πρό cum verbis compos. . 82
πρὸ ὁ τοῦ et πρὸ ὁδοῦ commut. 21
Πρόδικος βέλτιστος . . 48
πρόθυρα 26
πρόστυπα 181
πρότερον προῤῥηθῆναι . 82
πτοίησις et ποίησις commut. 280
πῶς ἔχεις πρός 17

P.

ῥήματα et ὀνόματα . . 221
ῥυθμός quid? 187

Σ.

σατυρικὸν δρᾶμα . . . 394
Σειληνοί 837
Σειρῆνες 845
σελαναία 157
σκληρός oppos. τῷ ὑγρῷ 204
σοφία 84. 116
σοφός et ἀγαθός . 181. 210
σπαργᾶν signif. . . . 280
στήλη 182
συκοφάνται 96
συμπίπτειν 117
συμπληροῦν absol. posit. . 255
συμποσίαρχος 43
συμφῦσαι et συμφυσῆσαι 177
συντήκειν 177
σύσπασται βαλάντια . . 168
σύστασις schematische Anstellung 187
Σωκράτης ἐρωτικώτατος 224
σωφροσύνη quid? . . . 208

T.

τὰ δέ non praeced. τὰ μὲν ἄλλα 288
ταῦτα i. q. διὰ ταῦτα . 16
ταῦτα et ταὐτά commut. . 8
ταὐτὸν τοῦτο 61
τὲ — δέ 133
τὲ οὖν — δέ 133
τὲ — καί 166
τὲ — καί diversae structurae verba coniung. . . . 184
τεθνάναι 63
τελεῖν absol. posit. . . 128
τέλος ἐπιθεῖναι . . . 126
τέλος, ἰέναι πρὸς . . . 309
τέμνειν absol. posit. . . 161
τέττιγες 165
τέως relat. posit. . . . 171
τηλικοῦτος de aetate . . 45
τὴν τούτου τήν 328
τί non pro τί ἄλλο . . . 231
τί δαί 191
τί idem interdum, quod τι ἄλλο 21
τί τοῦτο 28
τί δεῖ λέγειν 357
τὶ εἶναι 370
τίθεσθαι νόμον . . . 96
τῖς et τῆς commut. . . . 369
τὶς indefiniti pron. signif. 15. 78
τό cum infinit. coni. . . 81
τὸ δέ 111
τὸ δὲ ἐπὶ τελευτῆς . . . 220
τὸ δὲ ἄρα cum imperfecto 225
τὸ μετὰ τοῦτο 43
τὸ τοιοῦτον absol. posit. 97
τοιγάρτοι διὰ ταῦτα . . 72
τοίνυν et τοί νυν . . . 285
τομή 162
τόν et νῦν commut. . . 163
τοῦτο γέρας 69
τοῦτο ἐκεῖνο . . . 309. 396
τραγῳδοποιός et τραγῳδιοποιός 400
τρέπεσθαι de naturali instinctu 272
τρίβων 369
τῷ θεά 85

Φ.

φαληρεύς et φαληρίς lepide commut. 5
φάληρον 4
φαρμάττειν 190
φαῦλος signif. 20
φεύγων φυγῇ 198
φησίν repetit. 56. 249
φιλεῖν solere quomodo differat ab aor. verborum 144
φιλεῖν et φιλία de feminarum amasiorumque amore 68. 120
φιλία τοῦ ἐραστοῦ quid? 119
φιλόδωρος cum genit. coni. 215
φίλοι et πολέμιοι . . . 382
φίλος in compos. 174
φλυαρία 314
φόβος et δέος 218
φοιτᾶν 276
φρονήματα μεγάλα . 102. 158
φροντίζειν 377
φωνή tibiarum sonus . . 319

X.

χάος 56
χαίρετε formula salutandi . 322
χλιδή quid? 216
χρή et δεῖ differ. 12. 29. 94. 217
χρηματιστικός et χρηματιστής signif. . . . 13
χρῆν ἄν 95
χρηστοί sophistae nominantur 47
χρόνῳ multo tempore praeterlapso 358
χωρὶς τοῦ μή cum infinit. 115

Ψ.

ψῆτται 168
ψιλοὶ λόγοι 342
ψυκτήρ 330

Ω.

ὦ Ἡράκλεις 326
ὡς cum genit. participii 158. 190
ὡς et ἤ differ. 196
ὡς cum infinit. in orat. suspensa 21
ὡς ἀληθῶς 88
ὡς ἔπος εἰπεῖν . 68. 127. 342
ὥσπερ et ὅσπερ commut. . 115
ὥσπερ λέγω 133

A.

Abstractum pro concreto . 65
Abundantia verbor. 82
Accusativus participii praec. dativo 41. 146
Achilles amasius Patrocli . 75
Acusilaus 57
Adiectiva neutr. g. add. subst. masc. femininve gen. 40. 77
Adiectivi nominis c. substantivo coniunctio . . . 13
Adiectiva verbis interpositis a subst. seiuncta . . 111
Aeschylus vituperatus . . 75
Affectuum verba c. gen. 197. 221
Affectuum verba aoristo plerumque ponuntur . 221
Affirmativum verbum e praec. negat. repet. . . 89. 260
Agatho amasius Pausaniae . 80
Agathonis iter Macedonicum 8. 80
Agathonis oratio . . . 195
Aiax 372
Aliquid pro aliud quid . 21
Amasius amatore divinior . 77
Ambiguitatis fortuitae osores Graeci . . . 102. 110
Anachronismus . . 180. 404
Anacoluthia in brevibus dict. non admittenda . . 115
Anadiplosis 228
Aor. et imperf. sine ἄν 159. 222
Aor. et ἄν praec. εἰ et imperf. 232
Aoristi et imperf. infinitivi alternantes . . 22. 86. 223
Aoristus cum negatione in interrogatione 11
Aoristus de experientia . 141
Apodosis duplex 127
Apodosis omissa 266
Apollodori ingenium . 14. 53
Apollodori narratio inter eundum instituta . . . 3

Apollodorus Socrati amicus . 7
Apollodorus Socratis imitator 13
Aposiopesis 24, rectius expl. 81
Appositio similit. indic. . 389
Argumenti levitas in orat. Agathonis 208
Aristodemus ὁμηρός, ἀνυπόδητος ἀεί 10
Aristophanis oratio . . . 149
Articuli iteratio 328
Articuli repetitio contemtum exprimit et honorem . 112
Articuli vis . 12. 72. 147. 168
Articulus omissus post οὐ μόνον, positus post ἀλλὰ καί 66
Articulus omissus post τοῦτο 69
Articulus dual. masc. gen cum nomine fem. generis coni. 85
Articulus omittitur 116. 129. 255. 274
Articulus in artium nominibus omitt. 188
Assimilatio generis . 91. 189. 158. 163. 286. 300
Astronomiae definitio . . 143
Asyndeton . 83. 91. 94. 181. 265. 365. 370
Attractio neglecta . . . 138

B.

Blautae 16
Bona verba, quaeso . . 246
Brasidas 385
Breviloquentia . 73. 178. 212. 235. 375. 347

C.

Capsulae statuariorum Sileni 338
Charmides 391
Chiasmus 23. 101
Citharoedi molliculi . . . 71
Codicum consensus falsisa. 21. 111
Codrus 294
Collocare et ponere, struct. 322
Comparatio duplex καί amat 209
Comparationis ratio . . 333
Comparatio per appos. . . 389
Conditionis augetur vis verbi praegressi repetit. . . 187
Conditionis altera pars omissa 243. 276
Confusio duarum structurarum 98. 154. 159. 160. 239
Coniunctivus c. ἵνα praecedente praeterito . . 16
Coniunctivus post μή praeced. praeterito 188
Contradictio in adiecto . 207
Convivii leges 36
Convivium Agathonis quo tempore celebr. sit . . . 9

D.

Delius natator 134
Delium 381
Dicendi, iudicandi, al. verba omittuntur 169. 194. 207. 239. 249. 359
Dicendi verbum dupliciter positum . . . 56. 249. 290
Dualis secunda pers. in την term. 150

E.

Ebriorum mos 321
Elementa rhythmi . . . 137
Ellipsis, quid? 81
Elliptica oratio 93. 201. 212. 379
Epexegesis 229
Eros parentibus caret . . 54
Error a Pausania commissus 103
Eryximachus 125
Eryximachi verba a Socrate de industria perversa 189

F.

Fatuitas Socratis simulata 262. 275. 290
Favete linguis 246
Figurae κατὰ βαφήν effictae 182
Formula iudicialis . . . 4
Formulae ex artic. et nomine compos. praepos. mut. 254
Futurum c. negatione in interrogatione 25
Futurum post ὅρα εἰ . . 327

G.

Genitivus nominis c. neutrius gen. articulo coni. . 221
Genitivus participii aptus e pron. possessivo . . 190
Genitivus cum verbis affectuum 197. 221
Genitivus cum transitivis verb. absolute positis . 88. 209
Gentilitii nominis loco possessivum 244
Glauco a Platonis fratre dignoscendus. . . . 8
Glossema 78. 142
Gorgiae orationes λαμπάδες vocatae 196
Gorgias 222
Gorgo et Gorgias . . . 223
Graeci ingenii obiectiva indoles. 16
Gymnasia philosophorumque scholae matres paederast. 101
Gymnastice et musica partes institut. puerorum . 138
Gynaeconitis 44

H.

Harmoniae Olympi . . . 341
Heraclitus 134
Hesiodi atque Parmenidis consensus 57. 201
Homeri petulantia . . . 18
Hyperbaton quando admiserint veteres 185

I.

Ianus 155
Impediendi verborum structura 108
Imperf. et εἰ seqq. aor. et ἄν 232
Imperfect c. τὰ δὲ ἄρα . 225
Imperf. et aor. sine ἄν 159. 222
Imperfecti et aoristi infinit. alternantes . 22. 36. 223
Imperfecti infinitivus . 7. 26
Indicat. c. εἰ part. post optat. et ἄν 38. 387
Infinitivi coacervati quid exprimant 45
Infinitivus loco participii 106. 813
Infinitivus pro imperf. . . 321
Ingenii Graeci indoles obiectiva 16
Institutio puerorum . . . 138
Interpunctionis mutatio 4. 15. 24. 30. 31. 80. 81. 88. 125. 159. 202. 220. 229. 287. 323. 345
Interrogationes medio sermoni immixtae . . 61. 85. 296
Inversio enuntiati membrorum 6
Ipsa verba laud. 27
Ironiae genus quoddam 191. 227
Iteratio articuli 328
Iuramenta amantium irrita 109

L.

Leges convivii 86
Leges paederastiae . . . 100
Levitas argumenti in orat. Agathonis 205
Litotes 211
Litterarum earundem repetio in versibus 214
Lusus in Aristophanis nomine 51
Lusus in Apollodori nomine 4
Lusus in nomine φαληρεύς 5
Lusus poculorum . . . 33
Lusus in verbis πάλαι πολλὰ ἤδη ἔτη 107
Lusus in Gorgiae nomine. 222
Lusus in verbo σόφισμα . 331
Lusus in verbo ψιλοῖς . 342
Lyceum 400

M.

Magister bibendi . . . 43
Marsyas Satyrus . . . 339
Medicinae definitio . . . 129
Menelaus μαλθακὸς αἰχμητής 19
Meteorologia 143
Mollitiei indicium versus similiter cadentes . . 203
Mortuorum conditio . . . 178
Mos quidam ebriorum . . 321
Motus et quietis coniunctio 28
Musica et gymnastice partes institut. puerorum . 138
Mutata interpunctio 4. 15. 24. 30. 31. 80. 81. 88. 125. 159 etc.
Mutatio structurae . . . 283
Mysteria 301

N.

Naturae phaenomena c. sing. numero verbi coni. . 143
Nescimus per litoten pro bene scimus 211
Neutrius gen. adiect. addita subst. mas. et fem. gen. 40. 77
Neutrius gen. pron. ad totam dictionem relat. . . 176
Neutrum pronom. relat. praeced. nom. collectivo . 205
Neutrum genus in sententiis adamat. Graecis . . 187
Nisi si 273
Nomina possessiva pro nom. gentilitiis 244
Nominum lepida transpositio 4

O.

Obiectiva Graeci ingenii indoles 16
Obscuritas Heracliteae orationis 134
Olympi harmoniae . . . 341
Optativus ipsa verba referri indicat. 240
Optativus ἄν omiss. . . 339
Optat. et ἄν praec. εἰ et indic. 387
Oratoriae artis exemplum 69. 127
Orphica apud Platonem . 254
Ovorum dissectio . . . 162

P.

Participia ἀσυνδέτως coacervata 94. 299
Participii accus. praec. dativo 41. 146
Participium infinitivi loco 106. 313
Patroclus amator Achillis . 75
Pausanias 80
Parmenidis theogonia . . 200
Pars pro toto 215
Pestis 244
Petulantia Homeri . . . 18
Periphrasis nominis per artic. gen. neutr. et nom. genit. 221
Phaedrus 58
Phalerum 2
Plato Socratis mores accurate describit . . . 44
Platonica ratio versus laudandi 55
Plato ad Orphica respiciens 254
Poculorum lusus . . . 33
Ponere et collocare . . . 322
Polyhymnia 139
Possessivum nomen pro gentilitio 244
Praesens c. οὐκ ἄρα coni. 225
Praesens post ὅρα εἰ . . 327
Praesens in interrog. . . 331
Praesens histor. 332
Praesentis participii propria vis 20
Praepositio in formulis ex articulo et nominibus compos. verbo accommodata 254
Prodicus βέλτιστος vocatus 48
Pron. rel. et subi. et obiectum orat. 288
Pronom. rel. neutr. gen. praeced. collectivo nomine 205
Pronomen personale, quod subiectum est, omittitur 22. 26. additur opposit. caussa . . 30. 34. 331
Pronom. poss. cum αὐτός coni. 184
Proverbii mutatio . . . 18
Proverbia ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἰᾶσιν αὐτόματοι ἀγαθοί. 19. σύν τε δύ' ἐρχομένω πρὸ ὁ τοῦ β. 21. οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα. 45. ἀφρόδισιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος. 109. χρόνος τὰ πολλὰ βασανίζει. 114. βαλὼν φεύξεσθαι οἴει. 149. ὅμοιος ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει. 200. ἀδεὶς δέος δεδιέναι. 218. ἡ γλῶττα ὑπέσχετο, ἡ δὲ φρὴν οὔ. 227. οἶνος καὶ ἀλήθεια. 359. παθὼν νήπιος ἔγνω. 392.

Q.

Quae res 176
Que — et i. q. Gr. τέ — καί 166
Quid nunc facimus . . . 331
Quietis et motus coniunctio 28

R.

Ratio comparandi . . . 333
Relat. pron. pronunt. urgend. 263
Relativ. pron. et subi. et obiect. orat. 238
Relativum pronomen neutrius gen. praeced. nom. collect. 205
Religio 143
Repetitio sententiae perspicuitatis caussa . . . 180
Repetitio particular. finalium gravit. causs. . . . 305
Reticentia Agathonis . . 193
Rhythmi elementa . . . 137

S.

Salis laudatio 47
Saltationum genera . 157. 161
Similium sonorum captatio 122
Similitudo verborum corruptelae ansa . . 170. 207
Simplex verb. a praeced. compos. verbo repetend. . 88. 290
Similiter cadentes versus 203
Simplex nomen e compos. repetend. 315
Singultus Aristoph. . . 122
Socrates cum muliere aemula compar. 123
Socrates ἐρωτικώτατος . 224
Socrates mythi interpres . 316
Socratis simul. fatuitas 262. 275. 290
Socratis libido verba comminut. 17
Socratis disputandi studium 194
Sophistae χρηστοί . . . 47
Sophisticae argumentationis exemplum . . 58. 84. 208.
Structura verborum ad sententiam conformata 255. 306
Structura subito interrupta 47. 49. 103
Structura chiasmi ergo conformata 101
Structura v. ad analogiam conf. 101
Structurae mutatio . . . 282
Substantivum pro pronomine 172
Subiectum omittitur . 22. 26
Subiectum additur propter oppositionem . . . 30. 34
Supplementi indic. γάρ partic. 14
Supplementi indicium αὖ 42. 170. 209. 262
Supplementi indicium ἀλλά 51. 340
Sycophantae 96
Syllogismus per inversionem 242
Symposii tempus definitum ab Apollodoro 9

T.

Temporis definitio mythica 257
Tempus convivii definitum . 9
Theogonia Parmenidis . 200
Transpositio nominum lepida 4
Triclinium 81

V. Z.

Vanitas Agathonis . . . 190
Venatoria verba de amore 105
Veneres duae in mythologia 56
Venus Vulgivaga 86
Verba c. iaculis comp. . 368
Verba dicendi cet. omitt. 239. 249. 250
Verba a verbis, ad quae pertinent, seiuncta 59. 66. 67. 76. 129
Verba quietem signific. cum motus notione coniung. 28
Verba interrupta . . . 333
Verba transitiva c. genitivo coni. . 88. 209. 255. 273
Verba absolute posita 22. 27. 88. 117. 128. 161. 163. 211
Verba diversae structurae per τὲ — καὶ coniunguntur 184
Verba affectuum genitivum casum ass. . . . 192. 221
Verborum lusus . . 4. 51. 107
Verbum dicendi dupliciter pos. 56. 249. 290
Verbum e sequente comparat. petitum . . . 181. 183
Verba dupliciter posita ansa corrupt. 286
Versus laudandi ratio Platonica 55
Versus similiter cadentes . 203
Vis articuli 12
Vis amoris ab Arist. descripta 176
Vocabula Socratica . . . 13
Zeugma 106

810,657
BIBLIOTECA IHONOS



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google